ΟΚΕΛΛΟΣ Ο ΛΕΥΚΑΝΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΦΥΣΕΩΣ

OCELLVS LVCANVS

DE RERVM NATVRA.

GRAECE.

AD FIDEM LIBRORVM MANVSCRIPTORVM
ET EDITORVM RECENSVIT, COMMENTARIO
PERPETVO AVXIT ET VINDICARE
STVDVIT

AVGVST. FRID. GVILIELM. RVDOLPH,
LL. AA. M. ET GYMNASII ZITTAV. DIRECTOR.

LIPSIAE,
SVMTV ENGELH. BENIAM. SCWICKERTI
CIↃ IↃ CCCI.

VIRO

MAGNIFICO ET SVMME

VENERABILI

FRANCISCO VOLKMARO

REINHARDO

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI, SACRORVM IN AVLA ELECTORALI DRESD. ANTISTITI PRIMARIO, CONSILIARIO ECCLESIASTICO, AC PROTOSYNEDRII DRESD. ASSESSORI.

VIR MAGNIFICE!

Quamuis longam huius editionis moram propterea aegerrime tuli, quod conſilium exhibendi quoddam meae erga TE pietatis documentum, ac, ſi fieri poſſet, monumentum, quo in conſilio mihi ſemper maxime placui, morari viderem: haud ſcio tamen, an de hac mora nunc mihi debeam gratulari. Etenim, ſi quo tempore conſilium hoc ceperam (ceperam autem, ſimulac animum ad edendum applicaram) eodem id potuiſſem tempore exſequi: non modo haec opella, etiamnum ſatis tenuis TVOque adſpectu indigna, multo ieiunior fuiſſet et imperfectior, ſed mihi, qui nihil magis opto, quam vt TIBI de animo meo, plane TIBI dedito, perſuadeam, verendum etiam fuiſſet, ne cupida beneficiorum captatio potius, quam pro acceptis beneficiis grati animi ſignificatio eſſe TIBI videretur. Quodſi

commemoraſſem, quid TIBI praeceptori meo, hortatori, commentatori, patrono debeam; ſi confeſſus eſſem, id quod veriſſimum eſt, ſine TE aliam mentis meae conformationem, aliam fortunae conditionem, alium vitae curſum fuiſſe; haec ſi eo in loco dixiſſem, ex quo geſtiebam euolare, ſapientia conſiliorum TVORVM nondum euentu coronata: etſi potuiſſes TVA in me merita mecum recognoſcere, ac non modo TV vera me dixiſſe intellexiſſes, ſed alii quoque permulti, quibus aut eadem, aut pro maiore dignitate etiam ampliora de TE praedicanda ſunt, probabilia me attuliſſe vidiſſent: ſemper tamen in animo meo quaedam ſuſpicio reſediſſet, ne TIBI ipſi hoc deuotionis argumentum parum videatur ſincerum. Quemadmodum autem nunc, vbi euentus me docuit, quam praeclare mihi conſulueris, minus vereor, ne de mea dubites voluntate; ita certo ſcio, hominum de iudicio meo exiſtimationem, mihi haud honorificam, ne nunc quidem me potuiſſe effugere. Omnes enim arbitrabuntur, doctiſſimum aucto-

rem, eundemque eloquentiſſimum offerendum TIBI fuiſſe, vt, quum editoris induſtria et diligentia parum ſit probabilis, auctor certe editus TVAM TIBI inſpicienti reddat imaginem. Sed etiamſi haec praeuideam animo; etiamſi praeterea verear, ne non modo id, quod praeſtiti, parum TIBI faciat ſatis, ſed etiam, ne tantum ſtudii temporisque in re tam obſcura et exili conſumendum fuiſſe neges; etiamſi ipſe mihi interdum ſuccenſeam, quod, quum publice editionem promiſiſſem, nondum perſpecta omni difficultate negotii, rem ingratam malui perficere, quam ad aliam rem ſplendidiorem ſtudia mea conuertere: has tamen dubitationes vicit animi quaedam obſtinatio, quae primum illud, quod cura paullo maiori elaboraui, qualecunque demum ſit, TIBI ſacrum voluit eſſe et dedicatum. Quocirca pro tot tantisque beneficiis, id, quod vnum nunc potui, paruum hoc munuſculum, cum publica gratiarum actione, e pectore ſincero exſcripta, ſerena fronte, animoque beneuolo accipe; ac homini laudis fortaſſe cupi-

diori ignoſcas, quod Nomen TVVM lucubrationibus meis praemittere, ac TVVM me profiteri diſcipulum, non dubitaui. Nam, quum principibus placuiſſe viris non vltima laus ſit: non vltimam laudem meam ſemper duxi, quod placui TIBI, atque in eo ſemper elaborabo, ne obſeruantiae et grati erga TE animi officio in vllo votorum et negotiorum genere vnquam videar defuiſſe.

VIR MAGNIFICE

SVMME VENERANDI NOMINIS TVI

Scripſi Zittauiae
a. d. III. Non. Ianuarii
cIɔIɔcccı.

cultor obſeruantiſſimus

AVGVSTVS FRIDER. GVILIELM. RVDOLPH.

PRAEFATIO

AD LECTOREM BENEVOLVM.

Peracto labore longiori dulcis quidam et fere gratulabundus ſenſus alioquin ſolet fatigatum recreare et erigere; ego vero poſt tot quaeſtiones minutas pariter ac difficiles et moleſtas, poſt tantam exſpectationis diuturnitatem, hoc quoque mihi ſentio deeſſe affectionis ſolatium. Quod enim mihi, homini nouo et tantum non plane inaudito, aliquam afferre poſſet laetitiam, opuſculum meum conſpicere fere abſolutum, id haud parua aegritudine me afficit. Siue enim ipſius auctoris, in quo operam aut poſui aut perdidi, obſcuritatem, ſiue voluminis in tam paruo auctore craſſitudinem contemplor, varia animum ſubeunt Luciani dicta, quae efficerent, vt riderem, niſi, alii ne me derideant, timerem. Quibus tamen rationibus me ipſe conſolari, et ad ferendum hoc malum confirmare ſoleam, paucis liceat exponere. Haec enim excuſatio mei, meorumque conſiliorum expoſitio, etſi parum ad probationem et laudem, tamen ad vituperii imminutionem videtur poſſe valere. Tractaui auctorem obſcu-

rum; eum tamen, qui doctorum hominum, antiquitatis et hiſtoriae amantium, attentionem non debeat effugere. Vt enim nihil de antiquitate libelli dicam, impugnata quidem vehementius, ſed nondum refutata, quum ejus aetatis fuiſſe videatur, ex qua tam pauca reſtant, tanto cariora, quo pauciora*): in hiſtoria mentis humanae et philoſophiae haud parui momenti eſt. Non diſcimus ex eo noua, non continet inuenta ſplendida, non poteſt laudari a ſubtilitate, ſed, vt graecae philoſophiae origines, progreſſus et ſtatum ea aetate perſpiciamus, facit; et qui adhuc Pythagoreorum hiſtoriam exponere, aut de Ariſtotelis meritis iudicare voluerunt, ii aut perperam in ſuo negotio verſari, aut recte de Ocello ſentire debuerunt. Nam quum Ocelli, Eleaticis philoſophis aperte annumerandi, cauſa adhuc cum Pythagoreorum ratione eſſet coniuncta, ac in tanta nominis Pythagoreorum ambiguitate coniuncta eſſe deberet, is, qui dicere noluit, quae vera eſſe *ſperaret*, ſed ſententiae ſuae veritatem praeſtare cupiuit, quid huic auctori faceret, non facile reperiebat. Deinde ad aeſtimanda Ariſtotelis merita haud leue momentum ineſt;

*) Batteux in editione pag. 8 ſq. quum nominaſſet Ocelli reliquias, ita pergit: Et comme c'eſt le plus ancien de tous ceux qui nous ont reſtés des Grecs, il eſt, pour la Philoſophie, ce que fut pour les Romains le Capitole couvert de chaume, ou commença la gloire de leur empire; ce que fut leur Jupiter d'argile, qui, plus puiſſant que quand il fut d'or, les ſauva, diſent leurs Poëtes, de la fureur et de la barbarie des Gaulois.

non modo in doctrina de mundo aeterno, ſed in reliquis de rerum ortu decretis, eorumque origine. Optabile eſt, vt plura nobis relicta ſint, quae ad formandum huius philoſophi animum contulerunt; itaque ea putaui diligenter examinanda eſſe, quae exſtare dicuntur. Cum hac Ocelli cauſſa conjunctam quoque vidi quaeſtionem de auctoritate epiſtolae Platonicae, quae in Platonis editionibus legitur, quae veterem quandam famam, apud alios fruſtra quaeſitam, ſeruauit. Itaque non indigna mihi viſa eſt Ocelli cauſſa, quam, hortante Clariſſ. Goerenzio, vetere fautore et amico, diligentius pertractarem.

Poſtquam igitur auctorem primo ſine vllo commentatoris cujusdam auxilio pertractaſſem, et quae mihi neceſſaria videbantur annotaſſem, adhibitis ſubſidiis deinceps nominandis, intellexi, nondum collectam eſſe eam rerum copiam, quae ad certum de Ocello iudicium requiratur, textum vero in vulgaribus libris adeo eſſe corruptum, vt ad auctoris intelligentiam nemo facile poſſet peruenire. Quum igitur habere mihi viderer, quae ad emendandum, illuſtrandum et iudicandum hunc auctorem faciant, nouam ejus editionem promiſi in diſſertatione 1794 Vitebergae edita et defenſa. Sed quum ad digerenda ea, quae partim ad auctorem, partim ad auctoris commentatores annotaueram, animum applicarem: molem vidi tam indigestam, vt inter ſe pugnarent omnia, nec, quomodo conciliari poſſent, appareret. Tantam praeterea vim problema-

tum, in iudicanda hac cauſſa ſpectandorum, mihi annotaueram, ad quae explicanda haud mediocris familiaritas cum veterum philoſophorum ſcriptis requirebatur, in quibus diſputandis tam ſingularis erat nequitia, vt ſcripta ſaepius lecta relegere cogerer iterum, iterumque, ſi vel vnicam lineam, cum certa animi perſuaſione, ſcribere vellem. Quocirca non potuit non conſilii mei me poenitere; praeſertim quum viderem, aequales meos de ſummis rebus in luce concertare, me vero in minutarum quaeſtionum tenebris deliteſcere. Acceſſit etiam aliud, quod haud mediocriter me afficiebat. Succedente enim ſtudio intellexi, de rebus nonnullis aliter mihi eſſe ſentiendum, quam magni Viri ſtatuiſſent; atque diſplicuit mihi, primam vocem meam publice auditam contentioſam eſſe et nonnullis fortaſſe moleſtam. Parum igitur abfuit, quin Ocellum abiicerem et ſuſpicionibus incertis relinquerem. Sed quum ſententiam de Ocello falſam latius ſerpere viderem et in plures libros diffundi, quum ſpes eſſet nulla, fore, vt magnus vir, qui meliora et maiora facere poſſet, tantam diligentiam in re tam parua ponere, et tantum temporis et otii in ea conſumere velit, quumque collegiſſem et exploraſſem haud pauca, quae non modo ad hanc rem pertinerent, ſed ad alias multas transferri poſſent: nolui propter pigritiam et inconſtantiam committere, vt in primo promiſſo fidem non tuear, ac in ſcriniis meis latere patiar, quae aliquem vſum videbantur habitura. Ab humanitate

autem magnorum virorum iure meo exſpectare potui, vt diſſenſum hominis nec petulantis nec maledici aequo animo ferant, ac ſi errauerim, leniter me corrigant.

Antequam autem de mea opera dicerem, de ſubſidiis meis dicendum fuit. Nolui huc conferre omnia, quae literator de hoc auctore colligit et exponit. Peti ea poſſunt e Fabricii Bibl. Graeca, edit. Harleſ. T. I. vbi de ſcriptis Pythagoreorum agitur; aliqua ipſe attuli in diſſertat. crit. §. 2. pag. 334 ſqq. De iis dicam ſolis, quae ad illuſtrandam textus hiſtoriam faciunt, mihi auxilio fuerunt, ac iudicari a me potuerunt.

De editione principe, quae ſecundum Battaeſium in Mem. de l'acad. d. Inſcr. et bell. lettr. T. XXIX. p. 244. et in edit. pag. 11. Pariſiis impreſſa eſt anno 1539. quod dicam non habeo. — Sed paullo poſt (ao. 1541.) edita eſt verſio latina Guilielmi Chriſtiani Aurelii. In collectione enim verſionum, edita Pariſiis MDXLI. 12. reperiuntur *Ariſtot. de Mundo L. I. Philonis L. I. Guil. Budaeo interprete, et Ocelli Lucani veteris philoſophi de rerum natura.* Pag. 45 Ocelli verſio ita incipit: *Ocellus Lucanus haec de vniuerſi natura conſcripſit, partim quidem claris argumentis ab ipſa natura edoctus, partim etiam opinione cum ratione coniuncta, id quod erat conſentaneum intellectu coniiciens,* GVILIELMO CHRISTIANO AVRELIO Medico interprete. Hanc verſionem, in noua Fabricianae Bibliothecae editione, ſi recte notaui, omiſſam, in Biblio-

theca Ser. Ducis Saxo-Vinar. tractaui, cum aliis libris, quos ſingularis Excell. SPILKERI humanitas mecum communicauit: eiusdemque verſionis mentionem fecerunt MORHOFIUS in *Polyhiſt.* T. II. p. 13. et clar. BARDILI *in Epochen der vorz. philoſ. Begr.* T. I. pag. 194. Sed Batteux ll. ll. ita: *François Chrétien, Medicin de François Ier. le traduiſit le premier en latin.* Sed in nomine interpretis excerpta mea cum Morhofio et Bardili conſentiunt, vt Franco-Gallus, incuria quadam, *Franciſcum* fecerit, qui *Wilhelmus* fuiſſet. Ad criticum vſum haec verſio perutilis eſt. Nam ſiue e Codice manuſcripto vertit Chriſtianus, ſiue ex editione prima, de codicis lectione ex ea videtur poſſe indicari. Mihi quid praeſtiterit, poſtea dicam. Conſentit autem fere in omnibus cum Louanienſi editione,*) idque ita, vt dubitari non poſſit, quin ex eodem fonte et Chriſtiani verſio manarit et Louan. editio.

Louanienſis autem editio hanc inſcriptionem prae ſe fert: Ὄκελλος Λευκανὸς φιλόσοφος περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. *Ocellus Lucanus Philoſophus de vniuerſi orbis natura. Joanne Boſcio Lonaeo interprete atque commentatore. Louanii apud Petrum a Colonia. An.* 1554. *Cum Caeſ. Maj. Priuil.* 12. Sed in libro, quem Vinariae tractaui, praeter textum graecum in tria capita diſtinctum (conjuncto

*) Vid. p. 7. b. 10. a. 12. a. 15. a. 21. a. 23. b. 24. b. 43. a. 45. b. 49. b. In locis admodum corruptis, vbi liberius vertit, discrepat. Vid. pag. 9. a. et C. II. §. 2.

nempe capite ſecundo et tertio) plane nihil reperi, nullum praefationis, nullum verſionis et commentarii veſtigium. Textus, in quo Jota, quod ſubſcribi ſolet, ſi recte vidi, nusquam apparet, vnde ſumtus ſit, certo dici non poteſt. Magna tamen cum Chriſtiani verſione conſenſio facit, vt eum e Pariſina editione fluxiſſe putem, et magna operarum, in ſingulis literis aberrantium, negligentia docet, ſine diligentiori cura critici eſſe repetitum. Cum Chriſtiani verſione tamen haec editio coniuncta egregium eſt textus conſtituendi ſubſidium. Nam, vt omittam lectiones multas ſingulares in ſingulis fere paginis conſpicuas, vnus locus c. II. §. 3. pag. 21 docet, quam antiquus ſit fons, vnde manarit. Itaque hujus editionis lectionem paſſim reliquis omnibus auctoritatibus, haud adeo diverſis, praeferendam putaui.

Franciſco Patricio, qui in diſcuſſ. Peripatet. (anno 1581.) plura Ocelli loca adſcripſit, etſi fontes habuiſſe videtur, quos praeter eum nemo,*) vt etiam afferre poſſet particulas ex alio Ocelli libro, tamen in ponderandis lectionibus parum eſt tribuendum; nam eundem locum varie laudat, pag. 24. alium memoriter contrahit p. 23. vt diligentia eius hac in re ſuſpecta ſit.

Ante hoc Patricii opus prodiit *Veneta Nogarolae* editio, anno 1559. ad cujus recenſionem non modo Commeliniana adornata eſt, ve-

*) Vid. c. II. §. 2.

rum etiam Vizzanii editio. Parum de ea potui dicere, nam ad manus non fuit, et comiti Veronenſi pro more iſtorum editorum, qui laborem ſuum diſſimulabant, interdum etiam, quod diſſimularent, non habebant, non placuit rationem reddere laboris. Ex obſervationibus tamen adiectis intelligimus, adfuiſſe ei *Ocelli opuſculum Romae deſcriptum, ad eumque Veronam transmiſſum*, et praeter hoc editionem Louanienſem. Vid. ad II. 5. p. 23. b. quo ex loco iure concluditur, textum Nogarolae ex apographo codicis Romani (fortaſſe Vaticani cujusdam*) et ed. Louan. eſſe compoſitum, vt conſentienti cum Louan. nulla ſit auctoritas, et cum Cod. Vatic. admodum dubia. Sed contra librorum ſuorum fidem etiam vno certe in loco, vbi ipſe fatetur, c. I. §. 10. coniecturam ſuam inculcauit, ſine vlla ratione, quae critico probari poſſit; quae coniectura tamen adhuc omnes poſt eum editiones inuaſit, nec magno librorum omnium conſenſu loco moueri potuit. Idem Nogarola teſtimonia quaedam de Ocello collegit (vid. diſſ. critic. p. 335.) verſionem latinam, a Chriſtiani verſione admodum diuerſam, adiecit et obſervationes haud contemnendas a Commel. Vizzanio et Galeo repetitas.

Eodem ſeculo rurſus éditus eſt Ocellus in bibliopolio Commelino, in qua editione ita inſcriptum eſt: *Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς φιλόσοφος περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Ocellus Lucanus*

*) Eius fortaſſe, quem Vizzanius antiquiorem vocauit.

Philoſophus de Vniuerſi natura, interprete Ludovico Nogarola Com. Veronenſi. Eiusdem Nogarolae annotationes in Ocellum, et Epiſtola de viris illuſtribus Italis, qui Graece ſcripſerunt. Editio tertia, collatione exemplarium melior facta. In bibliopolio Hieronymi Commelini ∞DXCVI. 8. Praemiſſa ſunt teſtimonia a Nogarola collecta, ſequitur textus graecus, eique in altera pagina e regione adiecta verſio Latina; tum collectio variarum lectionum, ac epiſtola Commelini ad Iſaacum Caſaubonum, quae quidem omnia fere 64 paginas implent. Deinceps adiectae Nogarolae obſeruationes, eiusdemque epiſtola ad Adamum Fumanum Canonicum Veronenſem ſuper viris illuſtr. genere Italis, qui Gr. ſcr. in qua pag. 31. haec: „Eiusdem Pythagorae (vt teſtatur Lucianus, cuius verba antea retuli) Ocellus Lucanus auditor fuit. Sed magnus Syrianus Eccelli librum de vniuerſi natura, quem ego tamen eundem eſſe Ocellum exiſtimo, adducit in Commentariis ſuis in XIII Metaphyſ. volumen.“ Annotationes et epiſtola complent pagg. 84. Epiſtola Commelini haec eſt: *H. Commel. I. Caſaubono, viro doctiſſimo S. Mutuum, Caſaubone amiciſſime, quod dediſti, opinione, vt arbitror, tua celerius, et ea, qua Aſcraeus iubet fide, non ſine gratiarum actione, reddo. Ocellum enim graecum mihi conceſſiſti; en Graeco-latinus tibi, notisque illuſtratus reſtituitur. Additae praeterea Lectiones variae, quas inter legendum animaduerti, quo gratior hic auctor, pau-*

cis visus, in lucem prodiret. Ex quo quidem dierum aliquot (quos stlitibus, iustis licet ac necessariis, totos impendere religio erat) si quid fructus ad philosophiae studiosos rediturum iudicaueris, abunde mihi, quod potissimum spectaui, videbor consequutus. Vale, Musarum decus eximium, et Suetonio iam perpolito, bonis auibus Athenaeum nobis adgredere."

Merita Commelini vnice sunt in textus emendatione, vt editio hac ex parte examinanda sit. Commelinus de opera sua, vt vidimus, breuius exposuit, quam vt satis de ea iudicari possit. Sed curam non fuisse magnam satis apparet. E variis Lectt. videmus, Venetam et Louaniensem editionem ab eo esse adhibitam. Batteux quidem in Mem. de l'ac. d. Inscr. et b. l. p. 244. et in edit. p. 11. ita scripsit: *Jérôme Comelin le réimprima en* 1596, *avec des variantes du manuscrit de Louvain.* Sed nemo credat homini, alias venerando; nam ipsa Lou. *editio* in varr. Lectt. commemoratur, codicis Mspti nullum vestigium. Ad lectiones nonnullas adscriptum est: *al.* quod quam vim habeat, non satis assequor. *Alium* librum significari, semper putaui; fortasse est liber graecus a Casaubono missus. Sed quis est missus? Parisina editio? Sed cur non eodem modo, quo ceteras, eam nominauit. Cod. Msptus? Hunc etiam accuratius nominasset. Sed missus liber a Casaubono potuit ipsa esse Louaniensis editio, si quidem in omnibus exemplaribus titulus fallit; ac *alius* li-

ber, ſecunda Nogarolae editio a Veneta diſtinguenda. In inſcriptione certe legimus: *editio tertia*, id quod *ſecundam* profecto innuit.*) Quodſi e ſecunda hac editione typis exſcriberetur libellus, poterat diſcrepantes Venetae et Louanienſis lectiones his ſignis indicare, et lectionem, quam harum auctoritate loco ſuo mouerat, in variis lectionibus recenſere, addita obſeruatione, *alias* ſic legi. Quod etſi admodum probabile mihi videtur, nihil tamen audeo definire. Huius igitur editionis per ſe in aeſtimandis lectionibus auctoritas eſt fere nulla. Tantum valet, quantum ea, quacum conſentit; ſi quando diſcrepat ab vtraque: dubium eſt, vnde ſit lectio profecta, num ex ingenio, an e libro ignoto, an denique ab operis; nam hae quoque interdum aberrarunt. Attentione tamen vel propterea digna eſt, quod ex ea, tanquam e fonte, recentiorum editionum, excepta Vizzaniana, textus eſt deriuatus.

Poſt Commelinum optime de Ocello promeritus eſt Vizzanius, cuius editio primum prodiit Bononiae 1646. 4. poſtea repetita eſt Amſtelodami, et ſic inſcripta: *Ὤκελλος ὁ φιλόσοφος περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως. Ocellus Lucanus philoſophus de vniuerſi natura. Textum e Graeco in Latinum tranſtulit, collatisque multis exemplaribus etiam M. SS. emen-*

*) Io. Ern. Imm. Walch. introduct. in lingu. Graecam ait, Commelinianam editionem excuſam eſſe, CIↃ IↃ LXVIIII. 8. quod, ſi vere dicitur, de ſecunda editione accipiendum.

dauit, Paraphrasi et Commentario illustrauit CAROLVS EMMANVEL VIZZANIVS *Bononiensis. Pars Physica* [i. e. c. 1—3.] *ad Eminentiss. et Reuerendiss. Principem Franciscum Barberinum, S. R. E. Card. Vicecancellarium. Amstelaedami, apud Ioannem Blaeu.* MDCLXI. 4. *Pars Politica.* [i. e. c. 4.] *cui accesserunt V. C. Ludovici Nogarolae in eundem notae, eiusdem Ocelli de Legibus fragmentum, vnaque locupletissimus Index. Ad Eminentiss.* etc. vt supra. Pagg. 319. praeter prolegom. et indices. Vt appareat, quibus sit vsus subsidiis, adscribam epistolam, quae post dedicationem ante Prolegomena habetur: *Typographus Lectori. Variantes lectiones in margine vnicuique textui placuit adnectere, quas Authoris diligentia, tuo commodo insudantis, collegerat, vt et ego tuae vtilitati aliquid conferrem: quibus vt rectius vti possis, te monendum duxi, Ocellum editum fuisse*) a Ludouico Nogarola Venetis typis anno* 1559. *qui, licet se priorem illius versionem vulgasse crediderit, antea Latine tantum Ocellus Gulielmo Christiano interprete, prodierat Lugduni**)* 1541. *impressit ipsum denuo Commelinus anno* 1596. *additis in calce variis quibusdam lectionibus ex Louaniensi codice depromptis, aliisque, quorum nomina non recensuit, Heidelbergae pariter*

*) Parisinae igitur editionis nulla mentio.

**) Nisi forte eodem anno duobus in locis edita est haec versio, quod parum probabile, typographus errauit. Nam Parisiis prodiit 1541. vt dixi. Sic excerpta mea, sic Bardili allegatio l. l.

impreſſum fuiſſe anno 1595, *monet in Bibliotheca Philoſophica Paulus Bolduanus, neſcio an Comelini codicem expreſſurus.* *) *Nogarolae et Comelini codicem vidit author,***) *ac praeterea M. SS. codices Vaticanae Bibliothecae duos, alterum antiquiorem, alterum a V. C. Aloyſio Lollino Epiſcopo, ſanctiſſ. Vrbano VIII. Pontif. Opt. Max. teſtamento legatum, ſingularique tanti Principis munificentia eidem Bibliothecae donatum: et praeterea M. S. alterum e Muſeo V. C. Thomae Bartholini Dani, quem doctiſſimus ille vir cum authore benigniſſime communicauit. His collatis textum emendauit, indeque additis, demtisve, vbi par erat, articulis; variantes praeterea excepit lectiones, quas, vt, e quo forent excerptae codice, noſſes, notas addidi.* V. *denotat codicem antiquiorem Vaticanae Bibliothecae.* v. *codicem Lollini.* VV. *vtrumque Vaticanae Bibliothecae codicem.* B. *codicem M. S. Bartholini.* C. *codicem Comelini.* N. *codicem Nogarolae, cuius frequentior penes auctorem cum fuerit vſus, ſi ab eo quandoque recedendum duxit, addidi exempli gratia, im. ex VV. et B. expreſſurus lectionem immutatam iuxta Vaticanae Bibliothecae et Bartholini M. SS. exemplaria.* L. *codicem Loua-*

*) Cogitarem hic de ſecunda Nogarolae editione, niſi obſtaret, quod inter ſecundam et tertiam editionem, vnius tantum anni ſpatium intereſſet.

**) Louanienſem igitur editionem, ſeu, vt hic vocatur, codicem (ſc. typis exſcriptum) Vizzanius non vidit, ſed in mancis Commel. excerptis acquieuit.

nienſem, et al. alios codices, quos viderat Comelinus, exprimit. Haec volebam, Lector, te ſcire. Vale. Nogarolae textum fundamentum eſſe nouae recenſionis ſatis aperte dictum eſt. Itaque Nogarolae lectio, vbi nihil varietatis annotatum eſt, codicum collatorum auctoritate videtur ſtabiliri. Sed res admodum incerta eſt, niſi de ſingulari cura et attentione collatoris conſtet. Vid. quae dixi pag. 299. Etſi igitur appareat, Vizzanium diligenter hos codices *) contuliſſe, haud tamen me poenitebit, fuiſſe cautiorem; praeſertim, quum operarum errata haud pauca vſum reddant incertiorem. Primo, quod typographus de diſcernendis Codd. Vatt. ſi alter tantum intelligatur, promiſit, id certe Amſtelodamenſis editio non ſeruauit; vt de conſenſu horum codicum iudicari poſſit, de diſcrepantia non poſſit. Deinde alia quoque inſunt typothetae errata haud pauca, non modo in textu, ſed etiam in variantibus lectionibus. Reperiuntur nonnullae textus diſcrepantiae, quae aliquem praebent ſenſum, ſed ſine vlla originis et fontis annotatione; **) reperiuntur vero etiam plura, quae in typographi officina

*) Nempe Vaticanos, quos Barberino intercedente acceperat. Bartholini codicem negligentius videtur tractaſſe, aut ſerius accepiſſe. Nam in capite primo nusquam allegauit.

**) Velut II, 3. τὸ καὶ ἀκιν. conf. I, 2. ἀνόλεθρον, quod peruetuſtae orthographiae veſtigium videri poſſet. c. III, §. 1. συνεπεῖναι, quod in duas editiones tranſiit, ſiue volente D'Argenſio, ſeu nouo quodam caſu.

aperte nata ſunt; quocirca vereor, ne illa quoque errore, ſed feliciore, et caſu ſint orta. De codicum Vizzanii MSS. dignitate et momento definite pronunciari non poteſt. Cur non poſſit, dixi. Sed attentione digniſſimos eſſe et conſenſum haud parui faciendum, vel ex eo apparet, quod haud raro diſcrepant, vt *alter* tantum eſſet nominandus; ne id valde vrgeam, quod eos profecto haud mediocriter commendat, ab altero lacunam impleri, conſentientibus codicibus aliis (II, 9. p. 27.) ab vtroque corruptis in locis verae lectionis ſervari veſtigia (cf. I, 6. p. 6. b. IV, 5. p. 42. b.) — Verſio et paraphraſis parui ſunt, ne dicam nullius, pretii. Dicendi genus omnino vix tolerabile et valde obſcurum. Haud minima dos huius editionis eſt commentarius. Inſunt inutilia multa et arguta, ſed profecto multa ſubtiliter et docte obſeruata. Contulit cum Ocello maxime Ariſtotelem, nec tamen aut Pythagoreorum fragmenta neglexit, aut philoſophos alios. De ſcopo ſuo ita expoſuit pag. 51. *cum ſit noſtri tantummodo inſtituti Ocellum commentariis illuſtrare, et Ariſtotelis praecipue ex eo deprehenſa dogmata obſeruare, vt Peripateticae ſcholae aliquid vtilitatis tenues hi noſtri labores**) (*ſi noſtra permittat imbecillitas*) *conferant*. Secundum hunc finem iudicandus eſt; nec reprehendendus, quod omnis fere commentarius ad Ariſtotelem potius, quam ad Ocellum, videtur pertinere.

*) In dedicatione ait, ſe *primos* mentis ſuae *foetus* Barberino dicare.

Genus tamen interpretandi minime probo. Defuit ei, id, quod interpreti maxime eſt optandum, id acumen, quod attendit ad omnia etiam minima, quod conſiderat omnia, quod ab auctore, eiusque verbis omnia exſpectat; illud ingenium, quod nihil dat ex ſe ipſo, quod magis ad diſcendum, quam ad inueniendum, formatum eſt. Sed Vizzanius nexum fere ſemper pro arbitrio ſuo conſtituit; ipſe *ſuo modo* tranſit ad alia; quomodo auctor ab vna ſententia ad aliam tranſierit, parum curat. In ſingulis locis, ſi aperta eſt ſententia, arripit eam, de eaque philoſophatur eo modo, quem Peripateticum male vocabant; ſin latet ſenſus et aegre apparet, ex Ariſtotele ſuo multa affert et infert, vt, quo in loco iuraueris, vix vllam eſſe ſententiam, quae cogitari a ſano homine poſſit, eo in loco ſententiarum ſubtiliſſimarum videatur eſſe abundantia. Haud tamen me poenitet, quod non modo has difficultates vici, ſed taedium quoque ex obſcuro et affectato ſermone oriundum contemſi. Inueni enim multa, quae egregie profuerunt, idque gratus profiteor; atque in eo non modo doctrinam admiratus ſum, verum etiam ſingularem modeſtiam omni laude putaui ornandam.

Poſtea Ocelli libellus recuſus eſt in *Galei opuſculis Mythol. phyſ. et ethicis.* Amſtelaedami apud Henr. Wetſten. CIƆ IƆ CLXXXVIII. 8. p. 499 — 538. Battaeſ. qui editionem priorem habuit, ita de ea iudicauit ll. ll. *Nous ne parlons point de l'edition de Thomas Gale,*

en 1671. *qui n'a rien ajoûté de nouveau a celles, qui avoient précédé.* Quod proxime a vero abeſt, ac ipſe Galeus de opera ſua ſatis tenui dixit. (Vide quae attuli diſſ. crit. pag. 338.) Verum tamen textus hujus editionis cum nulla hactenus commemoratarum plane conſentit; in pluribus accedit ad Commelinianam; paſſim tamen etiam Vizzanio contra Commel. addicit. Quis textum ita recognoverit, reperire non potui. Videtur fuiſſe ipſe editor, cui Vizzanii editio ad manus fuit. In diſſertt. Bentleii de Phalaridis epiſtolis, Lipſiae recuſis, pag. 26. allegatur Cantabrigienſis editio, mihi ignota; ſed qualiscunque ea ſit, et quocunque demum anno edita, ne cum hac quidem Galei textus vbique conſentit, quantum ex particulis a Bentleio allatis licet exiſtimare. Quo minus haec diligentius perſequar, negotium me impedit et animus. Caeterum praemiſſa ſunt teſtimonia de Ocello, non a Pierſono collecta, quod alicubi legere me memini, ſed partim a Nogarola, partim a Vizzanio; textui autem ſubiectae Nogarolae annotationes; in fine additum fragmentum de legibus, a Vizzanio primum productum, cum verſione latina Vizzanii.

Tranſeo ad D'Argenſii operam, inter noſtrates peruagatiſſimam: *Ocellus Lucanus, en Grec et en François, avec des diſſertations ſur les principales queſtions de la Metaphiſique, de la Phiſique, et de la Morale des anciens; qui peuvent ſervir de ſuite à la Philoſophie du Bon ſens, par Mr. le Marquis d'Argens, Cham-*

bellan de S. M. le Roi de Pruſſe de l'Académie Royale des Sciences et Belles Lettres de Berlin, Directeur de la Claſſe de Philologie, à Berlin, 1762. Chez Haude et Spener. 8. pagg. 307. et Diſcours preliminaire. pagg. XXV. Eademque editio, in theotiſcum ſermonem conuerſa, cum hac inſcriptione prodiit: *Betrachtungen des Ocellus von Lucanien über die Welt. Aus dem Griechiſchen in das Franzöſiſche überſetzt, und mit verſchiedenen Abhandlungen über die wichtigſten Punkte der Hauptwiſſenſchaft, der Naturlehre und der Sittenlehre der Alten, die man als den zweyten Theil der Weltweisheit der geſunden Vernunft anſehen kann, begleitet von dem Herrn Marquis d'Argens. — Aus dem Franzöſiſchen des Herrn Marquis in das Deutſche überſezt. Breslau, verlegts Georg Gottlieb Horn,* 1763. 8. vorläufige Einleitung SS. 50. Text 462 SS. Praeter Vizzanii et Galei editionem D'Argenſius ſubſidia habuit nulla, id quod ex loco, alioquin abſurdae leuitatis pleniſſimo, vbi Vizzanium, qui centum fere annos poſt Nogarolam ſcripſit, a Nogarola taciturnitatis iudicio oppreſſum eſſe dixit, *) luculenter apparet. Textum ſuum ex his ſubſidiis finxit, vt videtur, pro arbitrio,

*) Le commentateur Nogarola a jugé la remarque de Vizzanius ſi peu intereſſante, qu'il n'y a fait aucune attention, ni même au mot μοιϱαι, qui a paru à Vizzanius on miſtere difficile à pénétrer p. 55. Itaque ne omnem quidem Vizzanii editionem perluſtrauit, vt, quid ei ineſſet, videret; ne titulum quidem alterum attente perlegit.

raro recedens a Galeo. In commentario ad Ocellum explicandum parum attulit, ne dicam nihil, quod non ſit e Vizzanio repetitum; ſed multas adiecit diſputationes longiſſime repetitas *) partim de re ab Ocello tractata, partim de rebus aliis, multumque diſputat contra Patres, qui vocantur, eccleſiae, contra Scholaſticos quosdam philoſophos, contra *les Journaliſtes de Trevoux*, aliosque. Verſionem, qui ſine textu graeco intelligat, neminem puto reperiri poſſe; atque *Klotzius*, etſi in Actis literar. Vol. II. P. I. p. 39 ſq. nimis laudat

*) Ne quis iniquam putet hanc ſententiam, breuiter indicabo, quae lector in hac editione quaerere poteſt longiorum diſſertationum capita. De notione naturae incorporeae e Patribus maxime p. 3-9. De animae immortalitate p. 28-43. de generatione elementorum p. 77-83. de mundo et Deo coaeternis p. 89-96. de angelis et poenarum infernalium aeternitate p. 96-131. Refutatio argumentorum Lucretii pro mundi origine p. 134 ſqq. De vſu rei Venereae pag. 142-161. pag. 173 ſqq. et 263 ſqq. Defenſio matrimonii p. 161-172. De homine omnium animantium peſſimo p. 180-193. De morum honeſtate res publicas conſeruante, de luxu et ſuperſtitione easdem perdentibus p. 193-209. De matrimoniis ad opes dirigendis querelae p. 209-212. De rixis coniugum reipublicae noxiis p. 212-215. Qui debeant inire matrimonium, et num Eunuchis liceat pag. 216-225. De pretio bonae educationis p. 225 ſqq. Ethica Epicuri laudatur, et la Mettrie e grege philoſophorum tollitur p. 229-262. De matrimonio cum propinquis interdicto p. 267 ſqq. De notionibus innatis p. 270-282. De Cynicorum licentia p. 282-287. De monſtris, Centauris, Satyris etc. p. 287 ſqq. etc.

philologicae claſſis Directorem, tamen concedit, Ocellum ab eo negligentius eſſe tractatum.

Nemo tamen D'Argenſii operam ſecundum verſionem vernaculam iudicet. Interpres enim Graecae linguae prorſus fuit imperitus, qui etiam apertiſſima operarum errata diligentiſſime repeti curaret, velut II, 8. *σκλητὸν* pro *σκληρὸν*, et pag. 44. Συν pro *ουν*. Francogallice mediocriter fuit doctus, quod vel ex inſcriptionis verſione apparet, praeterea fortuna vſus eſt tam aduerſa, vt quae francogallice ambigue dicta fuerunt, ea fere ſemper in malam partem acciperet. Quo factum eſt, vt, qui hanc verſionem ſenſu caſſam dixerit, recte dixiſſe videatur.

Aliter iudicandum eſt de Battaeſii opera, cuius duplex exſtat editio. *Altera* in Mémoires de littérature, tirés des regiſtres de l'Académie Royale des Inſcriptions et belles-lettres, depuis l'année MDCCLVIII, jusques et compris MDCCLX. Tom. XXIX, quo in libro pag. 229 ſqq. reperitur: cinquième mémoire ſur le principe actif de l'Vnivers. Seconde époque, qui s'étend depuis Thalès jusqu'à Socrate. Par M. l'Abbé le Batteux, cuius articulus ſecundus continet: *Traduction du livre d'Ocellus Lucanus ſur les principes et les cauſes de l'Univers* pag. 240 ſqq. Hoc enim in libro non ſolae afferuntur lectionis varietates, quod e noua Fabricianae Bibliothecae editione facile coniiciat aliquis; ſed et textus graecus emendatior, et verſio, et annotatio-

nes ibi habentur, niſi quod ad caput quartum nihil duxit annotandum. *Altera* editio ſeparatim prodiit hoc modo inſcripta: *Ocellus Lucanus de la nature de l'univers, avec la Traduction Françoiſe et des Remarques, par M. l'Abbé* BATTEUX, *Profeſſeur de Philoſophie Grecque et Lat. au Collége Royal de France, de l'Acad. Françoiſe, et de celle des Inſcript. et Belles Lettres. à Paris, chez Saillant, Libraire, rue Saint-Jean-de Beauvais,* MDCCLXVIII. pagg. 118. 8. Ipſe editor de ſua opera hunc in modum diſſeruit: *Emmanuel Viſanius, Profeſſeur de Philoſophie à Padoue, le donna encore en* 1646 *avec les différentes leçons des deux manuſcrits du Vatican et de celui de Thomas Bartholin. Nous y avons ajouté pluſieurs corrections eſſentielles, que nous avons tirées de deux manuſcrits de la Bibliothèque du Roi, qui n'ont été connus d'aucun de ces éditeurs.* Hic locus facile nos poteſt adducere, vt eum in comparandis codicibus Vizzanii editione vſum eſſe putemus. Sed illud: nous y avons non pertinet ad Vizz. editionem, ſed ad allatam e codicibus lectionis diuerſitatem. Vizzanii librum aut plane non, aut negligentius conſuluit, et ad conferendos codices Commelinianam editionem adhibuit. Nam II, 7. p. 25. voces, quae nec Galeo deſunt, nec D'Argenſio, ſe ait e ſuo codice adieciſſe, quas voces e codd. iam ſuppleuerat Vizzanius. §. 9. p. 27. lacunam Commel. ſupplet e codice ſuo, quam ante eum Vizzanius expleuerat, varietatis autem in ſupplemento Vizzanii mentionem nul-

lam facit. Parentheſeos ſigna, quibus Commelinus voces ſuſpectas incluſit, praeter Battaeſii morem, vno in loco relicta (vid. II, 7.) relictum quoque in Mémoires operarum erratum Commelin. (c. IV. §. 1. σοφϱοσύνη) ac in altera demum editione correctum; quae quidem id, quod propoſui, abunde confirmant. Quodſi igitur codd. ſuos diligenter contuliſſet, omnemque varietatem annotaſſet, reliqua Commelini, in quibus nihil varietatis allatum, codicum horum auctoritate confirmarentur. Sed vel ſola paucitas notularum criticarum docet, minimam partem lectionum eius codicis, qui a reliquis omnibus adeo recedit, eſſe annotatam. Contulit autem codices duos, 1) n. 1928. *qui*, vt p. 17. in nota ait, *a ſervi ſingulièrement à l'éclairciſſement du texte*, et hoc crebrius eſt vſus. Adhibuit vero etiam 2) n. 2518. vno tantum in loco (I, §. 8.) commemoratum, qui fortaſſe idem eſt codex, vnde prima editio eſt deriuata. Duplicem autem feci Battaeſii editionem, quia non modo textum ſubinde refinxit (Vid. Addenda ad II, 14. III, 4. ad pag. 37. 43 b. 44 a. 48 a. et pag. 50 a.) ſed etiam verſionem multis in locis emendauit, ac textui magis accommodauit. Omnes has mutationes hic recenſere, longum foret, ſed, ſi quem locum in commentario a me allatum immutauit, diligenter id in Addendis ſignificaui. Obſeruationes adiectae verſantur in illuſtrandis Ocelli argumentationibus, iisque et examinandis et breuius comprehendendis. Paucae hiſtorici

ſunt argumenti, ſed parum accuratae. Quas vſui fore putaui, in Addendis deſcripſi.

De editione *H. W. Rotermundi* V. Pl. Rev. quae Lipſiae 1794. prodiit, quod libenter dicam, non habeo, niſi quod 4 groſſorum iactura parabilis eſt. Correxit tamen auctor nonnulla D'Argenſii ſphalmata, velut III, 5. et IV, 8. repetitis aliis (I, 6. et 9.) duobus quoque in locis lectionem pro arbitrio mutavit. II. §. 10. et §. 13.

Praeter haec ſubſidia ſingulari humanitate Exc. Tzschvckii Miſenenſis conceſſae et miſſae mihi ſunt variae lectiones, quas *Sibenkeeſius* e Codice quodam Vaticano diligenter excerpſerat. Contulit autem Sibenk. codicem ſuum cum ed. Commel. 1596. quod ipſe indicat, ac fere e pag. 40 b. apparet. Hinc noua quaeſtio: quis fuerit Cod. ille Vaticanus, num alter eorum, quos habuit Vizzanius, an tertius antea haud excuſſus? Ad certam huius problematis explicationem, propter dubiam operarum Vizzanii diligentiam, et codd. ipſorum confuſionem, peruenire non potui. Quid comparatio me docuerit, exponam. Codex Sibenk. idem videri poteſt, qui a Vizzanio Codex Lollini vocatur. Vid. pag. 27. b. quae ſententia confirmari videtur pluribus locis, vbi Sibenkeeſii varietas partim cum vtroque codice Vaticano conſentit, quum in lectionibus peculiaribus (p. 6. §. 6. τούτου. p. 30. a.) tum in communibus (p. 4. a. p. 8. §. 7. p. 9. §. 8. pag. 10. §. 9. pag. 14. a. vbi ἀμείβοντα. p. 15. b. bis. p. 20. a. p. 22. a. §. 4. p. 25. b.

p. 33. b. bis. p. 36. §. 2. p. 43. a. in lacuna, et pag. 45. b. in lectione inepta) partim cum codice alterutro, non modo in lectionibus ſingularibus et propriis, (p. 5. a. in gloſſemate inepto. pag. 7. a. p. 13. §. 12. p. 14. b. p. 32. §. 20. et §. 21. p. 41. a. p. 43. b.) ſed etiam in communibus. (Conf. p. 13. a. p. 23. a. Sic Vizzanii alter et Sibenkeeſii Vatican. lacunam ſupplet c. II. §. 9. p. 27. a. conf. p. 34. b. vbi eſt conſenſus in inepta lectione. p. 35. §. 2. p. 37. §. 4. p. 43. a. vbi ἀνδρία mihi nunc vera lectio videtur. p. 44. §. 7. p. 48. b.) Quamquam autem nonnulla horum locorum fere ſunt euidentia, reperiuntur tamen etiam, quae dubitare cogant. Non commemoro diligentius ea loca, vbi Vizzanius ex vtroque codice varietatem affert, Sibenk. vero tacet, (velut p. 12. b. p. 15. a. p. 15. b. fine. p. 17. b. §. 2. p. 20.) nec vbi attulit Sibenk. tacente Vizzanio (p. 8. a. p. 10. a. p. 12. a. 13. a. bis. 15. a. p. 23. a. p. 45. §. 8.) Sed quam lectionem Vizzanius, qui emendationes ſuas codicum auctoritate libenter ſancit, e coniectura ponere vult, eam Sibenkeeſ. in ſchedis ſuis e codice annotauit. p. 18. a. Vizzanius in vtroque Codice Vatic. inſignem notat lacunam p. 28. §. 11. Sed nihil annotauit Sibenkeeſius, quod non videtur omiſſurus fuiſſe, ſi in codice ſuo lacunam offendiſſet. Deinde Sibenkeeſ. e codice ſuo lectiones affert, iis contrarias, quas ex *vtroque* Vaticano codice Vizzanius adſcripſit. (vid. p. 2. a. fin. p. 5. §. 4. p. 25. b. initio.) Attamen propter errandi facilitatem, quae hoc in genere collatori maxima

eſt, ac propter erratorum typographicorum interuentum eam mihi legem ſanxi, *vt conuenientiam diſerte notatam plus ſacere putem, ad animi de codicis identitate perſuaſionem, quam diſcrepantiam e collationis comparatione prodeuntem ad codices ſeparandos.* Ac ſecundum hanc legem non de tribus cogitaui codd. Vaticanis, ſed tantum de duobus.

Reliquum eſt, vt paucis attingam verſionem Clariſſimi *Bardili*, qui in *Füllebornii* Exc. Beyträgen zur Geſch. der Philoſ. Part. X. dedit: *Ocellus von Lukanien, über den Urſprung der Welt. Überſetzt und erläutert von Bardili. Ocellus von Lukanien über die Geſetze. Ein Fragment aus dem Stobaeus.* Et *Geiſt des Ocellus.* pag. 1—77. Quod ad criticam attinet tractationem, auctorem fere vbique lapſum eſſe, non dubito fidenter affirmare. Vno in loco rectiora, quam dederam, me docuit, idque in Addendis candide profeſſus ſum. In reliquis omnibus, vbi de lectione diſputauit, fidentius quidem dixit, ſed errauit. Neque enim critici eſt, qualemcunque lectionem vndecunque ortam, ſed typis exſcriptam, omni modo defendere, ſed, quod ſubſidia rite aeſtimata iubent, conſtituere. De ſingulorum locorum explicatione, quum in ſumma conſentiam, et magna laude dignam hanc verſionem putem, nolui amplius concertare. Rationes meas expoſui, quae ſi valeant minus, libenter cauſſa cadam.

Ac de ſubſidiis meis hactenus. Deinceps de conſilio meo meaque opera dicendum.

Quid enim praeſtare conatus ſim, meum eſt indicare; quid praeſtiterim, aliorum ſit iudicium. Tria fuerunt, quae agerem, vt textus recenſeretur, vt intellectu facilior redderetur, vt denique, quid de libri antiquitate ſtatuendum ſit, exploraretur.

In textu igitur conſtituendo multum debui elaborare. Neque enim critica adiumenta diligentius excuſſa et aeſtimata, aut textus hiſtoria adumbrata fuit, vt ſine diligenti plurium librorum haud obuiorum comparatione ne id quidem appareret, num e libris deriuata ſit lectio, de qua diſputetur, an e coniectura profecta. Contuli igitur primo cum textu D'Argenſii, Galeum in paucis diuerſum, Louan. Commelin. cum varr. lect. Vizzanii textum et variantes. His adieci, quae Illuſtr. Meinerſius in recenſione e Battaeſ. editione notauerat, atque ita textum recenſui. Quo labore abſoluto, nactus ſum Battaeſii editionem priorem, quae in commentariis Acad. Pariſ. vt dixi, habetur, et ſchedas Sibenkeeſii; vt denuo omnis materia excutienda eſſet et elaboranda. Denique, poſteaquam tres plagulae textus vsque ad pag. 48. typis iam eſſent exſcriptae, (i. e. initio autumni 1798) ſecundam quoque Battaeſii operam, quae ſeparatim prodiit, poſt vanos conatus permultos accepi. Tanta enim fuit Excell. *Reuſſii*, cui multi debent permulta, humanitas, vt, ſumme Ven. *Schleuſsnero* intercedente, mecum eam communicaret; quo factum eſt, vt quae ex hac editione addere placuit, in Addendis eſſent afferenda; neque enim

in iſto meae fortunae articulo, etſi admodum vellem, praeſtare quidquam poteram. Itaque tria potiſſimum erant momenta pro codicum cognatione. Vnum Louan. edit. et Chriſtiani verſ. Secundum erat in codicibus a Vizzanio adhibitis. Tertium denique in Battaeſii codice, quo vſus eſt plurimum. Sibenkeeſii diligenti comparationi quartum momentum dare non debui. His autem momentis ita quamque editionem addidi, vt cuiusque origo et hiſtoria videbatur poſtulare. Secundum momentum multiplex eſt, et habet in ſe diſcrepantiam haud paruam, in qua tamen diſtinguenda fruſtra laboraui multum. Sed hoc magis conſenſus praeponderat. A conſenſu plurium momentorum raro receſſi, ac in locis, vbi de ſenſu agebatur, adhibita textus hiſtoria diligentius apud me quaeſiui, quid cuique teſtimonio tribuendum ſit. Has deliberationes autem adſcribere omnibus in locis, profecto fuiſſet longiſſimum; nec harum rerum perito talia dicenda ſunt.*) Coniecturis meis in textu lo-

*) Speciminis loco vnum apponam. De ſupplemento, quod Batt. Cod. I, 12. offert, ita ſcripſit Clariſſ. Bardili: *daſs dieſs wieder eine vermeintliche Ausbeſſerung und Ergänzung des Textes von einer ſpätern Hand ſey, darf wohl nicht erſt erwieſen werden. Unter den πρώτοις* u. *τιμ. würde Ocellus nach dieſer Lesart die Geſtirne verſtanden haben. Aber wie könnte er von dieſen ſagen: ἡ φύσις τὸ συνεχὲς ἀπὸ τ. πρ. καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ, da er ſie ja im II. Kap. zur unveränderlichen Natur rechnet?* Ego vero ita ſum argumentatus. *Vnum* momentum voces iſtas aperte addit, nec dubium eſt, quin addat. Nam cur

cum concedere nolueram, ſed quum ſpecimina propoſita probari viderem a doctis hominibus, nonnulla etiam a codicibus comprobari, creuit animus eatenus, vt id pauciſſimis in locis auderem, in quibus conſtans fuit iudicium; nempe I, 2. 7. II, 2. bis. §. 3. §. 13. §. 21. IV. §. 1. §. 13. quae tamen paſſim ſunt leuiſſima, vt liceant omnibus. Additamenta pauca vncinis incluſi; de IV, 13. vid. Addenda. In conquirenda lectionis varietate, quanta potui diligentia verſatus ſum, vt ne aperta quidem operarum errata praetermitterem. Non omnia tamen rurſus in lucem produxi, exceptis iis, quae

fidem denegemus Battaeſio, ratio prorſus nulla eſt. In *altero* momento voces quidem deſunt, ſed aperta ſunt veſtigia in voce *ἀμεί-βοντα*, et graui quidem librorum conſenſu inter ſe. Habet primus Vaticanus; habet alter, in haud paucis diuerſus, et quo minus dubites, in alterutro, aut etiam in tertio quodam exſtare, Sibenkeeſii adnotatio facit. Deſideratur Codicis Barthol. auctoritas, eius nempe codicis, quem in toto capite primo *nusquam* laudauit Vizzanius, vt hactenus nondum collatis ſit aequiparandus. *Tertium* reſtat momentum. In hoc nullum veſtigium vocularum, ſed idem h. l. etiam aliter peſſime corruptum, vt nihil valeat. Quid igitur defendit vulgatam? Vnde orta? Nempe e corrupta Louan. vnde in Nogarolae textum migrauit, ac inde in reliquas. Nogar. enim reliquas Louan. ineptias ex apographo ſuo codicis ſuſtuliſſe, ſed *ἀμεί-βοντα*, ſi fuit in codice, ſpreuiſſe videtur, quia ſine reliquis vocibus ſenſu caſſum erat. Quid igitur rationes internae? Sunt in loco aperta omiſſionis veſtigia, vt vel ſine codd. auctoritate eſſet coniecturis tentandus. Codex iſte ſupplet, quae ſola nexus conſideratio ſupplenda eſſe docuit. Vid. not. crit. l. l.

e Vizzanio notaueram. Non propterea, quod putida eiusmodi diligentia valde delecter, ſed vt rectius aeſtimari poſſit huius editionis in aeſtimandis lectionibus auctoritas. Ac ſi quis hominum elegantiorum copiam tantam nugarum reprehendendam putet: is, quaeſo, perpendat, criticis eam eſſe neceſſariam, vt recte poſſint iudicare, non de *huius* lectionis, ſed de ſubſidiorum ſuorum cognatione et dignitate; perpendat etiam illud, ſibi, emtori fortaſſe, haec talia non eſſe tam moleſta, nec tanti conſtare, quam mihi colligenti iſta, et iterum iterumque deſcribenti. Hic labor eſt improbus, nec ad laudem facit, nec lucri ſtudio poteſt commendari, nec habet ingenuam animi oblectationem; ſed is labor eſt, quem qui fugiat, is, ne magis etiam augeat iſtam criticorum moleſtiam, omnino debeat ab auctoribus critice edendis abſtinere.

Verſionem latinam, olim in diſſertatione mea promiſſam, omittendam duxi; ac ita voluit magni viri auctoritas in Leipz. gel. Anz. n. 104. pag. 833. Anni 1794.

De commentario, quae dicerem, habui multa. Sed librarii ſumtibus parcendum eſt. Per quos profeci, ſingulis in locis annotaui, idque ita, vt mea annotata, ſi ab aliis occupata viderem, aliis potius relinquerem, quam aliena mihi vindicarem. Allegata indefinita a me eſſe accuratius indicata, commentarius ſatis docet, et ſigna [ ], quibus additamenta mea diſtinxi. Sed quam viam in digerendis iis, quae congeſſeram, inirem, diu deliberaui;

num eum darem commentarium, qui praeter ea, quae proxime ad Ocellum ſpectarent, contineret nihil, an eam ſequerer rationem, quam ſecutus ſum. Si illud amplecterer, ſpes erat quaedam, fore, vt iudicium in eligendo aliquibus probarem. Sed ita verebar, ne libellus maior euaderet et minor, quam qui habere emtores poſſet. Maior, quam qui propter Ocellum ematur; minor, quam qui emtores hiſtoriae philoſophiae haud penitus deditos poſſit inuitare. Itaque ex ingenti mole obſeruationum et diſputationum, quas in via quaeſtionis huius offenderam, eas elegi, in quibus eſſe arbitrabar, quod docti hominis a graecae linguae ſtudio haud alieni attentione ſit dignum. Quodſi igitur hoc qualecunque opuſculum pro editione Ocelli ſeuerioribus conſilii et parſimoniae legibus adſtricta haberi nequeat: non repugno equidem, *ſi ſylloge obſeruationum philologicarum et criticarum* nominetur, *cuius colligendae et edendae occaſionem Ocelli libellus dederit.* Elaboraui autem, 1) vt, quantum in hac obſcuritate fieri poſſet, mentem auctoris, h. e. id, quod auctor vere cogitauit, exponerem. Non ſtudui auctorem melius intelligere, quam ſe intellexerit ipſe; non ſtudui alia et meliora excogitare et inferre; ſed quoad egi interpretem, in auctoris ſenſu, dummodo eum ſim aſſecutus, acquieui. Quo in genere, quum parum ſe mihi probaret ea ratio, quam haud pauci nunc ſequuntur, paſſim debui de ipſa philoſophos interpretandi ratione diſſerere.

Eſt quaedam ſententiae auctoris eruendae ratio plane fallax, ſi nosmet ipſi nobis aliquam informamus ſententiam, ac, num verbis auctoris ea ſubſit, deinceps videmus. Hoc modo ſenſum inferimus, vbi minime id putamus; quo fit etiam, vt recentiſſima quaeque philoſophia antiquis philoſophis lucem videatur afferre. Lucem profecto *affert*, ſed qualemcunque illorum lucem in medium non profert. Ad iudicium de illis adhibenda talia, non ad interpretationem, in qua ita potius verſari debemus, vt quaecunque ad interpretationem faciant *hiſtorica* ſubſidia colligamus, ac harum copiarum cogitatione aſſidua et perluſtratione aliquam nobis notionem informemus. Non ſunt inueſtigandae rationes, quibus noſtram explicationem prius conceptam defendamus; ſed ante afferenda ſunt omnia, quibus cognitis et rite exploratis auctoris cogitatio in mente noſtra oritur, in eamque ſe inſinuat. Ad diiudicanda auctoris decreta raro acceſſi; nam, quum ludus ſit, tam rudia diiudicare: talia non putaui addenda, niſi ad iudicium de antiquitate moderandum valerent. Quod multa e Vizzanio transſcripſi, partim caritas et raritas libri effecit, partim nimia fortaſſe mea in aliis damnandis cautio. Sunt in his, quae adieciſſe nunc me poenitet. 2) Deinde id egi, vt, quomodo Ocellus ad alios ſe habeat philoſophos, praeſertim antiquiores et Ariſtotelem, luculentius appareat. Altius interdum rem repetii, ac plura addidi, quam quae videbantur ſeuera

lege requiri. Sed cur id fecerim, antea dixi. Difplicebit fortaffe, quia magnitudinem libri auxit, quod multa auctorum loca non modo indicata, fed etiam adfcripta funt. Sed defcribendi moleftiam non putaui fugiendam, quum lectorum commoditati, quid? quod veritati inferuiat. Nuda allegatio multorum errorum cauffa eft. Quamquam enim vix vllum locum allegaui, quin faepius eum euoluerem, et examinarem, vt vel propterea multa Vizzanii effent omittenda, quoniam, quod auctor voluerat, non inerat: diligentia tamen vel fumma in numeris non fatis cauet, ne quid vitii aut defcribendo aut imprimendo obrepat. Deinde in locorum explicatione, ex iisque argumentatione paffim erramus omnes. Quodfi igitur locus breuiffime tantum indicatus eft: lector, cui aut *hic* auctor, aut *haec* certe auctoris editio ad manus non eft, quem fortaffe etiam piget, libros multos et parum habiles verfare, facilius alleganti *credit*, qua credendi facilitate errores innumerabiles per multa fcripta propagatos effe, ipfe vario in genere literarum intellexi. In iis, quae hiftorice monui, eam fortaffe laudem mihi concedent, vt colligendo magis quam iudicando valere me dicant. Nec id aegre feram. Nam vbi collectio nondum perfecta et abfoluta eft, a iudicandi promtitudine confulto me abftinui. Nihil eft enim facilius, quam variorum locorum teftimonia coniecturis inter fe copulare, atque hiftoriam, fi diis placet, in animo noftro ita effingere,

vt ad confirmandas enunciationes *ſingulas* teſtimonia hiſtorica afferri poſſint, tota autem hiſtoria, et in animo noſtro efformata rei cogitatio nihilominus ficta ſit. Cuiusmodi genus tractandi vitioſum eſſe, vel ex eo apparet, quod ita efficitur, vt, quae reuera neſcimus, ſcire nobis videamur. Quodſi bene de eruditis merentur, qui, quam multa ignorantur, docent; peſſime profecto ii nobiscum agunt, qui id ipſum coniecturis ſuis tegunt et oblinunt. Nempe inueſtigandi ſtudium frangunt, et quaerendi acumen obtundunt. Etenim ſi fictio eiusmodi commoda est et ingenioſa: mentem noſtram luce ſua implet, efficitque, vt videre nos putemus, quae pura mente ac integris oculis vidiſſet nemo. Nihil eſt autem difficilius, quam in philoſophiae hiſtoria, eiusmodi fictionibus ſuppleta et exornata, vera a falſis, certa ab incertis diſtinguere. Ac ſi vnius philoſophi mentem plane perſpicere, permagni eſt et ardui negotii, quanti illud exiſtimabimus, omnium, quicunque fuerunt, non modo mentem perſpicere et decreta diiudicare, verum etiam ſyſtematum omnium nexum inter ſe et rationem aſſequi. Fruſta tantum collecta philoſophorum antiquorum nihil habere, quod delectet et placeat, libenter largior. Sed, vt in omni ſcientia, ſic hoc etiam in genere, vera magis quam iucunda ſectari debemus. Quod igitur in ſtudio opinionum antiquarum maxime cauendum eſt, ne quid

fingamus, aliterque, quam ipſi veteres, componamus, id, quum ſummo ſtudio cauere ſtuderem, nimia fortaſſe cautione peccaui; ſed malui laudis ſpem abiicere, quam cum aliqua rei ipſius peruerſione ingenii laudem affectare. 3) Non diffiteor, me quoque ſecutum eſſe, vt criticam graecae linguae ſcientiam, quantum facultas ferret, adiuuarem. Vt hac in editione ad hanc rem animus eſſet applicandus, doctorum virorum contra γνησιότητα libelli obiectiones fecerunt. Quod autem in hiſtoria earum vocularum, de quarum antiquitate diſceptabatur, non acquieui, nemo valde reprehendendum putabit in editione, ad criticum magis quam ad exegeticum vſum comparata, qui perpenderit, quam parum hoc in genere adhuc elaboratum ſit, et quam parum Graeca quidem lexica criticum adiuuent. Neque huius operae me poenitebit, quoad fontes mihi non erunt indicati, vnde ea, quae dixi, aeque peti poſſent.

De *diſſertatione critica* ſatis dictum videtur in ipſo eius exordio. *Syſtematis* autem *complexionem et examinationem* quo minus adderem, Clariſſ. *Bardili* in Epochen der v. ph. Begr. T. I. opera me impediuit, a quo palmam mihi praereptam eſſe libenter confiteor. Si qua in re ab eo diſſentirem, in commentario id annotaui. Ad faciliorem huiusmodi editionis vſum *Indices* putaui neceſſarios, ideoque adieci.

Caeterum quod ſententiam defendere debui magnorum hominum ſententiae contrariam; quod contra eorum auctoritatem meum qualecunque iudicium ſecutus ſum; in eo ſubinde vereor, ne videar feciſſe arrogantius. Sed per ſe non ineptum et abſurdum videbatur, hominem nouum, nec annis, nec meritorum fama, grauem, ea de re, quam diligenter tractauit, rectius poſſe iudicare, quam alios, multis magnisque meritis conſpicuos, ſi minus elaborarint, nec omnia ad iudicandum neceſſaria in promtu habuerint. Ac ipſius Meinerſii auctoritas ſaepius me erexit, et dubium confirmauit, quum in Hiſt. doctr. de vero Deo, p. 7. ita ſcriberet: „*Non dubitaui itaque, laudatos quoque viros admonere, a quibus ſi ipſe admonerer, vel etiam reprehenderer, non modo facile paterer, verum etiam vehementer gauderem. Omnibus denique idem ius in me ipſum measque cogitationes lubenter concedo, quod ego quidem mihi in alios aliorumque opiniones ſumſi.*“ Itaque argumenta mea, iudicandi ſolertiam et omnem rationem tractandi ſi quis reprehendat, et rectiora me doceat, audiam libenter; ſed triſtitia ſane afficerer, ſi quis mores meos reddere velit ſuſpectos, ac contradicendi libidinem, reprehendendi ſtudium, ac dicendi genus tantis viris tamque praeclare promeritis indignum in me vituperare.

Quum propter incredibilem moram typographorum, (nam pars huius libelli exſcripta

est anno 1798, alia pars 1799. maxima pars Commentarii et diff. critica anno 1800.) inde a pag. 129. plagulae non amplius possent ad me, vt corrigerem, transmitti, factum est, vt nonnulla aliter legantur, quam velim. Quae repetita lectione, ad sensum tamen magis quam ad sermonem attenta, inueni, significaui in Addendis, eaque, vt ante libri vsum corrigas, Te, lector beneuole, obseruantissime rogaui. Mea autem opella vtere feliciter, ac, velim, cogites, ab homine haec esse scripta de rebus obscuris; in quibus, vt ait Marcklandus, erramus omnes; ab homine tamen, qui, quantum facultas ferret, Tibi se studuit approbare. Scripseram haec fere Vitebergae d. 24. Ian. 1796. Retractaui Zittauiae mense Decembri extremo 1800.

ʼΟΚΕΛΛΟϹ ʽΟ ΛΕΥΚΑΝΟϹ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΦΥΣΕΩΣ.

Κεφ. Α.

§. 1. Τάδε συνέγραψεν Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ Παντὸς Φύσεως· τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι

Cap. I.

ὌΚΕΛΛΟϹ] Ita edendum curaui, sic enim hoc nomen legitur scriptum in Louaniensi edit. in Cod. Poli et Ed. Florent. Luciani pro lapf. inter salutandum. c. 5. (vbi Longolii Excerpta ʼΟκέλω etiam cum *o* habent, et Ὄκελος Iambl. de Vit. Pyth. c. 36. p. 217. Kuft.) Sexto Empir. Adv. Phyf. II. c. 5. p. 685. Fabricii. Philon. περὶ ἀφθ. κ. pag. 728. G. Aurel. Allobr. Fol. 1613. Photio in Biblioth. pag. 194. ed. Hoefch. Diogen. Laërt. VIII, 80. ed. Steph. Amftel. et latinum certe nomen *ocellus* primam corripit. Sed Ὤκελλος legunt Commel. Vizzan. Gal. Battaef. D' Argenf. Οὔκελλος Com. et Vizzan. in Varr. Lect. et olim apud Lucian. l. l. Ὤκελος e Stobaeo Eclog. Phyf. I, 8. et Jambl. p. 217. Solanus ad Lucianum attulit, hanc fcriptionem rectiorem judicans; et ita habet Cod. Vat. a Siebenkeefio collatus. Οὔκελος olim legebatur in Diogene Laërt. ʽΟ ἥκελος. Mſſ. Sexti Empir. de quo Canterus Var. Lect. I. c. 17. Ἔκκελος Syrianus legit ad Ariftot. Met. XIII. Ὄκκελος habent Regiae Schedae in Diog. Laërt. Proclus in Platonis Timaeum pag. 150. Baf. apud Joh. Walter. 1534. Fol., ex eoque Canterus ἀκύλλου attulit. *Cereius* denique *Lucanus* extabat apud Cenforinum de die nat. c. 3.

περὶ τῆς τ. παντ. φύσ.] E variis infcriptionibus huius libelli eam elegi, quam primae paragraphi conftans lectio exhibet, quacum confentit Philo Jud. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 728. G. et fere Stobaeus Ecl. Phyf. I, 24. τὰ περὶ τοῦ Παντὸς φύσεως. Sed Archytas, vt vulgo ftatuitur, apud Diog. Laërt. L. VIII. Segm. 80. περὶ τᾶς τῶ Παντὸς γενέσιος. Et Gal. femel περὶ τοῦ Παντός.

παρ' αὐτῆς τῆς Φύσεως ἐκμαθών· τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου, τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως ϛοχαζόμενος.

§. 2. Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγέννητον· ἀεί τε γὰρ ἦν καὶ ἔϛαι· εἰ γὰρ ἐγ-

Patricius vero Discuss. Perip. T. II. Lib. II. p. 202. fin. *libellum de natura* vocat, et Proclus, l. l. ἐν τῷ περὶ φύσεως. Ceterum cf. Comment. Initium §. 1. vsque ad ἐκμαθών laudauit Patricius Disc. Perip. T. II. L. 2. p. 207.

§. 1. δόξῃ μετὰ λόγου, τὸ εἰκ.] Ita distinxit Batt. in reliquis vero comma positum post δόξῃ, vt μετὰ λόγου ad sequentia trahatur. Sed tum plane superfluum est τὸ εἰκὸς, quod, quamvis ex Aristotele, discrimen inter σημεῖον, εἰκὸς et τεκμήριον constituente, huc translatum videri possit, tamen, quum nullo in libro desideretur, non est loco mouendum. Nec omnino est, cur hic locus coniecturis, e Platone se nobis offerentibus, tentetur.

§. 2. ἀνώλεθρον εἶναι] Vizz. hic quidem ἀνόλεθρον. Atque ita haec vocula apud Homerum Iliad. N, 761. propter metrum scribenda. Ex errore tamen operarum in Vizzanii editione varietatem ortam puto; quum ibidem bis legatur ἔσθαι pro ἔϛαι.

καὶ ἀγέννητον] Dedi lectionem Codd. Vatt. (at Siebenkees. ἀγένητον e Cod. Vat. annotauit.) Comm. Patricii, Batt. sed Vizz. Gal. D'Arg. Louan. legunt ἀγένητον. Eandem varietatem obseruauit Sylburg. ad Aristot. Top. p. 428. l. 3. et 461. l. 3. vbi in textu ἀγένητος. cf. Wetsten. in Varr. Lect. ad Matth. I, 18. et Exc. Beck. in Varr. Lect. ad Plutarch. de decretis philoss. p. 132. ad p. 3. l. vlt. et in seqq. passim. c. 3. §. 25. p. 11. ἀγέννητα, ἀΐδια. et lib. 2. c. 4. §. 2. ἀγένητον. Parum refert; quamquam enim ἀγένητον proprie est: *non ortum*, et ἀγέννητον: *non genitum*; tamen haec passim miscentur. Plinius Hist. Nat. II, 1. dixit: *Mundum numen esse credi par est, aeternum, immensum, neque* genitum, *neque interiturum unquam:* et apud Parmenidem, vs. 57. propter metrum ἀγένητον scribendum est. Praetulerim tamen hoc nexu et significatu semper ἀγέννητον, nam ἀγένητον aliam vim etiam habet, vt in isto Agathonis, quod affert Aristot. Nicom. VI. c. 2. Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς ϛερίσκεται, Ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. cf. Plato Alc. II. p. 84. T. V. Statim Patricius. pag. 251. ἀεί τε γὰρ ἦν τε καὶ ἔϛαι.

χρόνον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν· οὕτως οὖν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγέννητον τὸ Πᾶν. Οὔτε γάρ, εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει, [εὕροιτο ἂν ἐξ ὅτου γεννηθείη, οὔτε εἰ φθαρτὸν] εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη·

οὐκ ἂν ἔτι ἦν] Non est coniiciendum ἦ. vid. Fisch. V. Exc. ad Platon. Phaedon. c. 1. n. 9. p. 232. sed Battaesius, ad commendandam explicationem suam, suasit etiam: οὐκ ἄν τι ἦν. *nequaquam.* Conf. Comm. ad h. l.

ἀνώλεθρόν τε κ. ἀγ. τ. π.] Est lectio Codd. Vatt. quae fortasse etiam est in Cod. Reg. Paris. nam Battaesius dedit: ἀγέννητόν τε τὸ Πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. Reliquae edd. habent ἀγένν. τὸ π. καὶ ἀνώλ. omisso τε. Siebenkees nihil varietatis annotauit.

δοξάζει] Cod. Vat. Sieb. δοξάζοι.

εὕροιτο ἂν — εἰ φθαρτὸν] Has voces, vncinis inclusas, quamvis ab omnibus libris collatis, et versionibus absunt; tamen, quia omissis iis sententia oritur Ocelli menti plane contraria, ex coniectura, vt opinor, necessaria, addidi. Nam voces: *neque enim, si quis genitum id existimare velit, inveniet, in quod dissolvatur,* concessiue essent intelligendae, hunc in modum: *Si quis tamen arbitrari velit, genitum id esse, non valde repugnabo, hoc vero certe dandum est, interitum id non esse habiturum; inveniri enim non potest, in quod dissolvatur.* At enim in sequentibus mundi sine initio aeternitas non minus affirmatur, quam aeternitas absque fine. Quare Ocellus, his omissis, parum consentanea scripsisse putandus esset; quod certe sine causa idonea non est admittendum. *Deinde* membra sequentia, *huius enunciationis probationem continentia,* luculenta exhibent omissionis vestigia. Voculae enim: εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκ. ἐσχ. τοῦ π. ἔσται, referendae sunt ad enunciationem: εἰς ὃ φθαρ. καὶ διαλυθ. eamque probant; sed quo respiciant voculae: ἐξ ὅτου τε καὶ γέγονεν, ἐκ. πρ. τοῦ π. ἔσται, id non reperitur. Constructionis *denique* rationem nolui vrgere. Quamquam enim οὔτε γὰρ ab Ocello etiam ita adhibeatur, vt οὔτε sequatur; cf. c. IV, 8. idque ab aliorum scriptorum vsu non abhorreat: cf. Plato Phaedon. c. 2. p. 237. sq. Fisch. οὔτε γὰρ — οὔτε αὖ. tamen, quum οὔτε ante γὰρ tum ab aliis, vid. Xen. Mem. Socr. II, 6, §. 19. ed. Schneideri; tum ab Ocello c. IV, 14. I, 5. absolute etiam ponatur: huic argumento parum tribui. In mentem autem venit, ita emendare: οὔτε γάρ, ἐξ οὗ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζοι εὐ-

ἐξ ὅτου τε καὶ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ Παντός ἐστιν· εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ Παντὸς ἔσται. Τό γε δὲ Πᾶν γινόμενον, σὺν πᾶσι γίνεται, καὶ τὸ φθειρόμενον, σὺν πᾶσι φθείρεται· καὶ τοῦτό γε δὲ ἀδύνατον· ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ Πᾶν. Οὐ μὲν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως.

§. 3. Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν, τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον· καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ᾽ οὗπερ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις· τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή· δευτέ-

ροιτ᾽ ἂν, οὔτ᾽ εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. Sed vt concinnior lectio, ita violentior eſt mutatio; omiſſiones vero, vt in aliis, ita in primis in hoc libro frequentes. Quare ita locum ſupplendum cenſui, vt ſimul omiſſionis cauſa, duplex illud εὕροιτο, appareat.

ἐξ ὅτου τε καὶ γέγ.] Sic dedi cum Codd. Vatt. etiam Siebenk. Regio Par. 1928. et Louan. editione, pro ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, quod eſt in Com. Vizz. Gale. D'Argenſ.

τό γε δὲ Πᾶν] Ita omnes, etiam Batt. Sed Cod. V. δέ γε, quod ſane vſus poſtulat, Plato, Parmenid. init: αὐτῷ δέ γε. Infra Noſter. §. 5. et §. 7. τὸ δέ γε ὅλον. §. 9. ὁ δέ γε κόσμος. Ariſtot. Met. VII. c. 12. p. 1329. D. δεῖ δέ γε ἓν εἶναι. ſed exempla vbique ſunt obuia. Fortaſſe tamen τό γε δὴ legendum in Ocello, quod praeferrem. Sed quum dubia ſit lectio, nihil in textu mutaui.

σὺν πᾶσι φθείρεται] Vizz. φθερεῖται.

τοῦτό γε δὲ] Vizzan. cum Cod. V. δὲ omiſit. Recte, niſi hic etiam δὴ legendum eſt; vt ſtatim in ſeq. οὐ μὴν οὖν legerem pro οὐ μὲν οὖν. Vizzanio οὖν deeſt, male.

ἄλλως ἔχει] Nogar. ἔχῃ.

§. 3. Πᾶν τε.] Cod. V. π. δὲ.

ὀφεῖλον κοινωνῆσαι] Cod. V. deſunt haec duo verba, notante Vizzanio.

τοῦ χείρονος] Com. in Varr. Lectt. monet: τοῦ additum e Louanienſi. Videtur autem in Nogar. edit. eſſe omiſſum.

ἀφ᾽ οὗπερ ἂν] Sic Codd Vatt. Com. Batt. al. Sed Vizz

ϱαν δὲ, τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖϱον· τὸ δὲ συμπέϱασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθοϱὰ καὶ διάλυσις.

§. 4. Ἐὰν οὖν καὶ τὸ Ὅλον καὶ τὸ Πᾶν γεννητόν ἐστιν καὶ φθαϱτὸν, γενόμενον, ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείϱονος ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖϱον. Γενόμενος ἄϱα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν· ἅπασα γὰϱ φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅϱους ἔχει τϱεῖς, καὶ δύο διαστήματα· ὅϱοι μὲν οὖν εἰσὶ τϱεῖς, γένεσις, ἀκμὴ, τελευτή· διαστήματα δὲ, τό τε ἀπὸ τῆς γε-

ἀφ' οὗ ἂν, omiſſo πεϱ. quod Commel. in Varr. Lectt. deſiderari ait in Louan. At enim in Louan. legitur; quare Nogarolae deeſſe videtur.

ἐπὶ τὸ χεῖϱον] Cod. Reg. Batt. poſt χεῖϱον addit φοϱάν. Sed fortaſſe ibi ſcriptum eſt φθοϱὰν, et ita gloſſa eſſet ad χεῖϱον.

§. 4. γεννητόν ἐστιν] D'Argenſ. γενητόν, et Cod. Vat. monente Vizzan. et Siebenkeeſ. θνητόν. Sine dubio e gloſſemate inepto.

μεῖζον μετέβαλε] Hoc edidi cum Com. Gal. Batt. nam poſtea etiam αὔξησιν ἔλαβε. Sed Lou. Vizz. D'Arg. μετέβαλλε, et Codd. Vatt. apud Vizzan. μεταβάλλῃ. Cod. Vat. Siebenk. μεταβάλλει. inde μεταβάλλῃ apud Vizzan. erratum operarum puto.

ἀπὸ τοῦ μείζονος] τοῦ incluſum in Comm. et in Var. Lect. iſti editioni adiectis: „τοῦ *incluſum in aliis deſideratur: quemadmodum et reliquae dictiones, quae hisce notis ( ) includuntur, quod ſemel monuiſſe ſuffecerit.*" Ego vero nusquam deſideraui.

μεῖον μεταβαλεῖ] Ad hanc voculam Batt. annotauit: μεταβαλεῖ *ſelon le manuſcrit du Roi, pour* μετέβαλε. Sed Commel. et reliquae etiam habent μεταβαλεῖ. quare hanc notam iniquo loco adſcriptam eſſe ſuſpicor.

οὖν εἰσι τϱεῖς] τϱεῖς videri poteſt ex antecedentibus male repetitum. Sed omnes, quas vidi, id exhibent.

νέσεως, μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς.

§. 6. Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια τούτου ἐναργῆ, αἱ τάξεις, αἱ συμμετρίαι, σχηματισμοὶ, θέ-

§. 6. Quintam et sextam sectionem translocaui; numeri significationem vero retinui, ne in allegationibus oriatur confusio. Rationes autem translocationis hae sunt: primo sensus et argumentatio eam postulat. §. enim sexta non probat id, quod in quinta dictum est, sed quod in quarta legitur; quid quod, seruato vulgari ordine, sexta potest inepta videri quintae refutatio. Deinde, si vulgarem sequamur ordinem, desideratur aliquid, quod sextae §pho sit oppositum; requiritur enim quod opponatur verbis: πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μετ. κ. μ. ἐπιδέχεται· quod quum sentiret D'Argensius, explicandi caussa addidit: *mais dans l'essence et la nature stable du monde l'on n' aperçoit rien de pareil*; et Battaes: *Or rien de tel ne convient à l' Vnivers.* Translocatis autem his sectionibus oppositum desideratum est in verbis: τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ Πᾶν οὐδὲν ἡμῖν etc. Denique in §. 5. legimus παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον. id quod aperte respicit ad τεκμήρια; de quibus in antecedentibus sit disputatum. cf. Comm. ad I. §. 5. n. 1. Huius transpositionis ratio facillime potest reddi. Post vocem χείρονα. §. 6. statim legitur: τὸ δέ γε ὅλ. κ. τὸ π. quae verba etiam habentur in initio §phi septimae. Librarius igitur ad alterum τὸ δέ γε ὅλον §. 7. delapsus, paragraphum olim quintam, nunc sextam, omisit, quae deinde in margine adscripta, alieno loco in textum est illata.

σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρ.] καὶ deest in Cod. Vat. Ego vero mallem legere: σημ. τε καὶ τεκμ. vt infra §. 14. Ceterum Battaes. solus καὶ τὰ τεκμ. sine annotatione.

τεκμήρια τούτου] Sic Vizz. cum Codd. Vatt. et Vat. Siebenk. Sed Nog. Com. Batt. al. legunt αὐτοῦ, quod originem iis debere videtur, qui, hac paragrapho male collocata, τούτου referebant ad τὸ πᾶν: quum referendum sit ad omnia, quae antecedunt. verte: *huius rei.*

αἱ τάξεις αἱ συμμ.] Sic Vizzan. Batt. Sed Louaniensis editio articulum ante omnia haec substantiua omisit. et Com. Gal. D'Arg. habent quidem in duabus vocibus prioribus, sed inclusum.

σεις, διαστάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ γοῦν καὶ χρόνων περίοδοι· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς Φύσεως διέξοδον· τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ Φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα καὶ τὰ χείρονα.

§. 5. Τὸ δέ γε Ὅλον καὶ τὸ Πᾶν οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρον ποτὲ ἢ μεῖον γε-

ἀριθμοὶ γοῦν] Alter Cod. V. habet οὖν, alter, vt a Siebenkeesio et Vizz. monitum est, αὖ, quod quidem haud displicet, sed hiad.

μεταβολὴν καὶ μείωσιν] Haud scio, an post μεταβολὴν exciderit αὔξησιν. Altera certe mutationis forma desideratur. Ferri tamen lectio potest.

γεννητῆς φύσ.] D'Argens. solus: γενητῆς. et postea ante ἀσθένειαν omisit articulum solus, nisi quod Rotermundus ista repetiit.

καὶ τὰ χείρονα] τὰ deest Com. et Batt.

§. 5. τὸ δέ γε Ὅλον] Totam hanc §. laudauit Patricius Disc. Peripat. T. II. Lib. 6. pag. 279. Exhibet vero: τὸ δ' ὅλον.

ἐξ αὐτοῦ] Sic sponte mea dedi pro ἐξ αὐτοῦ, quod est in reliquis.

τοιοῦτον] Atticam formam hic exhibent omnes, quam nolui delere.

οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον — μεῖον γενόμενον] Vizzan. cum Codd. Vatt. οὔτε μὴν ἐπὶ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον μεταβάλλον, οὔτε μεῖζον ποτὲ ἢ μεῖον γενόμενον. Louan. vero: οὔτε μὲν ἐ. τὸ βέλτιον κ. τ. μεῖζον μετ. οὔτε μεῖζον ποτὲ ἢ μ. γ. ita vt μεῖζον bis legatur, χεῖρον vero plane omittatur; quam lectionem expressit etiam Christianus: *neque in melius quidem et maius mutari, neque maius vnquam aut minus fieri.* Ego vero secutus sum lectionem Nog. Com. Gal. Batt. rel. nisi quod loco οὔτε μὲν dedi οὔτε μὴν, cum Vizzan. e Codd. Vatt. ex quorum altero Siebenkees. etiam οὔτε μὴν attulit. et ita vbique, simili nexu, legendum censeo, minime vero οὐδὲ μὲν aut οὔτε μέν. Articulus vero ante βέλτιον inclusus est a Commel.

νόμενον, ἀλλ' ἀεὶ κατὰ τ' αὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ, καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ.

§. 7. Τὸ δέ γε Ὅλον καὶ τὸ Πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον· δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθείς· σύστημα γάρ ἐστιν τῶν ὅλων Φύσεων αὐτοτελὲς καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ Παντὸς οὐδέν· εἰ γάρ τί ἐστιν, ἐν τῷ Παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ Πᾶν πάντα ἔχει, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα.

κατὰ τ' αὐτὸ] Ita Vizz. Gal. Batt. ττανυτὸ Com. vitiose. τὸ αὐτὸ D'Argens. κατὰ ταυτὸ Louan. cf. Fischerus ad Platon. Phaedon. c. XXV. n. 10. pag. 326. et infra. c. I. §. 12. Pro ἑαυτοῦ videtur legentum ἑαυτῷ.

§. 7. τὸ δέ γε ὅλον] Vizz. omisit γε, fortasse auctoritate Codd. Vatt.

δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο] Sic Codd. Vatt. teste Vizzan. et Siebenk. Cod. Reg. Paris. Vizzan. et Battaes. Sed reliquae: διὰ γὰρ τοῦτο. illud numerosius.

δὴ κοσμηθείς] Ita omnes, recte, vt opinor. Facile coniici potest διακοσμηθείς, sed male. cf. Fisch. ad Platon. Phaedon. c. 58. n. 4. p. 454. Siebenkees. e Cod. Vat. διακοσμηθεὶς attulit; quod non videtur improbasse, quum ad sequentia mittat lectorem et laudet *Vulcan. ad Aristot. de mundo p.* 18.

ἐστιν τῶν ὅλων φύσεων] Revocaui lectionem edit. Louan. Com. Battaes. Patricii Disc. Perip. T. II. Lib. II. p. 204. l. 40. sq. quam etiam Nogarolae tribuit Vizzanius; ipse vero cum Cod. Vat. legit τῆς τῶν ὅλων φύσεως, id quod repetierunt Gale et D'Argens. Sed e §. 1. videtur petita esse mutatio; nec mundus est σύστημα τῆς τ. ὅλων φύσεως, sed τῶν ὅλων φύσεων. Significatio autem voculae φύσεως, qua *rem* denotat in rerum natura obuiam, Ocello non fuit ignota. Vid. Commentar. ad I, 1.

εἰ γάρ τί ἐστιν, ἐν τ. — ἐπιγεννήματα] Ita hunc locum formaui e coniectura. Sed Louan. Com. Vizzan. Gale. Battaes. εἰ γάρ τί ἐστιν ἐν τ. παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη etc. et varia quidem distinctione. D'Argens. post ἐν τῷ παντί ἐστι omisit καὶ. Patricius vero T. II. Lib. II. p. 204. εἰ γὰρ

§. 8. Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογὴν, ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ' ἐπιδεῖ καὶ τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς· ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοὴν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι· ἥλιος δὲ καὶ σελήνη καὶ οἱ πλάνητες καὶ οἱ ἀπλα-

ἐστὶν, ἐν τῷ παντὶ ἐστὶν, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν· καὶ σὺν τούτῳ πάντα ἔχει τὰ μὲν etc. Quid autem ſibi velit: καὶ σὺν τούτῳ τὸ πάντα ἔχειν, id videant ii, qui vulgarem lectionem, e mala vocum repetitione ortam, defendere ſuſtineant. Chriſtian. vertit: *Si quid enim eſt, in vniuerſo eſt, et cum hoc, quidquid eſt, hoc omnia intra ſe continet, alia quidem vt partes, alia vero vt propagationes.*

§. 8. πρὸς οὐδὲν ἕτερον] Louan. πρ. οὐδένα ἕτ.

πρὸς ἑαυτόν] Codd. Vatt. πρὸς αὐτόν.

ἀλλ' ἐπιδεῖ καὶ τῆς] Com. Vizz. Gal. al. ἔτι δεῖται τῆς. Ego vero revocaui lectionem Louan. editionis, quae etiam in variis lectionibus Commelini reperitur. Vizzan. in margine habet: VV et al. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ. Sane operarum errore, nam voluit iſto *al.* varietatem e Commel. indicare; habent tamen Siebenkeeſii ſchedae: ἔτι δεῖται] ἐπειδὴ ἐπιδεῖται; Battaeſ. denique e cod. 2518. legit ἀλλ' ἐπιδεῖ τῆς, omiſſo καὶ, quod tamen facile ab ipſo editore omitti potuit. Vocula autem ἐπιδεῖσθαι paſſim occurrit: Vid. Platon. Sympoſ. XXIII, 10. Wolf. οὔκουν ἐπιθυμεῖ ὁ μὴ οἰόμενος ἐνδεὴς εἶναι, οὗ ἂν μὴ οἴηται ἐπιδεῖσθαι. Plutarch. de decretis Philoſſ. II, 5. §. 1. ἀλλὰ μὴν οὐδεμιᾶς τινος ἐπιδεῖται τροφῆς. Lucianus Amor. c. 33. ἕπεται τιμὴ πλείων, ἢ ὅσα τῆς παραυτίκα χρείας ἐπιδεῖται. Quemadmodum autem προσδεῖσθαι dicitur et προσδεῖν Xen. Mem. Soc. IV, 2, 13. ἐνδεῖ, καταδεῖ etc. ita dici etiam poteſt ἐπιδεῖ, quod hic codd. auctoritas praeferre nos jubet.

πλάνητες] Sic Gal. D'Arg. Batt. πλανῆται Vizzan. et Commel. Infra c. 3. eadem eſt varietas.

οἱ ἀπλανεῖς] οἱ eſt incluſum apud Commel. Gal. D'Arg.

νεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς κοινῆς διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὑτόν.

§. 9. Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐστι· τό τε γὰρ πῦρ, ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὂν, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ θερμόν ἐστι, καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γενόμενον αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ γλυκύ ἐστι, καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωστικαί εἰσιν· οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον

κατὰ τὸ μέρος] τὸ deest Cod. Vat. Siebenk.

κοινῆς διακ.] Voculam κοινῆς exhibent codd. Vatt. Louan. Vizzan. Batt. In Commel. Gal. D'Argenſ. vero incluſa eſt; deſideratur nimirum in Veneta Nogarolae. Chriſtian: *communi deſcriptione egent.*

ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὑτόν.] Haec eſt lectio codd. Vatt. Louan. Vizzan. Sed Nog. teſte Vizzanio, Commel. et inde deriuatae: ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ. Battaeſ. legit: αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλὰ αὐτὸς δὲ πρὸς αὐτοῦ, et ad voculas ἀλλὰ αὐτὸς annotauit: *Le manuſcrit du Roi n° 1928 omet αὐτὸς δὲ, et l' ajoûte après ἀλλά.* Equidem legere mallem: ἀλλ' αὐτ. πρ. αὑτόν. et hoc iam Siebenk. e Cod. Vat. attulit, quare dedi.

§. 9. αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ θερμόν] Ita Cod. Vat. Siebenk. Louan. Vizzan. Batt. αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ Nog. Com. Gal. idem valet ſtatim lineis ſeqq. Sed primo loco αὐτὸ ἐξ omiſit D'Argenſ. et Roterm. ex errore operarum.

ἐμφανεῖς] Hoc dedi cum Codd. Vatt. Com. Louan. Vizz. et recentioribus. ἐκφανεῖς Nogarola et Patric. Diſc. Perip. T. II. L. I. p. 193. Idem ad ſenſum. Xen. Mem. Socr. IV, 3, 13. εἰς τὸ ἐμφανὲς ἰέναι in conſpectum prodire. Herodot. I, 203. μίξιν τε τούτων τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα. Herodot. I, 205. ἐκ τοῦ ἐμφανέος aperte: oppon. δόλῳ. cf. Herod. II, 33. et hanc voculam in ſimili re legimus Ariſtot. Nicom. I, 7. p. 12. A. — ἐκφανὴς autem *manifeſtus, euidens,* legitur apud Plutarch. de aud. poët. VII, 3. ἐκφανεῖς ποιεῖ τὰς ἀντιλογίας. Plato Sympoſ. III, §. 7. [σοφία] ἐξέλαμψε καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο etc.

οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμ.] Batt. οὕτως οὖν

γινόμενον τῆς αὐτοτελείας αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐςι, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον ἐςὶ, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐςίν. Ὁ δέ γε κόσμος αἴτιός ἐςι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐςι καὶ αὐτοτελὴς, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς.

§. 10. Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ Πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὂν, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται· καὶ εἰς μὲν τὸ ὂν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔςαι τοῦ Παντὸς φθορὰ, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὂν, ἤτοι τὸ Πᾶν, ἢ τὸ μέρος τί ἐςι τοῦ Παντός. καὶ μὴν οὐδὲ

καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιόν τι γινόμενον. Suſpicor e Codice ſuo, quamvis id non annotauit.

αἴτιον γιν. τῆς σωτηρ.] αἴτιον deeſt in Codd. Vatt. notante Vizzanio. Tacet Siebenk.

τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι] Vizz. cum Codd. Vatt. τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦ εἶναι etc. non male. nihil notauit Siebenk.

τῆς διαμονῆς] Vulgo additur in fine huius ſectionis τῶν ὅλων, quod Vizzan. ſe ait adieciſſe e Codd. Vatt. et Comm. quod etiam in Louan. et Battaeſ. extat. Commel. incluſit parentheſeos ſignis, ſic et recentiores. Ego vero nullus dubito, quin hae voculae, conſtructionem verborum turbantes, aut interpretationis cauſa adiectae, aut e primis ſequentis paragraphi verbis ὅλως δὲ, ortae ſint. Dixit quidem Phurnutus de Nat. Deor. c. 1. p. 141. Gal. αἰτίους αὐτοὺς νομίσαντες εἶναι τῶν τοῦ ἀέρος μεταβολῶν, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων. Sed haec conſtructio eſt plane alia.

§. 10. τὸ ὂν διαλύηται] Vizzan. (cum Nogar. opinor) legit διαλύεται. Ipſe tamen etiam e cod. Vat. affert διαλύηται in margine.

ἢ τὸ μέρος τί ἐςι] Mirum videri poteſt, quod articulus cum τι, definitum cum indefinito, iunctum eſt. Sed ita quoque graece dicitur. cf. Plato Phaedon. c. 47. p. 416.

εἰς τὸ μὴ ὄν. ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι ἐκ τῶν ὄντων, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ Πᾶν.

§. 11. Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ Παντὸς φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός· οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν· ἐκτὸς γὰρ τοῦ Παντὸς οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ Παντὶ, καὶ τὸ Ὅλον καὶ τὸ Πᾶν ὁ κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ· δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά τε καὶ δυναμικώτερα

Fisch. Διὸ δὴ καὶ ὁ μέν τις δίνην περιθεὶς τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ. ibid. c. 25. pag. 324. ὑπὲρ τοῦ ποίου τινός. et τῷ ποίῳ τινί. Aristot. Physic. I, 69. ἢ πρὸς τὸ ἄλλο τι τῶν ἐχόντων μορφήν. Codex Vat. Siebenk. τὸ omittit.

τὸ ὂν ἀπολέσθαι ἐκ τῶν ὄντων] Ita legit Battaesii Codex et sine dubio Codd. Vatt. ex quibus in margine Vizzanii vitiose adfertur ἀπόλεσθαι ἐκ τῶν οὔτων. e suo tamen Siebenk. annotauit: „ἀποτελέσθαι] deest." Louan. editio habet: ἀπολέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων, quod secutus est Christianus, quum verteret: *fieri enim non potest, vt quod est ab iis quae non sint aboleatur, aut in id quod non sit resoluatur.* Comm. Vizzan. Gal. D'Argens. Roterm. denique: τὸ ὂν ἀποτελέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων. Sed hoc debetur coniecturae Nogarolae hunc in modum differentis: „Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι. *Ita vulgo legitur in Ocello. Ego vero legendum arbitror* ἀποτελέσθαι, *quod est: effici vel fieri; quod intelligere cuique licet cum ex ipsa rei natura, tum vero e verbis Philonis, quae Ocelli verbis debent respondere. Ita enim scribit Philo:* ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι." Vid. Commentar. ad h. l.

ἄφθαρτον ἄρα] Codd. Vatt. ἄφθ. γάρ. quam varietatem etiam Commel. in varr. Lectt. annotauit. Tacet Siebenk.

§. 11. καὶ δοξάζοι] Cod. Vat. non habet καὶ, et Vizz. legit δοξάζει.

ὑπό τινος τῶν ἔξω — τῶν ἔξωθεν] Louan. ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἐντός, οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν etc.

μείζονά τε καὶ] τε inclusum in Comm. et inde derivatis.

εἶναι τοῦ Παντός· τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές· ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ Παντὸς, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται, καὶ συνήρμοσται, καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν· εἰ δὲ οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ Πᾶν, ἄφθαρτος ἄρα καὶ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος· τοῦτον γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ Πᾶν.

§. 12. Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη, τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ, κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν, καὶ διέξοδον ἐπιδε-

οὐκ ἀληθές] Sic cod. Vat. teste Vizz. et Siebenk. Louan. Vizzan. Battaesius. οὐκ ἀληθεύει vero legunt Nog. Comm. Gale etc. quod tamen contra linguae vsum censendum est. Occurrit quidem interdum ἀληθεύει, vt pro ἀληθές ἐστι positum videri possit; velut Aristot. Met. IV. c. 7. p. 1280. C. Aurel. ὁρισμὸς ἀληθεύει, et ψεύδεται· de Interpr. c. 8. p. 52. E. vbi alternant ἀληθεῖς εἶναι et συναληθεύειν, inter haec vero loca, et Ocelli locum haud parua intercedit diuersitas. Passiuum vero ἀληθεύεται idem est ac ἀληθές ἐστι. Aristot. Topic. IV. c. 3. p. 316. D. de Interpr. c. 10. p. 55. D.

τὰ πάντα] τὰ ἄλλα πάντα. Cod. Vat. Siebenk.

τοῦτον γὰρ ἔφ.] Secutus sum lectionem ed. Louan. et Cod. Vat. Siebenk. reliquae habent: τοῦτο γὰρ ἔφ.

§. 12. κατὰ λόγον ἀπομ.] Vizz. monet, in cod. Vat. esse κατ' ὀλίγον. quod, si κατ' ὀλίγον legatur, non est plane contemnendum. Glossa certe est aptissima. Siebenk. „κατὰ λόγον] κατ' ὀλίγον· κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη τὸ θνητόν."

ἀπομαραινομένη καὶ πρ.] Vulgo legitur ἀπομ. τὸ συνεχὲς καὶ πρ. Ego vero iam olim has voculas τὸ συνεχὲς, vt suspectas annotaui, quia non solum constructionem turbant et impediunt, explicationemque difficillimam reddunt, sed etiam propter similem antecedentium vocularum (θεωρουμένη τὸ συνεχὲς et ἀπομαραινομένη) exitum facile repeti potuerunt. Sed cum in omnibus, etiam in Christiani versione, extare viderem, non ausus sum loco eas mouere. Nunc vero cum Battaesio, auctoritate cod. Regii, omisi.

διέξοδον ἐπιδεχόμενον] Sic

χόμενον τῆς ἰδίας συστάσεως. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβοντα, διέξοδον οὐκ ἐπιδεχόμενα τῆς οὐσίας· τὰ δὲ δεύτερα, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀὴρ, ὅρον ἀμείβουσι ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὸν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὸν κατὰ μεταβολήν.

§. 13. Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον, ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς μέχρι πυρὸς, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. Οἱ δὲ καρποὶ καὶ

edidi e coniectura Schultesii in Bibl. der gr. Philosophen. pag. 302. et ita Battaesii textus. E codice suo tamen ipse affert ἐπιδεχομένη, quae est reliquarum editionum lectio.

τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως] καὶ deest in Cod. Reg. nisi in nota Batt. operarum errore excidit. In textu ipse habet.

κύκλον ἀμείβοντα — ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς] Hunc locum, qui olim mancus et mutilus exhibebatur, Battaes. e Cod. Reg. 1928, ita, vt edidi, restituit. Antea ita se habebat: κύκλον ἀμείβει (codd. Vatt. vt Vizzan. et Siebenk. monuerunt, ἀμείβοντα, emendatae lectionis vestigium) διέξοδον οὐκ (Vat. οὖν) ἐφεξῆς (Louan. περίοδον ἐφεξῆς) καὶ συνεχῶς etc. Ad defendendam lectionem Battaes. adscribam ea, quae, antequam reliquas editiones contulissem, ad voculam διέξοδον annotaueram: „ante hanc vocem aperte nonnulla exciderunt; primo enim constructio admodum dura, et ab Ocelli ratione abhorrens, adeo vt διέξοδον et κύκλον in appositione esse videantur; deinde τὸ οὐκ ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς aperte oppositum est τῷ: κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως· denique nihil est, quod respondeat vocibus: τὰ μὲν γὰρ, vbi τὰ δὲ hic quidem necessario sequi debet. Desidero equidem talia, quae sint opposita τοῖς πρώτοις κινουμένοις."

οὐ μὴν τὸν — ἀλλὰ τὸν] Ita Batt. et Vizzan. e Cod. Vat. οὐ μὴν τόν γε — ἀλλὰ τὸν, quod annotauit quoque Siebenkeesius. Sed Nogar. Com. et reliquae τήν. referebant nimirum ad διέξοδον, quum omissa essent nunc quidem interiecta.

§. 13. μέχρι πυρὸς] Desunt hae voculae Louaniensi, vnde in Com. includuntur.

τὰ πλεῖςα τῶν ῥιζοφύτων, ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ τὸ σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως.

§. 14. Οἱ δὲ ἄνθρωποι, καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν· οὐ γάρ ἐςιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν, οὐδὲ ἀντιπερίςασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ τῶν τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα, καὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν, διαλύεται καὶ ἀπογίνεται. Ταῦτα οὖν ἐςι σημεῖά τε καὶ τεκμήρια, τοῦ τὸ μὲν ὅλον

ἐπὶ τὸ σπέρμ.] Articulum, quem Louan. Vizz. Batt. habent, Com. inclusit tanquam desideratum alibi.

ἐπιτελουμ.] Codd. Vatt. ἀποτελουμένης. non male.

§. 14. Οἱ δὲ ἄνθρωποι] Cod. Vat. Siebenk. εἰ δὲ ἄνθρωπος. *male*. iudice Siebenk.

οὐ γάρ ἐςιν ἐπαν. — ἡλικίαν] Hae voculae desiderantur in Louan. nec eas expressit Christian. qui vertit: *Successiue potius vniversum naturae terminum subeunt, neque illis est inter se mutationis vndique circumfusa cobibitio (quae Graecis est* ἀντιπερίςασις*) quemadmodum est in igne etc.*

οὐδὲ ἀντιπερίς. μεταβολῆς] Vizzan. suadet: οὐ δι' ἀντιπερίςασιν μεταβολή.

τὸν διὰ τῶν τεσσάρων] Codd. Vatt. teste Vizz. et Sieb. τῶν διὰ τεσσάρων. et Louan. διὰ τεσσάρων, omisso τῶν. non male. Com. Gal. D'Arg. τῶν incluserunt.

καὶ τὰς μεταβ.] pro καὶ Codd. Vatt. non inepte κατά. quod e suo annotauit quoque Siebenk. Vizzanii coniecturam vide Comment. I, 14, 6.

καὶ ἀπογίνεται] Ita omnes etiam Codd. Vatt. Sed Vizz. fortasse cum Nogar. καὶ ἄλλα γίνεται. Battaes. διαλύεταί τε καὶ ἀπογ.

ταῦτα οὖν] Vizzan. notauit, Codd. Vatt. et Louan. habere τούτων. Louan. nimirum ita: τούτων ἐςὶ σημεῖά τε καὶ τεκμήρια τοῦτο μὲν etc. eadem statim postea pro τὰ δ' ἐπὶ habet τὰ δὲ ἐπί.

καὶ τὸ περιέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ᾽ ἐπὶ μέρους καὶ ἐπιγινόμενα αὐτοῦ φθείρεσθαι καὶ διαλύεσθαι.

§. 15. Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς οὐσίας τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος· ἥ τε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα κύκλος· οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος· ἥ τε τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον· αὕτη δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος· ὅ τε χρόνος ὁ ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. ἥ γε μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ

ἐπιγ. αὐτοῦ] αὐτοῦ, quod eſt in codd. Vatt. Louan. et editionibus reliquis, Nogarolae deeſt, quare incluſum in Commel. Gal. etc.

§. 15. ἀγέννητος] D'Argenſ. hic et poſtea ἀγένητος. Ceterum Stobaeus in Eclog. Phyſ. I, pag. 44. fin. hanc ῥῆσιν vsque ad voces: πεφυκένια μεταβάλλειν dorica dialecto laudauit: ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀτελεύτατον, omiſſo hic quidem τὸ ἄναρχον. et poſtea ἴσος vt ſupra etiam ſcriptum eſt §. 5. Patricius h. locum laudauit vsque ad καὶ ἄφθαρτος. T. II. Lib. VI. p. 251.

ἥ τε τῆς κινήσεως] Ita Nog. Com. et edd. inde fere exſcriptae; ſed Vizzanius: ἥ τε κίνησις, ex aliis, vt teſtatur. Invenitur autem haec varietas in Varr. Lectt. Comm. ſine auctoritate. Stobaeus etiam: ἅ τε τᾶς κινάσιος.

αὕτη δὲ] Stobaeus αὐτὰ δὲ. i. e. αὐτὴ δέ. male.

ὁ ἄπειρος] Articulum omiſit Stobaeus cum Louan. et Commel. incluſit. Sed habet Vizzan. et Patricius T. II. L. VI. p. 246. et Battaeſ.

μήτε ἀρχὴν] μὴ δὲ ἀρχ. Patricius.

τελευτὴν λήψεσθαι. ἥ γε μὴν] Stob. τελευτὰν λάμψειν. ὁ δὴ ἅ τε μὰν etc. et ſtatim ἀνέκβακτος vitioſe.

ἐπὶ τὸ βέλτ.] Stob. εἰς τὸ βέλτ.

τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. Ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιςοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος. Καὶ περὶ μὲν τοῦ Ὅλου καὶ τοῦ Παντὸς ἅλις εἰρήσθω.

Κεφ. Β.

§. 1. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ Παντὶ τὸ μέν τοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως· καὶ γένεσις μὲν, ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων, αἰτία δὲ γενέσεως, ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου· φανερὸν, ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν ἐςι, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι.

§. 2. Αἱ δὲ μοῖραι αὐτοῦ διορίζουσι καὶ τέ-

πεφυκέναι μεταβάλλειν] Stob. πέφυκεν μεταβάλλεν.

Cap. II.

§. 1. Stobaeus etiam hanc §. laudauit Ecl. Phyf. p. 45. Patricius vero hanc et fequentem vsque ad voces: καὶ φύσεως exhibuit in Difc. Perip. T. II. lib. VI. p. 239.

ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ Παντὶ] Stob. ἐπειδ' ἐν τῷ περιπαντι. et poft μέν deeft τοι. Patricius: ἐπεὶ δ' — μέντοι — τὸ δ' αἰτ.

γένεσις μὲν] μὲν deeft in Cod. Vat.

καὶ ἔκβασις] Vizzan. καὶ ἡ ἔκβασις. e Cod. Vat. et Barth.

τῶν ὑποκειμ. — ὅπου ταυτότης] Defunt haec Stobaeo. Sed facile apparet, cur omiffa fint.

φανερὸν ὅτι] ὅτι deeft Stob. vt ftatim τῆς ante γενέσεως.

τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν] Stob. τό τε ποιεῖν καὶ κινεῖν, quod magis conuenit cum membro fequente τό τε πάσχ. καὶ τὸ κιν. Ceterum τὸ ante κινεῖν, quod Patricio deeft, et in Nogar. videtur defiderari, inclufum eft in Comm. rel. Sed Louan. Vizzan. Battaef. id exhibent.

§. 2. μοῖραι αὐτοῦ] αὐταὶ legunt Nog. Comm. Vizzan. Gal. D'Arg. Roterm. Battaef. Sed Codd. Vatt. tefte Vizzanio habent αὐτοὺς, et Louan. ed. τοῦ. Patricius: αὐται, fed vertit: *fata ipfa*. Chriftian. in

μνουσι τό τε ἀειπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου, καὶ τὸ ἀεικίνητον. Ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος. τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῆς, θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως.

versione initium plane omisit, nam transtulit: *dirimitur impatibilis mundi pars et immutabilis a patibili et mutabili.* Equidem siue αὐταὶ, siue αὐτοῦ legendum censeo, et posterius in textu posui, quum in codd. Vatt. et Louan. eius reperiantur vestigia. αὐταὶ videtur ortum e coniectura eorum, qui, quum intelligere non possent, quae sint *fata eius*, corrigerent: *fata ipsa.* Ceterum cf. commentar. ad h. l.

ἀειπαθὲς μέρ. τ. κόσμ. κ. τ. ἀεικίν.] Editiones, praeter Batt. omnes: τό τε ἀπαθὲς μ. τ. κ. — ἀκίνητον. Sed Nogarola iam annotauit: *melius arbitror, si legatur* τό τε ἀειπαθὲς μέρος καὶ ἀεικίνητον. et Vizzan. *legerem* ἀειπαθὲς καὶ ἀεικίνητον. Ego vero non dubitaui, ita edere; nam Battaesii codex et textus ἀεικίνητον habet loco ἀκίνητον, quamvis in textu relictum sit ἀπαθὲς μέρος. Patricius vero p. 239. et ἀεὶ παθὲς et ἀεὶ κίνητον, voculis nimirum ita separatis; Siebenkees. autem e cod. Vat. et ἀειπαθὲς et ἀεικίνητον annotauit. Deinde haec dictio Ocello est familiaris. cf. c. III. §. 5. τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς. et in fragm. de Legg. τὸ δ' ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνεῖται. Ceterum Vizzanii textus habet: μ. τ. κόσμου τὸ καὶ ἀκίνητον· sed vertit: *impassibilem vniversi partem et immobilem*, vnde pro errore operarum haberi potest. Non inepta tamen esset lectio, si quis coniungat Battaesianam cum Vizzan. ita: τό τε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου τὸ καὶ ἀεικίνητον; cf. Comm. ad h. l.

ἐπ' αὐτῆς] ἐπ' αὐτὴν legunt Comm. Gal. D'Arg. Battaes. ἐπαναυτὴν Nogar. Patric. et Vizzan. ὑπ' αὐτὴν Codd. Vatt. quod etiam Siebenk. monuit, et Louan. edit. (error hic est in Varr. Lectt. Vizzanii; nam Commelina aliter legit, ita nimirum, vt annotaui.) Ego vero e coniectura, sensu et grammatica postulantibus, posui ἐπ' αὐτῆς *in ea*; vt infra habebimus c. II. §. 22. τὰ ἐπὶ γῆς. III, 2. ἐπ' αὐτῆς φυόμενα. cf. Plato. Tim. T. IX. p. 365. Bip. Confunduntur autem ἐπ' αὐτῆς et ἐπ' αὐτήν. velut Fischerus ad Platonis Phaed. c. 59. n. 28. pro ἐπ' αὐτῆς e cod. Aug. ἐπ' αὐτὴν, et e Tub. ἐπ' αὐτῇ attulit. Fortasse tamen ἐπάνω αὐτῆς, i. e. ἄνω ἐπ'

τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἐν αὐτῷ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων.

§. 3. Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου Φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπεῖναι. Πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ γενόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χύλον, καὶ σιγὴ πρὸς ψόφον, καὶ σκότος πρὸς φῶς, καὶ

αὐτῆς, legendum eſt, vt Plato. Phaedo. c. 58. pag. 459. Fiſch. οἰκοῦντας γὰρ ἔν τινι κοίλῳ τῆς γῆς οἴεσθαι ἐπάνω αὐτῆς οἰκεῖν.

τὸ μὲν γάρ] γὰρ deſideratum apud Nogar. Vizzanius e Codd. Vatt. addidit; reliquae etiam habent.

ἐν αὐτῷ διαλλ.] αὐτῷ, quod in variis lectt. Comm. reperitur h. l. cenſui reuocandum; Reliquae omnes quas vidi ἐν αὐτῇ, nec e cod. Vat. varietatem annotauit Siebenk. quare hic quoque αὐτῇ videtur habere: male; referri enim non debet ad σελήνην, ſed aperte reſpicit ad τὸ πᾶν τὸ ὑποκάτω σελήνης.

§. 3. γέν. ἔχουσι] Cod. Vat. ἔχει. Sed Patric. etiam pag. 237. exhibet vulgatam. Ceterum pro φύσις τε καὶ γένεσις poſſet in mentem venire φ. τ. κ. ἀπογένεσις. cf. finem §. 2. ſed ſequentia, vbi de ortu ſolo agitur, hoc non admittunt; nec omnino erat, cur hic interitus fieret mentio.

ἐξ αὐτοῦ γενόμ.] Omnes quas vidi editiones, ne Battaeſiano quidem textu excepto, Patricius etiam Lib. II. T. II. pag. 205. legunt ἐξ αὐτῶν, quod ſane improbandum. Vnum enim anteceſſit, ad quod referatur, τὸ πανδεχὲς, τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα. Vitium e dorica dialecto videtur natum, vbi ſine dubio fuit ἐξ αὐτῶ· niſi forte grauius vitium et omiſſio etiam hic latet. Patricius pro γενόμ. habet γινόμενα, idemque e Cod. Vat. annotauit Siebenkees.

καὶ σιγὴ πρὸς ψόφον] Sic Battaeſii textus, ſine dubio e codice ſuo. Antea in omnibus editionibus legebatur: καὶ ψόφος πρὸς σιγήν. cuius loco Vizzanius coniecit καὶ πρὸς ψόφον σιγή, vt congrua fiat proportio et *concinna cum ſequentibus verbis textus, in quibus aër, cui mox indebatur ſilentii nomen, ſtatuitur veluti materia ſtrepitus dictionis et concentus.* Recte, et ita ſimul appareret ratio, cur immutata et deprauata haec lectio

ὕλη πρὸς τεχνιτόν. τό τε γὰρ ὕδωρ ἄχυλον καὶ ἄποιον πρός τε τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν ἀνάλογον, καὶ πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον καὶ πρὸς λέξιν καὶ μέλος· καὶ τὸ σκότος ἄχροον καὶ ἄμορφον πρός τε τὸ λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν· καὶ ἡ ὕλη δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητι-

fuerit. Equidem tamen malui Battaes. sequi, quum eius lectio ordini verborum reliquorum, vbi id, ad quod refertur, semper postponitur, accommodatior sit.

ἄποιον] Nog. ἄπονον, quod absurdum est. correxit igitur Vizzan. e Com. Barth. et Vat.

πρός τέ τὸ γλ.] Sic Codd. Vatt. (quod e suo quoque notauit Siebenk.) et Barth. Louan. et Vizzan. πρὸς δὲ τ. γλ. Nog. Comm. Gal. D'Arg. Batt. sed contra sensum et vsum in sequentibus.

τὸ πικρὸν] Articulum Vizz. e Codd. Vatt. et Barth. addidit; omittunt eum Nog. Com. Gal. D' Arg. Battaes. Sed Louan. edit. hunc locum ita exhibet: πρός τε τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὸ ἀνάλογον δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. Battaes. vero: γλυκὺ καὶ πικρὸν ἀνάλογον καὶ τὸ δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. Tacet Siebenk.

πρὸς λέξιν] Sic Nog. Com. Gal. Batt. Sed Vizzan. e cod. Barth. omisit πρός.

καὶ μέλος] Ita Nog. Louan. Vizzan. Batt. quare πρὸς deesse etiam arbitror in Codd. Vatt. et cod. reg. Paris. Tacet tamen Siebenk. καὶ πρὸς μέλος Com. Gal. D'Arg. quod Commelinianae soli tribuit Vizzanius.

ἄχροον] Cod. Vat. ἄχρουν. et ex Barth. et altero Vat. in margine ἄχρονον attulit Vizzan.

πρός τε τὸ λαμπρὸν] πρὸς δὲ λαμπ. Com. πρὸς τὸ δὲ λαμπ. Batt. πρός τε λαμπ. Vizzan. Sed Louan. edit. et Siebenk. Cod. Vat. ita legunt, vt ego edendum curaui.

καὶ λευκόν] Hoc mihi satis suspectum est; eiicere tamen e contextu non ausus sum, quia in omnibus, ne Battaesio quidem excepto, legitur. λαμπρὸν enim, quod antecedit, h. l. vbi de coloribus sermo est, nihil est aliud quam λευκόν. Vid. Casaubon. ad Theophr. Char. XXI. p. 212. Fisch. et Thom. Magistrum ibi laudatum: λαμπρὰ ἐσθὴς κάλλιον λέγειν ἢ λευκή. praeterea Fischer. ad Platon. Criton. II. n. 7. Wetstenium ad Lucae Euang. c. XXIII, 11. p. 812. et sic splendidum etiam videtur occurrere apud Senecam Epist. 31. *Quemadmodum sine mixtura lucis ni-*

κήν. Δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως, συντελείᾳ δὲ, γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν.

hil ſplendidum eſt, nihil atrum. Quare καὶ λευκὸν gloſſematis loco habeo. Si quis λαμπρὸν, diſtinctum ab albo, de colore quem aſtra referunt, quibus λαμπρότης tribuitur (Auct. de Mundo c. 4. p. 1210. D.), accipere velit, ei in memoriam reuocarem, quod Empedocles dixit: ἥλιον μὲν λευκὸν ὁρᾶν καὶ θερμὸν ἁπάντη. Vid. Ariſtot. de Gen. et Corr. I, c. 1. p. 683. E. Siebenk. in ſchedis poſuit: „λευκὸν] an κηρον." quod equidem non probo.

καὶ ἡ ὕλη δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικήν] Exprimendam curaui lectionem Louan. editionis, quacum conſentit Chriſtiani verſio: *tenebrae nullius ſunt coloris et formae, ſi conferantur cum ſplendido et flauo et albo. Materia vero cum ſtatuaria arte conferenda, igitur potentia etc.* Inepta haec quidem ad intelligendum, ſed ſatis apta ad agnoſcendam eam, quam ſecutus eſt, lectionem. Explicationem ipſam exhibet commentarius. Sed in editionibus hic mirae ſunt turbae et ineptiae. Velut: ξανθὸν καὶ λευκόν· λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικήν, ἄλλως δὲ ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικήν. Ita Com. Vizzan. Gal. D'Argenſ. Roterm. Ante κηροπλαστ. Cod. Barth. addit πρὸς. et voces: ἄλλως δὲ ἡ ὕλη πρ. ἀνδρ. deſunt, teſte Vizzanio, in Codd. Vatt. et Barthol. atque, teſte Battaeſio, etiam in cod. regio Pariſ. et Siebenk. ad voculas: ἄλλως δὲ ἡ ὕ. πρ. ἀνδ. monuit: „haec ex margine in textum excepta videntur, quibus diuerſa alterius Codicis lectio notabatur, et abſunt a Vat. Locus λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικὴν (δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτῳ etc." Ego tamen Louanienſis editionis lectionem his codicibus egregie conſpirantibus non dubitaui anteponere; ſola enim ſanum ſenſum et ad hunc locum pertinentem praebet, maxime ſi quis pro ἀνδριαντοποιητικὴν legere malit: ἀνδριάντα ποιητὴν *ſtatuam factam.* Confuſio vero in editionibus et codicibus, vnde iſtae exſcriptae ſunt, ita poteſt explicari. Noſtra lectione admiſſa deeſſe aliquid videbatur; auctor in antecedentibus plura attulerat, ad quae illud ὑποκείμενον referatur, hic vero ſola ἀνδριαντοποιητικὴ, ſiue rectius ἀνδριὰς ποιητὴ legebatur, quare adiecta eſt cognata iſta κηροπλαστικὴ, cum his coniunctum λευκὸν illud, quod ſupra delendum eſſe monui, peperit ſententiam ineptam, quae nunc in omnibus editionibus extat; de-

ἐν οὖν δεῖ τοῦτο πρῶτον ὑπεῖναι πρὸς τὸ γίνεσθαι γένεσιν.

§. 4. Δεύτερον δὲ, τὰς ἐναντιότητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διάθεσιν ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης, καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις, ἀντιπαθεῖς οὖσαι, μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὐταὶ αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν. τυγχάνουσι δὲ αὗται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν.

§. 5. Τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν

nique veram lectionem annotarunt, adiecta variae lectionis significatione: ἄλλως. vnde ἄλλως δὲ ἡ ὕλη etc. quod vulgo ita accipitur, ac si materia ad statuariam artem aliter se haberet, quam album ad eandem. Sane! sed haec diuersitas huc non pertinet.

§. 4. διάθεσιν] Sic Codd. Vatt. notante etiam ex altero Siebenk. et Barth. Commelin. in Varr. Lectt. Louan. Christiani versio: *adfectionem admittente*, Vizzan. et Battaes. διαθέσεις Nog. Com. Gal. D'Arg. Roterm. Patricius p. 203. l. 1. p. 206. l. 36. p. 238. l. 15. Sed correctionem sapit.

αὐταὶ αὐτῶν] Sic Vizzan. et Batt. et αὐταὶ e Vat. Cod. annotauit Siebenk. ad Commel. quae legit: αὗται αὐτῶν. Sed αὐταὶ αὑτῶν habet Patric. Disc. Perip. Tom. II. L. 2. p. 206.

αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν] Ita Gale. Batt. αὗται ὑπ' αὐτῶν Comm. Louan. αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν Patric. l. l. vitiose, et Vizzanius etiam hic habet αὐταὶ αὐτῶν. Ceterum loco τό τε θερμὸν etc. in mentem venire potest τό γε θερμὸν, quum τε postponi soleat: τὸ θερμόν τε καὶ etc. Simili ratione Fischerus in Platon. Critone c. 1. n. 8. p. 171. lectionem Cod. Tub. τοσαύτῃ τε ἀγρυπνίᾳ mutauit in τοσ. γε ἀγρ. Sed Ocelli vsus fert id etiam antepositum. Conf. c. 3. vid. Viger. de Idiotism. VIII, 7. p. 517 seq. Zeun.

θερμὸν καὶ ψυχρ. κ. ξηρ. κ. ὑγ.] Cod. Vat. et Barth. praeponunt ψυχρὸν et ὑγρόν. notante Vizzanio; et Battaes. dedit: ψυχρ. καὶ θερμ. καὶ ξηρ. κ. ὑγρόν.

§. 5. αἱ οὐσίαι] Comm. in Varr. Lectt.: „τρίτον δὲ τὰς οὐσίας, sic supra δεύτερον δὲ τὰς ἐναντιότητας, vt subau-

αὗται· πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. Διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων· αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων· αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται. λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.

diatur praecedens δεῖ ὑπεῖναι." Non male; sed legendum esset etiam postea: ἀέρα καὶ γῆν. Patricius vero Disc. Perip. T. II. l. 2. p. 206. fin. haec ita exhibuit: „Ocellus quoque eadem haec elementa statuit: τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα." Memoriter haec videtur attulisse, quamuis latine eodem modo interpretatus sit, quo graece posuit.

ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται] Desiderantur hae voculae in Louaniensi.

καὶ ἀὴρ καὶ γῆ] Vizzan. textus: καὶ ἀὴρ γῆ. et statim: δ' αὗται. Siebenk. e Codice: καὶ γῆ καὶ διαφ. attulit.

αἱ μὲν γὰρ οὐσ.] Cod. Barth. γὰρ omisit, et Vaticanus, notante Vizzan. et Siebenk. legit cum Battaesio οὖν loco γάρ; Louaniensis statim vitiose: οὐσεῖαι ἐν τόπῳ φθ. ἐξ ἀλλήγων.

φθείρονται ἐξ ἀλλήλων] Ita noster alibi locutus non est; sed aut nude posuit voculam, aut ὑπὸ addidit, velut c. 1. §. 11. contra ea saepissime dixit γίνεται ἐκ. I, 2. II, 3. 7. III, 1. quare non dubito, quin h. l. καὶ γίνονται exciderit, in membro opposito certe vtrumque legimus: οὔτε φθείρονται, οὔτε γίνονται.

λόγοι γὰρ -- τούτων] Hoc habent omnes libri, quos vidi, praeter Louan. de quo statim. Nogarola ad h. l. „*Ita legitur in opusculo Romae descripto, et ad me Veronam transmisso, idem tamen Louanii impressum sic habet:* λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι· τούτων δὲ τῶν *etc. priorem lectionem, vt quae melior et clarior sit, magis probo.*" Ego vero e Louan. annotaui: λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι τούτων· τῶν δὲ. et Christiani versio: *rationem enim corporis expertem sunt sortitae.* Quid si legatur: λόγον γὰρ (sc. κατὰ) ἀσώματοι τυγχάνουσι. τούτων δὲ τῶν etc. Sed inusitata est hac in formula omissio praepositionis κατὰ, quae ante λόγον adscribenda fuisset. Quid si ita formetur locus: λόγῳ γὰρ θεωρητοὶ καὶ ἀσώματοι τυγχ. τούτων δὲ etc. Conf. Plutarch. de Decret. Philos. III, c. 5. §. 3. p. 68. Beck. Sed ne hoc quidem admitti potest, qualitates enim istae sensu potius, quam ratione, percipiuntur. Si quid mutandum sit, sua-

§. 6. Τῶν δὲ τεσσάρων τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ὡς ὕλη καὶ παθητικά. Πρώτως δὲ ὕλη τὸ πανδεχές. κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν· ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότητος καὶ ψυχρότητος καὶ ὑγρότητος καὶ ξηρότητος· τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.

derem: λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι. τούτων δὲ τῶν etc. Cf. Comment. ad h. l.

§. 6. πρῶτον δὲ] Sic Vizzan. Gale. D'Arg. Battaeſ. πρώτως δὲ vero dedi cum Louan. Commel. quacum conſentire videtur Cod. Vat. Siebenk. qui nihil varietatis annotauit, et πρώτως γὰρ ὕλα Stobaeus. Patricius vero Diſc. Perip. T. II. Lib. 2. p. 205. πρώτως δ' ἡ τὸ πανδ. -- πᾶσι, ὥστε πρῶτον δυνάμει σῶμα αἰσθητόν. omiſſo τὸ, et ἀρχή. et vertit locum: *Primo, omnium ſuſceptrix: communis enim ſubiicitur omnibus. itaque primum potentia corpus ſenſibile.* Sed idem p. 238. πρώτως δ' ἡ ὕλη πανδ. cetera recte; pag. denique 253. vbi totam hanc §. exhibuit, legit πρώτως et omiſit τὸ ante πανδεχ.

ὥστε πρῶτον — ἀρχή] ὥσπερ πρᾶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχάν. Stob.

δὲ ἐναντιώσεις] δὲ αἱ ἐναντ. Stob. addito articulo.

θερμότητος — ξηρότητος] Stob. Nominatiuum poſuit θερμότας etc. et omiſit: ὑγρότας. Nominatiuum habet etiam Patricius p. 253. atque Ariſtoteles de Gen. et Corr. II. t. 6. et videri poteſt praeferendus.

αἱ οὐσίαι] Deſunt hae voculae Nog. Patric. pag. 253. Commel. et Battaeſ. aliisque; addidi cum Vizzanio e ſola Louanienſi, in membris antecedentibus certe ὕλη et ἐναντιώσεις etiam addita ſunt; vt autem hoc non erat valde neceſſarium, ita fortaſſe articulus αἱ delendus. Vizzan. ſtatim vitioſe μεταβ. ὡς ἄλληλα. et Patric. p. 253. ταῦτα δὲ pro ταῦτα γάρ.

οὐ μεταβάλλουσι] οὐ omittunt Cod. Vat. antiquior, teſte Vizzanio, Stobaeus Ecl. Phyſ. I, 42. Louan. et Chriſtiani verſio: *repugnantiae vero etiam permutantur*, quam omiſſionem Vizzanius in Comment. p. 130. probat.

§. 7. Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων δύο. αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γενομένων ἐκ τούτων. Θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν τῶν γενομένων ἐκ τούτων. Τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἕξ· θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν καὶ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ ἀραιὸν καὶ πυκνὸν καὶ λεῖον καὶ τραχὺ καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν καὶ

Sed exſtat οὐ apud Ariſtotelem de Gen. et Corr. II, t. 6. Patric. p. 253. Nogar. et alios editores, etiam Battaeſium; nec mihi quidem videtur abeſſe poſſe ſaluo ſenſu. Cf. Comment.

§. 7. Αἱ δὲ διαφ.] δὲ abeſt a Battaeſ. ſolo ſine annotatione; ceterum Patric. T. II. l. 6. p. 252. laudauit initium huius paragraphi vsque ad voc. πᾶσαι δέκα ἕξ. et legit ſtatim γινομένων.

πυκνὸν καὶ μανὸν] Nogarola poſt has voculas in verſione omnes contrarietates, in ſequentibus demum enumeratas, neſcio quid ſecutus, ſuppleuit; et Patricius l. l. ita: μανὸν, λεῖόν τε καὶ τραχὺ καὶ σχληρὸν καὶ σκλακὸν καὶ λεπτὸν καὶ παχὺ, καὶ ὀξὺ καὶ ἀμβλὺ τῶν γινομ. etc. pergitque: *Ac poſt earundem repetitam enumerationem ſubdit:* τούτων δὲ γνωστικὴ etc.

καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν] Editiones ante Battaeſ. omnes: καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρ. βαρὺ καὶ κοῦφ. et ita in ſequentibus, vt oppoſitas qualitates ſolas vocula καὶ copulent; ſed Codd. Vatt. et Barth. atque Battaeſ. ante quamcunque qualitatem apponunt καὶ, quos ego ſequendos putaui. Siebenk. e ſuo Cod. hoc non annotauit, quid, quod καὶ ante λεπτὸν, quod ſcripſerat, deleuit. Cf. not. ſeq.

σκληρὸν κ. μαλ. κ. λ. κ. παχὺ] Hae voculae deſunt Nogar. et Commel. ſine dubio operarum errore, nam verſio Nogarolae in Commel. editione exhibet omnes. Vizzanius in textu addidit e Codd. Vatt. et Barth. (easdemque Siebenk. adſcripſit e Codice,) in verſione vero et paraphraſi ipſe quoque omiſit, quamvis numerum XVI. adderet. Battaeſ. ad vocem παχὺ monuit: „*Le manuſcrit du Roi ajoûte ces quatre mots abſolument neceſſaires au ſens.*" Videtur igitur codicem ſuum cum editione Commel. contuliſſe, quae coniectura aliis etiam confirmatur indiciis.

λεπτὸν καὶ παχὺ καὶ ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἀφή. διὸ καὶ τὸ πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται δυνάμει, αἰσθητόν ἐστι πρὸς ἀφήν.

§. 8. Τὸ μὲν οὖν θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὀξὺ, πυρός ἐστι· τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλὺ, ὕδατος· τὸ δὲ μαλακὸν, καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ κοῦφον, καὶ τὸ λεπτὸν, ἀέρος· τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ, γῆς.

§. 9. Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ

γνωστικὴ] Cod. Vat. et Barth. γνωστικὴν etc. et Patric. p. 252. legit ἡ ἀφή.

τὸ πρῶτον] Articulus inclusus est in Commel. Gal. etc. etiam Battaeſ. apud quem hoc inuſitatum eſt. Suſpicor autem a Nogarolae editione eum abeſſe; ſed deſiderari vix poteſt. Battaeſ. ſtatim: ἐν ᾧ αἱ διαφοραὶ etc.

αὗται δυνάμει αἰσθητόν] Sic correxit Vizzan. e Cod. Vat. et Barth. Sed Nog. Comm. Gal. D'Arg. et Battaeſ. αἰσθητικόν ἐστι, quod ab hoc loco cenſeo alienum; nam αἰσθητικὸς eſt, qui ſentit, vel potius qui ſentiendi facultate eſt praeditus, αἰσθητὸν vero, quod ſentitur, ſenſile, vt vocant. Deinde Commel. Vizzan. Battaeſ. male diſtinguunt, comma ponentes poſt αὗται, quaſi δυνάμει ad ſequentia pertineat; rectius Gal. et D'Argenſ. quos ego ſecutus ſum; praeſertim quum Vizzanii explicatio eandem diſtinctionem poſtulet: *idcirco illud corpus, cui primo inerunt potentia, vt tactui obiici poſſit, facultatem procul dubio ſortietur.*

§. 8. καὶ τὸ ὑγρ. — ἀμβλὺ] Vizzan.: τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ἀμβλὺ καὶ τὸ πυκνόν· ad voculam ἀμβλὺ vero in margine haec leguntur: *N. non habet ad. ex V. et C.* In Commel. autem idem eſt ordo, qui in meo textu; et in verſione Nogarolae ἀμβλὺ expreſſum eſt: *obtuſitas.*

τὸ δὲ μαλακὸν] „Louan. τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ μαλακὸν καὶ." e Var. Lect. Commel. et Vizzan.

καὶ τραχὺ κ. β. κ. παχὺ γῆς] Vizzan. hoc ordine: καὶ παχὺ καὶ βαρὺ καὶ τραχὺ γῆς.

§. 9. γῆ ὑπερβολαὶ] Vizzan. monet: V et D (fortaſſe B) legere γῆν ὑπερβολάς. Hic lo-

καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. Τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξίς τε καὶ ζέσις ὑπερβολή τινός ἐστι, ἡ μὲν θερμότητος, ἡ δὲ ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὐδὲ ἐκ πυρός.

§. 10. Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. οὔτε δὲ ἓν τῶν ἄκρων οἷόν τε εἶναι, δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐναντίον εἶναι. οὔτε δὲ δύο, δεῖ γὰρ

cus vero valde corruptus videri potest. Dicendum hac de re in Commentario.

ἡ γὰρ πῆξις — ψυχρότητος] Desunt haec Nog. Commel. Gal. D'Arg. Vizzan. vero inseruit e Codd. Vaticano (ex quo etiam Siebenk. attulit) et Barth. atque Battaeſ. monuit: *Le manuſcrit du Roi ajoûte treize* [?] *mots, qui facilitent l'intelligence du texte.* Sed pro ὑπερβολή τινος legit ὑπερβολητικόν, et Ariſtot. de Gen. et Cor. II. t. 21. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ ζέσις ὑπερβολαί τινες εἰσίν. Patric. T. II. L. VI. pag. 253. haec non attulit, quamuis maxime demonſtrare ſtuderet, *ad verbum haec apud Ocellum legi.*

§. 10. μικτὴν γὰρ ἔχουσι] Louan. μικτά. et Cod. Vat. omittit ἔχουσι.

ἓν τῶν ἄκρων] Nog. et Commel. ἐκ τ. ἄκρ. Sed Vizzan. Gal. D'Arg. et Battaeſ. e Cod. Reg. ἕν. Vizzan. in Comment. p. 155. quum difficultates lectionis ἐκ attuliſſet, monuit ἓν legi in Cod. Vat. Lollini, et hanc germanam eſſe lectionem intelligi non ſolum ex ſequentibus, vbi οὔτε δὲ δύο, ſed etiam e facilitate lapſus in ſcribendo, et e facili textus expoſitione inde prodeunte. Recte. Illud ἓν e Codice ſuo annotauit etiam Siebenk. quare ſuſpicor, Codicem Vat. Lollini eum eſſe, quem contulit.

οὔτε δὲ ἓν — ἐναντίον εἶναι] Deſiderantur haec in Louan. vt vidi ipſe, nam hoc non annotauit Commel. ſed cauſa facile apparet. Vir quidam doctus eius, quod Vinariae vidi, exemplaris margini adſcripſit locum omiſſum; ſed pro οἷόν τε poſuit οἰόντε, ſpiritu leni, et vitioſum illud ἐκ.

δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι, οὔτε

τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες.

§. 11. Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν· ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν· γῇ δὲ καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν· ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσει. τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν, τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ· καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ· καὶ οὕτως αἱ μετα-

3. δύο] Desunt Cod. Vat. vt monuit Vizzan. Sed Siebenk. e suo affert δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐναντίον, quare καὶ, quod in omnibus reliquis desideratur, addidi.

δεῖ γὰρ] γὰρ deest Vat. Cod. Vizzanii.

ἀντίθετοι] Solus Rotermund. ἀντιτίθενται.

§. 11. γῇ δὲ καὶ πυρὶ — κοινὸν τὸ ὑγρὸν] Haec monet Vizzan. in Codd. Vatt. et Barth. deesse. sine dubio propter ὁμοιοτέλευτον. Sed nihil notauit Siebenk.

τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ] His voculis nouam sectionem seu paragraphum incipiunt Commel. Vizz. Gal. Batteux. Sed haec dirimenda non esse recte censuit D'Argensius. Ita tamen superfluum, quid quod ineptum est illud οὖν, quod reuera non extat in Louaniensi, et omittendum videtur.

τοῦ ἐν τῷ πυρὶ] Articulus τοῦ male deest Vizzan. qui male etiam postea exhibuit: τοῦ ἐν ὕδατι ὑγροῦ.

βολαὶ γίνονται καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων.

§. 12. Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολάς, τὸ πανδεχές, καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς ἀφήν.

§. 13. Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν. [δεύτερον δὲ κατ' ἐναλλαγήν,] καὶ τρίτον, ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταλειφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον.

§. 12. πρὸς ἀφήν] Sic Lovan. Commel. et Batt. et supra II, 3. et 7. sine articulo adfuit. πρὸς τὴν ἀφήν Vizzan. Gal. D'Argens.

§. 13. [δεύτ. δ. κατ' ἐναλλαγὴν] καὶ τρίτον) In reliquis editionibus, omissis vocibus δεύτερον δὲ κατ' ἐναλλ. post voculas εἰς γῆν legitur statim καὶ τρίτον. Commel. in Varr. Lectt. pro τρίτον alios τοῦτο habere testatur, quam lectionem Vizzan. p. 166. probare non dubitauit. Christianus in versione: *itemque*. et Rotermundus εἰς γῆν, καὶ γίνονται τότε, e coniectura sua. Sed coniecturae etiam originem debet lectio καὶ τοῦτο, quae, quum difficultates tollere videatur, aliarum, earumque maiorum in caussa est; nam quod additur ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ etc. minime accommodatum est mutationis generi in superiore scriptura proposito, vt e Commentario apparebit. Itaque tum e contextu totius expositionis, tum e paragrapho decima sexta supplere non dubitaui: δεύτερον δὲ κατ' ἐναλλαγήν, quae vocabula propter ὁμοιοτέλευτον in voculis ἐναλλαγὴν et γῆν facile potuerunt incuria omitti; nec quemquam futurum esse arbitror, qui id temere a me factum esse statuat, nam §. XIII—XV. exponitur primus mutationis circulus, nostrae paragraphi verbis indicatus: ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ — εἰς γῆν. verba autem ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ — σύμφυλον pertinent ad mutationem, vbi alterutra vtriusque elementi vis perit, explicatam paragraphis XVIII. et XIX. Desideratur igitur hic quidem mutatio, in paragraphis XVI. et XVII. tractata, quae §. XVI. vocatur ἡ κατ' ἐναλλαγήν. Ceterum vide Comment.

καταλειφθῇ] Sic recte Gal.

Ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός· κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς τὸ θερμὸν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν τὸ ξηρὸν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα.

§. 14. Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμὸς, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ὑγρόν· ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ ἀέρος τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

§. 15. Πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρὸν, ἴδιον δὲ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδατος δὲ τὸ

et D'Argenſ. καταληφθῇ Commel. Vizzan. Battaeſ. vitioſe; nam deriuant omnes a καταλείπω.

ὅταν τὸ ἐν ἐκ. et ὅταν μία ἐναντ.] Pro ὅταν Codd. Vatt. vtroque loco habent ὅτε, notante etiam Siebenk. vt infra omnes. Altero vero loco Louan. editio: ὅταν μίαν ἐναντιότης φθαρῇ.

ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν] γὰρ abeſt a Codd. Vatt. et Battaeſ. Sed exprimitur in Commel. et reliquis. Siebenk. varietatem non annotauit.

αὐτοῖς τὸ θερμὸν] τὸ incluſum in Commel. Gal. D'Arg. quare a Nogarolae editione videtur abeſſe. Reliquae id habent; recte.

πυρὶ μὲν τὸ ξηρὸν] De articulo idem valet, quod ſtatim monui; et Vizzan. dedit: πυρὶ τὸ ξηρόν.

§. 14. ἀμφοτέρων αὐτῶν] Ita legit Vizzan. cum Cod. Vat. et Louan. et infra §. 15. omnes hoc exhibent. Nogarola vero, inde deductae editiones, et Battaeſ. habent ἀμφοτέροις αὐτῶν.

§. 15. τῆς μὲν γῆς] Dedit hoc e Codd. Vatt. et Barth. Vizzanius. Sed μὲν omittunt Nog. Commel. rel. Battaeſ. Louanienſis vero habet:

ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

§. 16. Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω, κατὰ τὸ ἐναντίον. Ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγὴν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ· γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή.

§. 17. Πάλιν ἐπεὶ ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν· ὅταν τὸ μὲν ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ

ἴδιον δὲ, γῆς μὲν, ξηρόν. Tacet Siebenk.

τὸ ξηρὸν] Articulum solus habet Vizzan.

ἐν τῇ γῇ] Sic Vizzan. Gal. τὸ ἐν γῇ Commel. Batt.

§. 16. ἐναλλαγὴν] Nogar. ἀναλλαγήν. Sed Vizzan. e Codd. Vatt. et Commel. ἐναλλ. dedit. et ita quoque Battaes. recte.

ἐπικρατήσῃ bis.] Sic Louan. Commel. Gal. D'Argens. Battaes. ἐπικρατήσει Vizzan. vt §. 13. 14. 15. Sed facilis est, propter recentem paragraphorum antecedentium memoriam, lapsus in describendo; et §. sequente ipse etiam Vizzan. habet ἐπικρατήσῃ.

ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν -- τοῦ ἐν τῷ πυρὶ] Haec a Nogarolae editione abesse monuit Vizzan. qui ea recte adiecit e Codd. Vatt. et Commel.

§. 17. Πάλιν ἐπεὶ] Ita lego cum Vizzan. qui addidit e Codd. Vatt. et Barth. ἐπεὶ, omissum a Nogar. Commel. Gal. D'Arg. Batt. sed annotatum a Siebenkees. e Cod. Vat.

ὅταν τὸ μὲν ἐν τῇ γῇ] Etiam hoc Vizzan. e Codd. Vatt. et Barth. dedit. Nogarola vero, Commel. Gal. D'Arg. habent: ὅταν οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ. Battaes. quamuis supra omitteret ἐπεὶ, tamen hic quoque οὖν delevit, et male quidem. Sed Cod. Reg. videtur ἐπεὶ etiam

ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή.

§. 18. Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ· καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν.

§. 19. Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν γῆ. καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν. ἡ δὲ γῆ ἐστι ψυχρὰ καὶ ξηρά.

§. 20. Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔσται. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ' ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον.

§. 21. Καὶ πάλιν ὅταν τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσται

exhibere. Siebenkees. nihil notauit.

ξηρὸν ἐπικρατήσῃ] ἐπικρατ. addidi auctoritate Codd. Vatt. et Barthol. nec non edit. Lovaniensis. Reliquae edd. etiam Battaes. omittunt.

§. 18. τὸ δέ γε πῦρ] γε deest Cod. Vat.

§. 19. αὐτῶν γῆ] Sic Louan. et Batt. αὐτῶν ἡ γῆ Vizzan. αὐτ. (ἡ) γῆ Commel. Gal. etc. Sed rectius articulus omittitur. cf. §. 18. vbi πῦρ etiam sine articulo.

§. 20. τοῦ ἀέρος φθ.] τοῦ μὲν ἀέρ. φθ. Cod. Vat. teste Vizzan. et Siebenk.

§. 21. ὅταν τῆς μὲν γῆς] Nog. Comm. et Batt. legunt: ὅταν γῆς μὲν φθ. omisso articulo. Vizzan. edendum curauit: ὅταν μὲν τῆς γῆς, cum Cod. Vat. (ex quo id notauit etiam Siebenk.) et Barth. ego vere ὅτ. τ. μ. γ. ordine vocum solito ita postulante. Gal. et cum eo D'Argens. τῆς γῆς μὲν φθ.

καὶ τοῦ ὕδ. τὸ ὅμ.] Sic Viz-

γένεσις· καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. Καὶ περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων, πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διὰ βραχέων.

§. 22. Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγέννητος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτήν ποτε λήψεται· δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπεῖναι ἀλλήλοις· τὸ μὲν ποιοῦν τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστὶ πᾶν· σύνεγγυς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατά τε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους τε καὶ θερμασίας, ᾧ συνεπ-

zan. e Codd. Vatt. vt ait, et Barth. ὕδατος δὲ ὅμοιον Nog. Commel. Gal. D'Arg. Batt. legunt enim antea: γῆς μὲν aut τῆς γῆς μέν. Sed articulus ante ὕδατος vix poteſt abeſſe ſaluis linguae legibus. Siebenk. e Cod. ſuo: ψυχρ. τοῦ δὲ ὕδ. τὸ ὅμοιον. quod dedi.

διὰ βραχέων] Vizzan. διὰ βραχέως Commel. διαβραχέων, et Battaeſ. plane omiſit.

§. 22. ἀγέννητος] Sic Gal. Com. Batt. et Patric. p. 254. Sed Vizzan. Louan. Patricius p. 239. ἀγένητος. conf. ad c. 1. §. 2. Ceterum Cod. Barth. ὁ κόσμος ponit poſt ἀγέννητος.

τὸ μὲν ποιοῦν τὴν γένεσ.] Patricius pag. 239 et 254. Vizzan. Battaeſ. Commel. D'Arg. repetunt hic et inculcant ἐν ἑτέρῳ poſt ποιοῦν. Sed hae voculae non reperiuntur in Codd. Vatt. et Barth. et edit. Louan. atque intelligi commode poſſunt; deeſſe eas monuit etiam Siebenk.

κατά τε τὰς πρ.] Sic dedi cum Codd. Vatt. (teſte etiam Siebenk.) et Barth. atque ed. Louan. Reliquae editiones habent κατά γε τὰς πρ. vt bis eſt in Patric. p. 239. et 254. qui altero loco, pag. 239. etiam τὰς ante ἀφόδους omiſit. non male.

ψύχους τε] τε eſt in Cod. Vat. Battaeſ. textu et ed. Louan. ſed Vizzanius et Patricius id omittunt, atque in Comm. et inde deriuatis incluſum eſt.

ἀκολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς.

§. 23. Εὖ δὲ ἔχει καὶ ἡ λόξωσις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν. αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεώς ἐστι· καθόλου δὲ ἡ τοῦ Παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον· τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμος ἄρα ἐστίν.

τὰ ἐπὶ γῆς] τὰ deest Vizzan.

§. 23. λόξωσις] λόξις vulgatum est, et Patric. λόξυς legit vtroque loco. Sed Gale iam in Opusc. Myth. etc. p. 527. in notula monuit: *scribe λόξωσις.* et hoc quidem edidit etiam Battaei adiecta hac notula: *le manuscrit du Roi porte λόξωσις, au lieu de λόξις,* idque mihi quoque sequendum putaui; λόξις enim non solum inauditum, sed etiam contra analogiam est; λόξωσις autem a λοξὸς eodem modo deriuatur, vt ἀλλοίωσις ab ἀλλοῖος, κάκωσις (Plutarch. de aud. poet. c. XI. §. 23.) a κακός, ἐναντίωσις ab ἐναντίος· deinde legitur quoque apud Strabon. Geogr. Lib. I. pag. 55. A. Almelov. eadem de re. et Plutarch. de Decret. Philos. Lib. II. c. 12. §. 3. p. 47. Beck.

καὶ αὐτὴ τῆς γεν.] Sic reliquae ed. et Patricius p. 239. et 254. Sed Louan. non male: καὶ αὕτη τ. γ.

γενέσεώς ἐστι.] Voculam ἐστι, quae Nogarolae deesse videtur, et omissa est a Patricio vtroque loco, Vizzan. addidit ex Codd. Vatt. et Barth.

ἐν ἑτέρῳ γεν.] ἀνωτέρῳ Cod. Barth. et Vat. teste Vizzanio et Siebenk.

ὑπεράνω σεληνης.] Sic Louan. et Patric. ὑπ. τῆς σελήνης Vizzan. Batt. ὑπ. (τῆς) σελ. Commel. rel. Postea etiam habemus ὑποκάτω σελήνης sine articulo. Ceterum ἐστὶ post σελήνης omissum a Patric. pag. 239.

τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ — σελήνης] Deest Cod. Vat.

κόσμος] Teste Vizzanio Nog. legit κόσμου, quod immutauit Vizzanius e Commel. et Cod. Barth. Recte. Patricius statim γεννητοῦ.

Κεφ. Γ.

§. 1. Ἀνθρώπου δὲ ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων οὔτε φυτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα, καὶ τὰ ἐνδιακεκοσμημένα συνυπεῖναι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν· λέγω δὲ μέρη, οὐρανὸν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων, ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται, οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις, καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

§. 2. Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς· οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας·

Cap. III.

§. 1. δὲ ἀρχὴ] Sic Vizzan. Louan. Sed Gal. δ' ἀρχή.

οὔτε φυτῶν] Ita legunt omnes. Sed quum οὐδὲ antecedat, ad quod respicit; hae autem particulae a librariis saepe sint permutatae inter se: legendum esse videtur οὐδὲ φυτῶν. conf. Fisch. ad Apolog. Socrat. c. IV. n. 1. p. 77. edit. tertiae et in Indice s. v. οὐδὲ.

ἐνδιακεκοσμ.] Cod. Vat. διακεκοσμημένα.

συνυπεῖναι] Sic Louan. Commel. Gal. Batt. Sed Vizzan. συνεπεῖναι, sine varietatis annotatione, quare erratis operarum crebris id non dubito adscribere. Repetitum tamen συνεπεῖναι a D'Argens. et Roterm.

μέρη αὐτοῦ] Nogarolae Veneta αὐτῶν habet. Sed iam Comm. αὐτοῦ posuit, idque e Cod. Vat. et Barth. attulit Vizzan. quod habet etiam Battaes. cum reliquis.

ὃ δὴ μετάρσ. — ὀνομάζεται] Vizzan. haec parentheseos signis circumdedit, non ad crisin tamen, sed ad explicationem.

§. 2. ἐμπεριεχόμενα] Ita Cod. Vat. apud Vizzan. et Siebenkees. deinde Vizzan. Gale. D'Argens. et Battaes. περιεχόμ. Louan. Nog. Comm.

πλανήτας] Sic Vizzan. Gale. D'Argens. vt Plutarch. de

τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτὰ, χρυσὸν, ἄργυρον. μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς, σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ, σὺν τῷ τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον καὶ ἀέριον, σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.

§. 3. Ἐπεὶ οὖν καθ᾽ ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τὶ γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ, τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος, ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι· εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

§. 4. Φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς· ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμβανου-

Decretis Philoſoph. II. c. 15. §. 3. c. 16. §. 1. Beck. πλανῆτας Louan. Commel. et Battaeſ. nimirum Dorice; nam Dorice ας hoc in caſu corripitur.

τῇ δὲ γῇ] Battaeſ. ſolus legit: γῆ δὲ ſine annotatione. Pro ἄργυρον, quod ſequitur, Vizzan. habet ἀργύριον.

ἄνεμον] Sic Nog. Commel. Battaeſ. alii. Sed Vizzan. e Cod. Vat. dedit ἀνέμους, quod correctionem non neceſſariam ſapit.

σὺν τύτῳ γὰρ ὐρανὸς] σὺν τούτῳ δέ γε οὐρανὸν, et ſtatim etiam γῆν. Louan.

γῆ, σὺν τῷ] σὺν τῷ omiſit Nog. et Comm. Sed Vizzan. addidit e Codd. Vatt. Barth. et ed. Louan. idemque Battaeſ. exhibet, et Siebenk. annotavit.

τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς] Louan. τὰ ὑπ᾽ αὐτῆς.

πάντα τὰ γινόμενα] Louan. πάντων γινόμενα.

§. 3. γένος τῶν ἀνθρ.] τῶν male abeſt a Battaeſ.

§. 4. βίαιοι γίνονται] Batt. βίαιοι γίγνονται. ſine dubio e Codice, quum diſſentiat a Commel.

κατὰ τὰ μέρη] κατὰ μέρη Commel. Battaeſ. Sed κατὰ τὰ μέρη, quod ceterae habent,

σης τῆς θαλάσσης εἰς ἕτερον μέρος· ὅτε δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διϊσαμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων κρύβδην ἐπιφερομένων· παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσαι ποτέ.

§. 5. Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι, τὴν τῆς ἑλληνικῆς ἱσορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ' αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσαι βάρβαρος ἡ Ἑλλὰς, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετανάσατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως, οὐ μείζονος οὐδὲ μείονος

annotauit Siebenk. e Cod. Vat.

ὅτε μὲν] Louan. ὅ τε μὲν. et ita quoque Comm. Batt.

τῆς θαλάσσης] τῆς abeſt a Nogar. et Patric. p. 279. Sed habetur in Louan. Vizzan. Batt. (τῆς) θαλ. Commel. Gale etc.

εἰς ἕτερον] εἰς deeſt in Louan. Comm. Patric. p. 279. additum eſt a Vizzan. e Cod. Vat. (ex quo adſcripſit quoque Siebenk.) et a Battaeſ.

εὐρυνομ.] Cod. Vat. διευρυνομ. et pro ἢ ὑδάτων Patric. l. l. καὶ ὑδάτων.

παντελὴς δὲ φθορὰ etc.] Hunc locum vsque ad finem capitis Stobaeus Dorica dialecto et varie attulit Ecl. Phyſ. I. 24. p. 45.

οὔτε ἔσαι] Patric. l. l. οὐ δ' ἔσαι.

§. 5. εἶναι τοῦ Ἀργ.] εἶναι τοῦ non habet Stob.

οὐχ ὡς ἀπὸ] ὡς οὐκ ἀπὸ Stob.

μετ. κατ' αὐτήν] μετ. καὶ κατ' αὐτάν. Stob. addito καὶ. Siebenk. vero e codice attulit: κ. αὐτόν.

γὰρ καὶ γέγ.] γὰρ ἤδη καὶ γέγ. Stob.

οὐχ ὑπ' ἀνθρ. — μετανάσατος] Stob. οὗ οὐχ ὑπ' ἀνθ. μ. γιγνομένα μετανάσασις, paullo durius. Sed aut mutatio eſt Stobaei, memoriter laudantis, aut οὗ ex οὐχ eſt ortum, μετανάσασις vero deinde effecta, vt conſtructio reſpondeat antecedentibus. — Ceterum Nogar. et Comm. legunt μετάσατος, et pro ὑπ' ἀνθρ. Cod. Barth. habet ἀπ' ἀνθρώπων· Siebenk. vero in ſchedis poſuit: „μετάσατος] μετανάσασις, μετανάσατος, Vat."

οὐ μείζ. οὐδὲ μείονος] Stob. οὔτε μ. οὔτε μείονος.

αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης. Περὶ μὲν οὖν τοῦ Ὅλου καὶ Παντὸς, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ Φθορᾶς τῆς ἐν αὐτῷ γινομένης, ὡς οὕτως ἔχει καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν ἀεικινήτου Φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς, καὶ τῆς μὲν ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων.

ἀλλὰ καινοτέρας] Ita edendum curaui cum Nogar. Lovan. et Stobaeo. Alii vero, Vizzan. e Codd. Vatt. et Barth. Gale. D'Argenſ. Batt. legunt ἀλλὰ καὶ νεοτέρας, et Commel. ἀλλὰ γὰρ νεοτέρας, atque Siebenk. nihil varietatis notauit. Certe ſcribendum fuiſſet νεωτέρας, quod dedit etiam Rotermund. conf. Fiſch. ad Platon. Euthyphr. c. 1. n. 1. et ad Phaedon. c. 60. n. 4. p. 469. ſed illud ο verae lectionis continet veſtigia; nec mihi quidem h. l. placet ἀλλὰ καὶ — καί. — Lovan. etiam καὶ ante πρὸς omittit.

πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν] πόθεμε ἀρχὰς Stob.

περὶ μὲν οὖν] οὖν omittunt omnes; ego vero e Stobaeo ſolo id addidi. Ceterum D'Argenſii editio francogallica et theotisca, nec non Roterm. habent περὶ μὴν, ſine dubio ex operarum errore apud D'Argenſ.

ἔτι δὲ καὶ] δὲ abeſt a Cod. Vat. et Barth. et καὶ poſt δὲ omiſit Stob.

γεν. καὶ φθορᾶς] γεν. καὶ ἀφθαρσίας Stob.

ἐν αὐτῷ γιν.] Sic Cod. Vat. et Barth. ed. Louan. Vizzan. Batt. et Patric. T. II. Lib. VI. p. 239. Sed Nog. Commel. Gale. D'Arg. al. ἐν ἑαυτῷ γιν. et Stobaeus ἐν αὐτῇ γιγνομένας. Siebenk. in ſchedis: ἑαυτῷ γιν. mallem αὐτῷ.

ὡς οὕτως ἔχει] Cod. Vat. et Barth. omittunt ὡς. Stobaeus vero: ὥς' ἔχει, ὥσθ' ἕξει.

καὶ τῆς μὲν] Sic Louan. Patric. Vizzan. Batt. καὶ vero omiſit Stob. καὶ μὲν (τῆς) ἀεὶ etc. Commel. ad quam Siebenk. τῆς μὲν notauit. καὶ (τῆς) μὲν Gale etc.

ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων] Patricius: εἰ ἱκανῶς etc. Lovan. et Battaeſ. vero: εἴρηταί μοι. Stobaeus denique: ἄνω εἴρηταί μοι περὶ τούτων.

Κεφ. Δ.

§. 1. Περὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως, ὅπως τε καὶ ἐκ τίνων ἔσαι κατὰ τρόπον ἐπιτελουμένη, νόμῳ τε καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης, τάδε καλῶς ἔχειν οἴομαι. Πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα προσίεμεν, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

§. 2. Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς τὴν μίξιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν,

Cap. IV.

§. 1. τῆς ἐξ ἀλλήλων] Vizzan. male τῆς ἐκ τῶν ἀλλήλων.

ἐπιτελουμένη] Omnes exhibent ἐπιτελούμενα, et ante κατὰ τρ. comma ponunt; referendum id esset ad τάδε, quod postea legitur, sed durissima sane esset constructio; quare non dubitaui corrigere id, quod e dorica dialecto remansit: ἐπιτελουμένα. ἐπιτελεῖσθαι Actiue habuimus c. I. §. 13. sed Passiue, vti hic, legitur etiam c. II. §. 4. Siebenk. pro νόμῳ attulit νόμω.

τε καὶ σωφροσ.] Louan. δὲ καὶ, et comma ponit post τάδε. Commel. autem vitiose σοφροσύνης. et in Var. Lectt. monet: „al. σωφροσύνῃ καὶ ὁσιότητι."

διαλαβεῖν] In mentem venire potest: δεῖ λαβεῖν. Sed mutatione non est opus, supplendum potius ex antecedentibus: καλῶς ἔχειν οἴομαι.

§. 2. τὴν μίξιν] Sic Vizzan. Louan. Batt. (τὴν) μίξιν Commel. Gale etc.

τοῦ θεοῦ] Commel. et Battaes. articulum omittunt quem habet Vizzan. Gale. D'Arg. et nisi fallor, Louan. statim etiam τοῖς ante ἀνθρώποις in Commel. deest; tacet Siebenk.

ἐπειδὴ γὰρ] ἐπεὶ γὰρ Louan.

ἀμήχανον] Desideratur haec vocula in Nog. et Patric. p. 255. Sed Vizzan. e Codd. Vatt. et Comm. addidit. Pro ἦν Cod. Vat. legit ὄν.

θνητὸν φύντα θείου βίου κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας φθειρομένης καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς, ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. Ἓν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μίξις.

§. 3. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ Ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου

βίου] Omittitur haec voc. in Louan. et inclusa est in Commel. Gale, D'Argens. Sed h. l. vix potest omitti; durissima enim esset ellipsis, vnde recte Vizzan. et Batt. habent.

τῆς τοῦ γένους — ὁ θεὸς] Ne hic quidem locus sanus esse videtur. primo enim ἀνεπλήρωσεν Accusatiuo est destitutum rei, quae compensatur, quod vix potest ferri. Cf. Plutarch. de Educ. c. 12. §. 16. τὴν δ' ἔλλειψιν ἀναπληρώσομεν. Plato Sympos. c. 13. §. 5. ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον, ὦ Ἀριστόφανες, ἀναπληρῶσαι. Aelian. V. Hist. L. XIII. c. 3. p. 215. Kuhn. μὴ ἀναπληρώσοντι τὴν πύελον. Ioseph. Antiqu. V. p. 150. G. ἀναπληρώσειν τὸ λεῖπον. et loca in Commentario allata; deinde minime φθειρομένη est ἡ τοῦ γένους ἀθανασία, sed singulorum hominum et omnino animantium. Itaque leui mutatione legerem: τὴν τοῦ γένους ἀθανασίαν, φθειρομένης καθ' ἕκαστον, ἀνεπλ. nisi coacta mihi haec constructio videretur. Fortasse etiam hic excidit aliquid.

ἀκατάληκτον] Vizzan. ἀκατάλεκτον. vertit tamen: *indeficientem*; quare error est operarum. Commel. ἀκατάληπτον· ad quod Siebenk. veram lectionem notauit. Patricius pag. 217. et 255. legit συνεχῆ τὴν γένεσιν. non male.

ἓν οὖν τοῦτο] τοῦτο omisit Vizzan.

§. 3. τῷ ἀνθρώπῳ] Olim in dissertatione de Ocello edendo p. 19. hunc etiam locum tentaui. Nam quum durior mihi videretur haec constructio, vitium subesse putaui, idque e dorica dialecto ortum, vbi erat: τῶ ἀνθρώπω, pro τοῦ ἀνθρώπου. Sed, quamvis saepius hoc in genere ita peccatum est, vt iota subscribendum omitteretur; tamen nunc quidem lectionem vulgatam reliqui. Nam *apud recentiores* Graecos non inusitata est Datiui pro Genitiuo Enallage, conf. praeter Pausaniae locum, ab Hoogeveeno ad Vigerum p. 57. Zeun. allatum, etiam Lucian, de

τε καὶ πόλεως, καὶ τὸ μέγιςον κόσμου, συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογενόμενον τούτων ἕκαςον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑςίας λειποτάκτης γενέσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας.

§. 4. Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμενοι, ἀδικήσουσι τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συςήματα. Εἰ δὲ καὶ γεννήσουσι οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως καὶ ἀκρασίας, μοχθηροὶ οἱ γενόμενοι καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων καὶ οἴκων καὶ πόλεων.

Ταῦτα οὖν προδιανοουμένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους· εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους, καὶ τὸν

scrib. histor. c. 28. pag. 46. ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ ςρατευομένου. et c. 51. τὸν οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε τὸ ἔργον τῷ τῆς ἱςορίας Φειδίᾳ.

ὀφείλει] ὀφείλειν Louan.

τὸ ἀπογενόμενον] Cod. Vat. τὸ ἀπογινόμενον, quod obseruavit quoque Siebenk. et postea teste Vizzan. γίνεσθαι. Quaeritur, num Graece recte dicatur τὸ ἀπογενόμενον – ἕκαςον. Exc. Matthaei ad Chrysostom. Hom. I, n. 162. pag. 53. non probat scriptionem: τὴν ἀρετὴν ἑκάςην.

ἐὰν μέλλῃ] ἐὰν μέλῃ Louan. Commel. sed Battaes. et reliquae μέλλῃ. Siebenkees. nihil monuit.

πολιτικῆς] πολίτης Cod. Vat.

§. 4. συναπτόμενοι] Cod. Vat. ἁπτόμενοι.

οἱ γενόμενοι] Sic Louan. Batt. et Vizzan. e Cod. Barth. in Commel. οἱ est inclusum. Nogarola vero οἱ non habet.

προδιανοουμένους] Vizzan. διανοουμ.

ἡγουμένους — καὶ καλὸν] Desunt Cod. Vat. propter duplex καλόν.

εἴπερ ἀναγκ.] Louan. et Cod. Barth. ἅπερ. Cod. Vat. ὅπερ.

πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι (ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον ὁ ἄνθρωπος) ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον εὐανδρεῖσθαι.

§. 5. Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι, καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, τοὺς θεοὺς δὲ φίλους αὐτοῖς

ἡμερώτατον γ. π. καὶ βέλτ. ζῶον ὁ ἀνθ.] Sic habent h. l. Nog. Comm. Gale. D'Arg. Battaeſ. ἡμερώτερον Cod. Barth. βέλτιστον ζώων Louan. ἡμ. γὰρ καὶ βέλτιστον πάντων ζῶον (non ζώων, vt in diſſertatione mea p. 20. attuli) ὁ ἄνθρ. hoc ordine, Vizzan. e Codd. Vatt. et Barth. Sed nihil varietatis annotauit Siebenk. Ego vero totum hunc locum gloſſematibus annumero. Probat hoc iam ineptus huius ſententiae locus, pertinet enim non ad πολυανδρεῖσθαι, ſed ad εὐανδρεῖσθαι, cui quidem in margine adſcripta, et in textum poſtea illata fuiſſe videtur. *Deinde* huic loco minime eſt apta. In eo quidem, quod homo eſt ἡμερώτατον ζῶον, ſitam eſſe ſcimus *conditionem, ſine qua non* poſſit colere honeſtatem; ſed hac de re ſermo non eſt; ratio enim redditur, cur continentia in veneris uſu ſit honeſta, neceſſaria et colenda, ſed minime docere vult auctor, qui fiat, vt continentia iſta coli poſſit. quare haec ab auctore, nexum ſententiarum perſpiciente, expectari et profecta eſſe non poſſunt, ſed ab eo, qui, quum nexum negligeret, aut non videret, haec non dubitaret adſcribere. Saepiſſime enim hanc ſententiam in ſcriptoribus legimus. Vide Comment. ad h. l. Ceterum D'Argenſ. in verſione hoc additamentum poſuit in loco magis idoneo.

τὸ μέγιστον] Cod. Vat. teſte Vizzan. et Siebenk. et Barth. τοῦ μεγίστου.

§. 5. εὐνομουμ.] Nog. ἐννομουμ. quod correxit Vizzan. e Cod. Vat. in εὐνομ. quae eſt lectio reliquarum editt.

τοὺς θεοὺς δὲ φίλους — πέφυκε] Ita e Codice Regio Battaeſius hunc locum, antea mutilum, ſuppleuit, niſi quod legit καὶ τοὺς θεοὺς δὲ φίλ. ego vero καὶ, ſuperuacuum et moleſtum, deleui. Antea legebatur: οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσι, ὅτε μὴ μόνον etc. Sic Commel. Vizzan. Gale. D'Argenſ. τοὺς θεοὺς δὲ φίλους e Codd. Vatt. et Barth. iam attulit Vizzanius in margine, quos codices, quum etiam omittant παρέξουσι, locum integrum habere arbitrabar,

κατασήσουσι· πάρεςι δὲ θεωρεῖν, ὅτι καὶ ἡ βάρβαρος καὶ ἑλλὰς τότε μάλιςα εὐδοκιμεῖν πέφυκε κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις, ὅτε μὴ μόνον πολυπληθείᾳ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρίᾳ χορηγοῦνται.

§. 6. Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ, μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιςάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. Ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεςέραν· ἀντὶ δὲ τοῦ συμπαθῆ

antequam Siebenkeesii schedas nactus essem, qui varietatem: καὶ τοὺς θεὺς δὲ φίλως αὐτοῖς, sed nihil ad supplendum locum attulit, nec de omisso παρέξεσι monuit. Alii apud Comm. in Varr. Lectt. καὶ οἱ φίλοι αὐτοῖς. παρέξουσι denique, quod in Codice regio Battaesii male legebatur, vt a Codicibus iam nominatis, ita a Louan. editione abest.

ὅτε μὴ] οὔτε μὴ e Louan. Commel. in Varr. Lectt. attulit. Sed ista vulgatam lectionem tenet.

εὐανδρίᾳ] Cod. Vat. Barth. et ed. Louan. ἀνδρίᾳ. id quod e Cod. Vat. adscripsit etiam Siebenk.

§. 6. τῆς τύχης] Klotzius in Actis Litt. Vol. II. P. I. in recensione editionis D'Argensii, coniecit τῆς ψυχῆς. idemque coniecisse video Siebenkeesium. Fit quidem in Pythagoricis scriptis mentio μεγαλοψυχίας. conf. Iamblich. Protrept. c. 2. pag. 4. l. 27 seq. Arcer. ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν (sc. τῶν κατὰ φιλοσοφίαν θεωρημάτων) ἡδὺ, καὶ τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον δύναταί τε ποιεῖν, καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους, ἀϊδίων τε ἐπιςήμονας. neque inaudita est vocabulorum ψυχὴ et τύχη a librariis facta permutatio. Vid. D'Oruill. ad Charit. p. 457. Lips. et Zeun. ad Xenophon. Cyropaed. I, 3, 18. p. 47. non dubito tamen, quin haec coniectura et superuacua sit, et sensum magis peruertat quam adiuuet. Vid. Comm.

τοῦ συμπαθῆ] τοῦ omissum in Louan. et Commel. Sed habent reliquae et Siebenk. e Cod. Vat. attulit.

ὁμοιοτάτην] Cod. Vat. teste Vizzan. et Siebenk. ὁμοιότητα. Louan. ὁμοιότατον. Batt. ὁμοιοτάτη. Vizzan. ὁμοιοτά-

τὴν ψυχὴν, καὶ ὁμοιοτάτην, ἐπίδοξον τῷ γένει, ἢ ὑπερχρήματον. τοιγάρτοι ἀντὶ συμφωνίας, διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης διχοφροσύνην κατασκευάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. Ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει, καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον· ὁ δέ γε διαμαχόμενος δικαίως, καὶ οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι.

§. 7. Ὧν δὴ γενομένων οὐ μόνον τοὺς οἴκους κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γενέσθαι. Μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν ἡ τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς σύνθεσις· εἰκὸς οὖν

ταν. dorice nimirum, vnde Gale. D'Arg. etc. recte ὁμοιοτάτην exhibent.

ἐπίδοξον] Coniicere quis posset: ἔνδοξον. conf. tamen Comment.

ἢ ὑπερχρήμ.] Pro ἢ Vizzan. dedit καὶ. ὑπερχρήματον vero legit Vizzan. et Battaes. quos secutus sum; nam hoc e Cod. Vat. annotauit Siebenkees. et ex hac lectione reliquae facile potuerunt oriri. Sc. Nogarola aut ὑποχρήματον legit, vt Vizzan. attulit, aut ὑπερχρήμ. vt Commel. in Varr. Lect. Commel. ipsa, Gale. D'Arg. habent περιχρήματον et Louan. ἤπερ χρήματον.

συμφ. διαφ. καὶ ἀντὶ] Desiderantur in Vizzan. textu, ob voculam ἀντὶ bis obuiam. In versione habet: *pro consonantia enim dissonantiam, et pro concordia discordiam adstruunt.*

ὁ δέ γε διαμ.] Ita dedi cum Codd. Vatt. et Barth. deinde Louan. et Battaes. editione; ceterae omittunt γε.

ἐφικέσθαι] Sic Nog. Comm. Batt. Louan. al. Sed Vizzan. cum Codd. Vatt. ἀφικέσθαι. Nihil monuit Siebenkees.

§. 7. Ὧν δὴ] Hoc dedi e Cod. Vat. (teste Vizzan. et Siebenk.) et ed. Louan. Reliquae editiones, ne Battaesiana quidem excepta, habent ὧν δέ. Placet vero Fischeri sententia, statuentis pronomen ὧν particulam δὲ non ferre. Conf. eum ad Platon. Phaedon. c. 56. n. 41. pag. 453.

καὶ τοῦ παντὸς σύνθ.] Sic Vizzan. Gal. D'Arg. Sed καὶ παντὸς σύνθ. sine articulo

ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν, τὸ ἐκ τοιούτων συντιθέμενον, τοιοῦτον εἶναι.

§. 8. Καὶ ἐν ταῖς τέχναις δὲ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς τὸ καλῶς ἢ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι· οἷον ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας θεμελίου καταβολή· ἐπὶ δὲ ναυπηγίας, τρόπις· ἐπὶ δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιΐας τάσις φωνῆς καὶ λῆξις· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας εὐνομουμένης τε καὶ κακονομουμένης οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

§. 9. Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένους τάδε χρὴ πράττειν· καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ

Louan. Comm. Battaef. et fortaffe articulus Vizzanio debet originem.

ὅλον καὶ τὸ πᾶν] ὅλον καὶ πᾶν. Louan.

ἐκ τοιούτων] Vizzan. e Cod. Vat. in margine affert ἐν τούτων. Si legatur ἐκ τούτων, bene fe res haberet. nam τοιούτων, quod eft in omnibus, non videtur probandum. Pro συντιθέμ. Cod. Vat. habet: συντεθεμένον.

§. 8 ἐν ταῖς τέχναις] Hoc e Cod. Vat. annotauit Siebenkeef. idque reddere non dubitaui. Sed ἐν ταῖς πρώταις habent Louan. Vizz. Batt. ἐν (ταῖς) πρ. Commel. Gale. etc. Lapfus librariorum facilis, quum πρῶται ftatim fequatur.

τὸ καλῶς] τὸ inclufum apud Commel. πρὸς τὸ καλῶς ἢ τὸ κακῶς repetito articulo. Vizzan. Battaef.

τρόπις] Louan. legit τρόποις. vitiofe.

τάσις φωνῆς καὶ λῆξις] Sic Comm. Vizzan. Battaef. Gale. D'Arg. τάσις καὶ φωνῆς λῆψις Codd. Vatt. (etiam Siebenk.) Barth. et Edit. Louan. quae praeterea vitiofe habet φονῆς. Chriftian. vertit: *in concentu et modulatione tenor et vocis fumtio.*

τε καὶ κακ.] Vizzan. ἢ κακ. correctio fatis manifefta, nec tamen neceffaria.

κακονομουμένης] Sic Vizzan. Gale. D'Arg. et Cod. Vat. Siebenkeefii. Sed Comm. καλοικονομ. non vt in margine Vizzan. καλοικοδομ. et Louan. καλοκονομ. Chriftian. vertit: *Ita in republica bene legibus inftituta et recte adminiftrata.* Sed ifta vocula eft infolentior.

§. 9. Ad initium huius pa-

πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται, ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειουμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται.

§. 10. Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσῆ-

ragraphi Vizzanius monuit: Codicem Mſſ. Vat. hic incipere a capite. Ceterum Iamblichus de Vita Pythag. c. 31. Sect. 209 ſeqq. hanc et ſequentes ſectiones fere ad verbum exhibet, ita incipiens: περὶ δὲ γενέσεως τάδε λέγειν αὐτοὺς (ſc. Πυθαγορείους) ἔφασαν. καθόλου μὲν ᾤοντο δεῖν φυλάττεσθαι etc. Tantum potiorem lectionis diuerſitatem hic annotabo. Iamblichus enim, id quod annotauit jam Fiſcher. ad Platon. Phaedon. c. IX. n. 1. pag. 264. *multa ipſe mutauit, multa addidit.*

πᾶν τὸ ἀν. καὶ ἀτελές.] Iamblich. τὸ καλούμενον πρόφερές. et poſtea τὰ πρόφερῆ. quam voculam Arcerius pag. 16. male ita explicauit: „Latine bonum reddidi, puto namque illo ſignificari eam praeſtantiam, quae in progeneratione, vt in ſeminibus et plantis, a prima bonitate nequaquam degeneret." Rectius vero Obrechtus vertit: *praecox.* eſt nimirum προφερὴς, ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει δοκῶν πρεσβύτερος. Vid. Polluc. II, 10. et Ruhnken. ad Tim. Gloſſ. Plat. p. 233. n. 7. Vizzan. in Commentario male attulit προσφερές. Fortaſſe haec vocula προφ. fuit in Ocelli libro dorico.

οὔτε γὰρ — ἀτελῆ] Omiſſa haec ſunt in edit. D'Argenſ. Francogall. et Theotiſca, nec non a Rotermundo ex errore operarum. Pro ἀτελῆ Iamblichus habet προφερῆ, idemque Siebenkeeſ. in ſchedis, ſed in ſeqq. Iamblichum etiam contulit, quare incertum vnde ſumſerit. idem ſtatim πρὸ τῆς καρπ. quod ex eodem Iamblicho deriuatum videtur.

ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι — καρποφ.] Iambl. εὔκαρπα γίνεσθαι τινὰ χρόνον πρὸ τῆς κρατοφορίας. Interiacentia omiſſa ibi ſunt male, quae ex Ocello ſupplenda ſunt; exciderunt enim propter γίνεται et γενέσθαι. — Statim Iambl. τετελειωμένων.

καὶ καρποὶ γίνωνται] καὶ οἱ καρποὶ γίν. Iambl. rectius. In Arcerii Cod. Mſſ. fuit γίνονται.

§. 10. γυμνασίοις τε] τε om. Vat. apud Vizzan.

κούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι τὴν ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

§. 11. Πολλὰ δὴ τῶν κατὰ ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτά ἐστιν, ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆσθαι· ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

§. 12. Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ, καλὸν γάρ ἐστι καὶ πρόσφορον, τὸ ὡς πλεῖστα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης.

§. 13. Καθόλου δὲ δεῖ περιαιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας· κα-

καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι] καὶ deest Cod. Vat. et Barth. et Iambl. omisso καὶ legit τροφὴν προσφέροντας.

τὴν ἁρμόζουσ.] Sic Louan. Vizzan. Batt. (τὴν) ἁρμόζ. Comm. Gal. D'Arg.

§. 11. „ἡ οψιμαθία ὧν ἐστι καὶ ἡ τῶν ἀφροδισίων χρεῖα. διὸ etc. ex Iambl. addendum." Haec Siebenkees. Sed mihi non tanta est Iamblichi auctoritas.

§. 12. κωλύματα] κωλύμματα Comm.

§. 13. περιαιρεῖν] Ita Cod. Vat. et Commel. in Varr. Lect. sine auctoritate attulit; atque ita legit quoque Iamblichus ex edit. Kusteri atque Arcerii. Sed περιερεῖν Louan. περιαναιρεῖν Galc. D'Arg. Comm. Battaes. περιανερεῖν Vizzan. Quid si legatur καθόλου δὴ δεῖ; nexus certe cum antecedentibus postulare hoc videtur. Non intelligo Siebenk. notam: „περιανειρειν] deest. a Vat. et Iambl. et ed. Vet."

φ. γενέσεις] φ. γεννήσεις

ταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν, καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένῃ. Δεῖ δὲ πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. Πρώτη μὲν οὖν μεγίστη φυλακὴ πρὸς γένεσιν, τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μήτε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τινὶ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρονες αἱ τῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται· μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ μὴ καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι·

Cod. Vat. teſte Vizzan. γενήσεις Louan.

νομ. γινομένῃ] Cod. Vat. et Louan. γιγνομένῃ. non male. Mihi vero legendum videtur. γινομένας, vt referatur ad γενέσεις, aut νομίμως γινομένῃ. Siebenk. „lege γινομένας. Sic Iamblich."

πολλὴν πρόν.] Nog. Comm. Gal. D'Arg. Batt. legunt πάλιν πρόν. Ego vero cum Vizzanio πολλὴν, quod eſt in Codd. Vatt. („πάλιν] πολλὴν Iambl. Vat." haec Siebenk.) et Barth. praetuli, praeſertim, quum ita etiam legat Iamblich. cui quidem cum Codicum lectione conſentienti multum tribuendum eſſe arbitror, diſſentienti ab ea aut nihil aut parum concedens. Praeterea τοὺς ante τεκνοποιουμ. deeſt Battaeſ.

πρ. μ. οὖν μεγίστη] Legendum eſſet: καὶ μεγίστη. et Iambl. πρώτην μὲν οὖν εἶναι καὶ μεγίστην. Illud tamen μεγίστη in omnibus ſine copula poſitum gloſſae ſpeciem prae ſe fert.

πρὸς γένεσιν] Louan. πρὸς γένησιν.

τινὶ ταραχῇ] Sic Louan. et Vizzan. e Cod. Vat. quod annotauit quoque Siebenk. τῇ ταρ. Nog. Comm. Battaeſ. rel. Illud praetuli, quia communis dialectus fere vbique ſeruata eſt.

χείρονες] Sic e Codd. Vatt. Vizzan., etiam Battaeſ. χείρους vero Nog. Comm. ceterae.

αἱ τῶν σωμ.] Ita olim conieci, et nunc edidi cum Louan. Cod. Vat. Siebenkeeſ. Iambl. et Batt. qui tamen (αἱ) τῶν. Sed Nog. Comm. Vizzan. Gale etc. (αἱ) αὐτῶν inepte.

τὸ μὴ καθ.] τὸ τῆς καθ. τῆς διανοίας legunt omnes, praeter Louan. Battaeſ. et Cod. Vat. Siebenkeeſii, in quibus omiſſo τῆς ante καθ. legitur: τὸ καθ. τῆς etc. et ſane arti-

ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

§. 14. Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέστατα, καὶ γεννώμενα καλῶς ἀνατραφῆ. οὔτε δὲ γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων, γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι

culus ita repetitus ferri non poteſt. Sed aliud vitium etiam adfuit, quare e coniectura ſcripſi μὴ καθ. ſignificat enim *φυλάττεσθαί τι ſibi cauere ab aliqua re*; καθεστηκυῖα vero διάνοια eſt *mens tranquilla, nullis motibus agitata.* Vid. Comment. atque ita, niſi μὴ legatur, ſenſus abſurdus et antecedentibus repugnans efficitur: *cauendum eſſe, ne quis tranquilla et compoſita mente Venere vtatur.* Iamblichus hanc ſententiam plane omiſit, fortaſſe quoniam iam tum locus corruptus et perverſus erat.

γίνεται τὰ] γίνονται Lovan.

§. 14. γίνηται χαρ.] Comm. et Vizzan. γίνεται. cf. c. 4. §. 9. Sed Batt. recte γίνηται. et Siebenk. e Vatic. ſuo annotauit: γίγνηται. In Cod. Vat. teſte Vizzan, voculae γίνηται χαρ. καὶ γενν. deſiderantur, propter duplex γεννώμ.

γεννώμενα καλῶς] Louan. γενόμενα καλῶς, priore loco vero legit et ipſa γεννώμενα. Sed fortaſſe etiam hoc in loco mendum eſt.

οὔτε δὲ γὰρ] Sic Louan. οὔτε (δὲ) γὰρ Commel. aliae. δὲ deeſt Vizzan. & Batt. ſed extat in Cod. Vat. apud Vizzan. Siebenk. vero pro οὔτε annotavit οὐδέ.

φιλίππ. — φιλόκ.] Louan. ita collocat: φιλίππους καὶ φιλόκυνας καὶ φιλόρνιθας μετὰ etc. quem ordinem ſeruat Chriſtian. qui interpretatus eſt, *qui vel equorum vel canum vel auium ſtudioſi ſunt.*

τοῦ μὴ] Sic Vizzan. e Codd. Vatt. Barth. et edd. Comm. Batt. rel. ſed Nogar. τοῦ καὶ.

τὰ γεννώμενα] Batt. τὰ γεννήματα.

λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἀλλὰ καὶ γεννᾷν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν, καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας. Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

ἀλλὰ καὶ γεννᾷν] καὶ legitur in Louan. Vizz. Batt. Sed eſt incluſum in Comm. etc.

καὶ τῆς τρ. καὶ τῆς παιδ.] Prius καὶ poſt ὀλιγωρεῖν deeſt Battaeſ. 1. poſterius vero, poſt τροφῆς deſideratur in Louan.

ταῦτα γὰρ] γὰρ, quod extat in edd. omnibus, recte Vizzanio deſideratur in Codd. Vatt. et Barth. Nihil notauit Siebenkeeſ.

ἀγεννῆ] Louan. Comm. Battaeſ. habent ἀγενῆ. male; hic enim non ad *genus* et *natales*, ſed ad *ingenium* et *animum* reſpicitur. Cf. Fiſch. ad Platon. Euthyphr. c. 1. n. 11. p. 9. et quos ibi laudat. Sic Plutarch. de aud. poët. c. 15. §. 5. κρίσεις φαύλας καὶ δόξας ἀγεννεῖς. et Aelian. V. Hiſt. V, 8. γνώμης ἀγεννοῦς καὶ ταπεινῆς. Apud Herodotum tamen I, c. 134. inueni ἀγεννέστερος pro ἀγενέστερος.

ἀποτελοῦντα] Ita Codd. Vatt. Barth. Edd. Louan. Comm. Gale. D'Arg. Batt. ἀποτελούμενα Vizzan. idque in Lectt. Varr. Commelini ſine auctoritate reperitur. Fortaſſe habet Nogarola.

Fragmenta.

I.

Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα ζωὰ, ταύτας δ' αἴτιον ψυχὰ, τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ θεὸς, τοὺς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος νόμος· τίς οὖν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διὰ παντὸς, καὶ μηδέποτ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν, τὰς δὲ πόλιας καὶ τοὺς οἴκως ὀλιγοχρονίους ἦμεν, ὧν γεννατὰ καὶ θνατὰ τὰν φύσιν ἐξ ἧς συνέστακεν ὕλας, τὰν αὐτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς διαλύσιος· συνέστη γὰρ ἐκ μεταβολίας καὶ ἀειπαθέος· ἡ γὰρ τῶν γενομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γεννάτορος ὕλας· τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕστερον· καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον· τὸ δὲ γεννατὸν, καὶ ἄλογον τὸ μεταβάλλον.

Συνέχει] Fragmentum hoc Stobaeus attulit in Eclog. Phyſ. c. 16. pag. 32. ex Ocelli libro περὶ νόμου. Libellum, cui haec fuerit inſcriptio, ab Ocello compoſitum, et ab Archyta Platoni miſſum eſſe, in epiſtola Archytae ad Platonem legimus. Particulam hanc e Stobaeo Vizzan. in edit. Ocelli pag. 309. reddidit, interpretatus eſt, et commentario illuſtrauit. Quemadmodum autem in ea vix quidquam legitur, quod ſpurium hoc fragmentum eſſe arguat; niſi forte vocula ὕλη, ſenſu phyſico adhibita, huc trahi poſſit: ita non ſuppetunt mihi rationes, quae me cogant, vt genui-

nam eam, cum certa animi perſuaſione pronunciem. Neminem tamen repertum iri arbitror, qui docere poſſit, quae in his verbis continentur, a Pythagorica ratione, et ab Ocelli decretis abhorrere.

σκάνεα] σκῆνος pro σῶμα poni notum. Vid. Barneſ. ad Euripid. Heraclid. vſ. 690. vbi vulgo σκήνωμα legitur. et Grotium ad 2 Epiſt. Pauli ad Corinth. c. 5. vſ. 1.

ζωὰ] Argutatus eſt in hac vocula Vizzanius, qui dubium mouet et ſoluit, quod corpus potius vitam, quam vita corpus continere videatur; ſed ſatis nota eſt voculae συνέχειν ſignificatio, quare locis ex Ariſtotele non opus eſſe cenſeo. In Stobaeo et Vizz. male ζῶα legitur.

ἁρμονία] De harmonia et concentu e ſphaerarum motu cogitandum non eſſe, ſed de ea, *quam concors entium quorumlibet nexus conſtituit*, iam notauit Vizzanius, qui laudauit Iamblich. Comment. Pyth. l. 2. c. 19. Ariſtot. 1. de An. 55. Deum autem, qui huius harmoniae cauſſa h. l. dicitur, nullum alium intelligere debemus, quam mentem per totam rerum naturam diffuſam; quam etſi non vnicum Deum, magnum tamen et vel maximum auctor noſter ſtatuiſſe videtur. cf. Comment. ad c. IV. §. 2. n. 2. Stobaeus hic legit ταύτας δὲ αἴτ.

ὁμόνοια] Vizzan. adſcripſit Ariſtot. Ethic. Nic. IX. c. 6. τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασὶν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. Hac autem conſenſione ciuitates et familias contineri et ſeruari, non eſt, cur multis demonſtretur.

αἴτιος ὁ νόμος] Egregie ab auctore finis legum eſt propoſitus. Leges enim maxime eo tendunt, certe tendere debent, vt hominum appetitui, quo plures ad vnam eandemque rem trahuntur, qui igitur diſſenſiones et inimicitias parit, limites conſtituantur; et vt definiatur, quousque ſingulis appetendo progredi liceat. Sed haec vberius perſequi, et legum exemplis declarare, nunc inſtituti ratio haud patitur. Vizzanius commode attulit Pindarum Olymp. Od. IX. antiſtr. 1. [vſ. 24 ſq.] a quo Εὐνομία Themidis filia σώτειρα vocatur, [vbi Scholia: Εὐνομία ἡ τὰς πόλεις σώζουσα.] et Hippodamum Thurium [apud Stob. Serm. CI. pag. 555.] μὴ ὑπαρχούσας ἁρμονίας καὶ ἐπόψιος θείας περὶ τὸν κόσμον οὐκ ἂν ἐδύνατο συνεῖμεν ἔτι καλῶς ἔχοντα τὰ ἐγκεκοσμαμένα. μὴ ὑπαρχούσας δ' εὐνομίας [in Stob. εὐνοίας, recte opinor, eſt enim idem, quod h. l. ὁμόνοια.] περὶ τὰς πόλιας οὐκ ἂν δύναιτό τις ἀγαθὸς εὐδαίμων πολίτης ἦμεν.

ἐς ἀκοσμ. ἐκβαίν.] cf. librum de rerum natura c. 1.

ὧν γεννατὰ etc.] Locus hic fortaſſe corruptus. nam reſponſio non ſatis diſtincta ab interrogatione, et omnino conſtructio impedita et abrupta. Senſus videtur eſſe: materia caduca et mutationibus obnoxia in cauſſa eſt, cur hae res non ſint aeternae; ciuitatium enim et familiarum materia ſunt homines morti obnoxii. materia vero vniuerſi eſt aeterna. ὧν — ἐξ ἧς συνέϛ. ὕλας poſitum eſt pro ὧν ὕλα, ἐξ ἧς συνέϛ. non ſine Pleonaſmo.

ἡ γὰρ — ὕλας] materia genitrix eſt prima iſta vniverſi materia, quam intereuntibus reliquis rebus manere et ſeruari contendit.

τὸ μὲν πρᾶτον τᾶ δυν.] quia facultas inferioris partis pendet ab efficacia et viribus partis ſuperioris. cf. c. 2. §. 2. et 23. τὸ μεταβάλλον h. l. vt facile apparet, eſt mutabile, non *mutans*.

2.

Καὶ ὁ μὲν πρᾶτος λόγος ἡ οὐσία, πρᾶγμα αὐθύπαρκτον καὶ ὑφεϛὸς, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύϛασιν ἐν γενέσει ὑπόκειται, καθὸ γέγονε.

Quae deinceps adiecta ſunt fragmenta, ea ex Patricii Diſcuſſionibus Peripateticis. Baſileae 1581. Fol. hauſta, non dubitaui addere. Patricio quidem non viſum eſt, vnde has particulas logici argumenti depromſerit, nobis ex inſtituto indicare. quantum tamen e pag. 188 et 200 intelligere potui, petitae eae ſunt e libello, cui inſcriptum eſt καθολικοὶ λόγοι, quem tamquam notum Patricius tractauit, ſed omnes ignorarunt aut tacuerunt, quos conſulere potui. Suſpicor autem, eum adhuc in Bibliotheca quadam latere. Quamquam autem certiſſime mihi perſuaſum eſt, Ariſtotelem in componendis ſcriptis ſuis logicis aliorum, et in his Pythagoreorum inuentis vſum eſſe, quod alio loco demonſtrabo: tamen non auſus fuerim has particulas aut totum iſtum libellum pro genuinis habere Ocelli ſcriptis, aliorum iudicio et doctrinae hanc diſquiſitionem relicturus. Dialectum doricam non vbique ſeruatam non tanti duxi reſtituere.

καὶ ὁ μὲν] Patric. Diſc. P. T. II. Lib. I. pag. 185. vbi Ariſtotelem et Archytam, qui idem affirmaſſent, attulit.

αὐθύπα κτον] quod ipſum ſubſiſtit, per ſe, non in alio.

3.

Τᾶς μὲν οὖν οὐσίας ἴδιον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· οὐ μᾶλλον ζῶον ἄνθρωπος τοῦ ἵππου· ὑπάρχει ταῖς οὐσίαις καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ἀνεπίδεκτον εἶναι.

τὰς μὲν] Patric. pag. 183. et vsque ad voculam ἧττον, iterum pag. 204 initio. vbi vitiose τὰς μὲν ὢν etc. cf. Aristot. et Archytas.

ἀνεπίδεκτον.] Explicandum esset: substantiae contraria non *simul* admittunt. Sed Patricius adiecit: „Suspicor in vltimo hoc nomine esse mendum, legique debere susceptiuum, ἐπίδεκτον.“ quod dedissem, nisi ἐπίδεκτον ἂν scribendum esset. vid. Archyt. τᾶς μὲν ὠσίας τὸ τὰν αὐτὰν καὶ μίαν ἀριθμῷ διαμένοισαν, τῶν ἐναντίων δεκτικὴν ἦμεν.

4.

Τὸ ὂν ἢ ἐν ὑποκειμένῳ ἐντὶ, ἢ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ, καὶ τὸ μὲν οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ ποιεῖ τὰν οὐσίαν.

τὸ ὂν] Patric. p. 184. initio. Idem Aristot. affirmauit.

5.

Τὸ δὲ ποσὸν εἰς ἑπτὰ διαιρέεται, εἰς γραμμὰν, ἐπιφάνειαν, σᾶμα, τόπον, χρόνον, ἀριθμὸν καὶ λόγον· καὶ τὸ μὲν ἐντὶ αὐτῆς τῆς ποσότητος συνεχὲς, τὸ δὲ διωρισμένον· καὶ συνεχοῦς τὰ πέντε, τοῦ δὲ διωρισμένου τὰ δύο· ὁ ἀριθμὸς καὶ ὁ λόγος.

τὸ δὲ ποσὸν] Patric. ibid. pag. 184. de quantitate. cf. Aristot.

6.

Ἔτι τᾶς ποσότητος τὸ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλλαλα τῶν ἑαυτοῖς μορίων συνέστακεν. οἷον

ἁ γραμμὰ, ἁ ἐπιφάνεια, τὸ σῶμα καὶ ὁ τόπος. τὸ δ' ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν, ὡς ὁ ἀριθμὸς, καὶ ὁ λόγος, καὶ ὁ χρόνος.

ἔτι τᾶς] Patric. ibid. pag. 184. vbi ſtatim legitur ἐπιφάνια et affertur Ariſtot.

7.

Τῆς δὲ ποσότητος ἴδιον τὸ ἴσον καὶ ἄνισον.

τῆς δὲ] Locum laudauit Patr. T. II. lib. II. pag. 203. eandem vero ſententiam pag. 184. ex Ariſtotele et Archyta attulit. cf. Comment. ad c. 1. §. 5. n. 5.

8.

Ἁ δὲ ποιότης διάκειται εἰς ταῦτα. ἕξιν καὶ διάθεσιν. παθητικὰν ποιότητα καὶ πάθος. δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν. σχῆμα καὶ μορφάν.

ἁ δὲ π.] Patric. pag. 184. de qualitate, vbi Ariſtot. affertur. Poſtea legit ποότητα. διακεῖσθαι h. l. diſtingui, diuidi.

9.

Ἐστὶ δ' ἁ μὲν ἕξις ἐπίτασις διαθέσεως καὶ μονιμότας καὶ ἵδρυσις.

ἐστὶ δ' ἁ] Patric. p. 184. vid. Ariſtot. Patric. pag. 202. vbi eundem locum attulit, legit διαθέσιος. recte.

10.

Τῶν πρός τι γενικώτερον διαίρεσις τετραχῶς διαιρέεται, φύσει, τέχνᾳ, τύχᾳ καὶ προαιρέσει. φύσει μὲν ὡς πατὴρ πρὸς τὸν υἱὸν, τέχνᾳ δ' ὡς μαθητὴς πρὸς τὸν διδάσκαλον, τύχᾳ δ' ὡς δῶλος πρὸς δεσπόταν, καὶ προαιρέσει ὡς φίλος πρὸς φίλον.

τῶν πρός τι.] Patric. de relatione. pag. 185.

11.

Τὸ δὲ ποιεῖν διαιρέεται εἰς πρᾶξιν, καὶ λόγον καὶ διανόημα.

τὸ δὲ π.] Patr. ibid. p. 185. vbi διαιρέεται, vitiose, addidit Patricius: „quae [actionis genera] itidem in alia quaedam subdiuidit. Passionis quoque corpus et animam, veluti subiecta specie differentia, partitur, eorumque species alias ostendit. ita Vbi quoque et Quando, et Situm esse, et Habere. Plura multo sunt in eo pusillo libello comprehensa, quam Aristotelis magno categoriarum incepto."

12.

Οἱ γὰρ ἐννέα λόγοι γίνονται καὶ ἀπογίνονται χωρὶς τᾶς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. ὅπερ ἐςὶ τὸ συμβεβηκὸς λεγόμενον.

οἱ γὰρ ἐννέα.] Patric. pag. 187. haec laudat ex Ocelli cap. 1. nouem autem rationes intelligi videntur categoriae praeter substantiam.

13.

Τὸ δ' ἔχεν εἰς περίθεσιν διαιρέεται, ὡς τὸ ὑποδεδέσθαι καὶ ὡπλίσθαι, ἐσκεπάσθαι. ἔν τε ἐνθέσιν ὡς ἐπὶ μεδίμνου καὶ κεραμίου καὶ τῶν λοιπῶν ἀγγείων. λέγομεν γὰρ πυροὺς ἔχειν τὸν μεδίμνον, ἢ οἶνον τὸν κέραμον, καὶ εἰς πλοῦτον καὶ κτῆσιν.

τὸ δ' ἔχεν] Patric. p. 187. qui notauit, Aristotelem eadem exempla vsurpauisse.

14.

Οἱ αὐτοὶ τῇ οὐσίᾳ μένομες, τῇ ποσότατι διαφέροντες.

οἱ αὐτοὶ] Patric. T. II. L. II. pag. 203. fin.

15.

Καὶ νῦν μὲν φίλος ὁ αὐτὸς, νῦν δ᾽ ἐχθρὸς διαφέρων τῇ σχέσει καὶ τῷ πρός τι λεγομένῳ, καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν οὐ διαφέρει.

καὶ νῦν] Patric. p. 204. init. vbi legitur: τῷ πρός τε λεγ.

16.

Αἱ μὲν οὖν τῶν ἄλλων λόγων διαφοραὶ ἐκδηλότεραι εἰσίν. ἁ δὲ ποιότης καὶ τὸ ἔχειν καὶ τὸ πάσχειν δυσθεωρητέρας ἔχουσι διαφοράς.

Αἱ μὲν] Patric. p. 204. vbi διαφωραὶ et ποότης.

Poſtquam haec reperiſſem in Patricio fragmenta, haud parua mihi ſpes affulſit, fore, vt plures etiam et maiores eiusmodi particulas conquirere et dare poſſim. Hanc ſpem mihi fecit Aegidii Menagii annotatio ad Diogen. Laërt. Lib. VIII. Sect. 80. ita ſe habens: „περὶ δὲ τῶν Ὑπομνημάτων] Nulla eius ſcripta memorat Laërtius, ſcripſit tamen plurima. *De Decade.* Meminit Theo Smyrnaeus cap. 49. de Muſica: item: *de Sapientia*: teſte Iamblicho in Protreptico, cap. 3. qui et iſtius libri fragmentum profert. Τὸ Ἁρμονικὸν: cuius meminit Nicomachus libro I. de Arithmetica, vbi ex eo Opere inſignem locum profert. Περὶ τοῦ παντὸς, quem librum laudat Simplicius in Praefatione ad Praedicamenta Ariſtotelis. Citatur et in libro Περὶ νόμω καὶ δικαιοσύνης, nec non in libro Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος, a Stobaeo. Item in libro Περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, et in Περὶ ὄντος ab eodem. Extat Fragmentum ex eius libro, Περὶ τᾶς ἠθικᾶς παιδείας, ad calcem Diogenis Laërtii ab H. Stephano editum. Libri de Legibus et libri de Vniuerſo, meminit ipſe in hac epiſtola. Extat etiamnum liber Περὶ τοῦ παντὸς φύσεως: qui non alius videtur a libro Περὶ τοῦ παντὸς, quem citat Simplicius.“ Haec Menagius. At iſta ſpes me fefellit, et theſauri loco carbones

reperi. In hac enim obſeruatione, neſcio quo pacto, mixta ſunt, quae ad Archytam Tarentinum, et quae ad Ocellum pertinent. Omnia enim, quae leguntur vsque ad voculas: *Libri de Legibus*, non de Ocello, ſed de Archyta dicta ſunt, ita tamen conglutinata, vt de vno Ocello dicta eſſe videantur; quare etiam coniectura addita, librum a Simplicio laudatum περὶ τῦ παντὸς, eundem eſſe, quem nunc habemus, vana putanda eſt. Simplicius enim in Categ. Ariſtot. pag. 1. de Iamblichi opera in hunc Ariſtotelis librum impenſa diſſerens, ita ſcripſit: Ἀρχύτου γὰρ τοῦ Πυθαγορικοῦ καὶ πρὸ Ἀριστοτέλους τὴν εἰς δέκα τῶν πρώτων γενῶν ποιησαμένου διαίρεσιν, ἐν τῷ βιβλίῳ, ὃ περὶ τοῦ παντὸς ἐκεῖνος ἐπέγραψε· καὶ τά τε γνωρίσματα αὐτῶν διὰ παραδειγμάτων ἐναργῶς σαφηνίζοντος, καὶ τάξιν, ἣν ἔχουσι πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰς κατ' εἴδη διαφορὰς ἑκάστου καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς κοινῶς τε καὶ ἰδίως ἐπιδεικνύντος· αὐτὸς ἐν τοῖς προσήκουσι τόποις τὰ τοῦ Ἀρχύτου παραγαγὼν, ἐκεῖνά τε νοερῶς συνεσπαρμένα ἐξήπλωσε, καὶ τὴν συμφωνίαν τὴν πρὸς αὐτὰ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐπέδειξε. etc. Haec autem confuſio, cuius explicatio non paruo temporis et moleſtiae impendio mihi conſtitit, ita videtur eſſe orta, vt Menagius annotationem docti Viri male intellectam in ſuos vſus conuerteret, et in fine augeret.

Commentarius.

Cap. I. §. 1.

1. Τάδε συνέγραψεν Ὄκ.] Exordium Thucydidis: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον etc. fortaſſe vſum confirmauit, quo συγγράφειν dicebatur κατ' ἐξοχὴν de hiſtoricis. Legimus enim certe apud Platonem a) ξυγγραφικῶς ἐρεῖν, i. e. *more hiſtoricorum* dicere, et apertius apud Dionyſ. Halicarnaſſenſem περὶ συνθέσ. ὀνομ. p. 5. Steph.: πολλοὶ γοῦν ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, φιλόσοφοί τε καὶ ῥήτορες λέξεις πάνυ καλὰς etc. et poſtea: λαμβανέσθω δὲ ποιητῶν μὲν Ὅμηρος, συγγραφέων δὲ Ἡρόδοτος, quem vſum ſecutus Lucianus in libello de ſcribenda hiſtoria, συγγράφειν et συγγραφέα eodem modo dixit. Neque tamen vlla graecitatis aetate hic vſus adeo videtur increbuiſſe, vt de *ſolis* hiſtoricis hae voculae adhiberentur; nam non ſolum Xenophon Mem. Soc. IV, 2, 10. dixit ἰατρῶν συγγράμματα, ſed Lucianus etiam, de ſcrib. Hiſt. c. 40. non dubitauit ſcribere: Ὁμήρῳ γοῦν, καί τοι πρὸς τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖςα συγγεγραφότι. Quod autem annotauit Nogarola: „Pythagoreorum morem ſeruat Ocellus in exordiendo opuſculo ſuo, in cuius initio ſuum nomen appoſuit. Nam et Timaeus Locrus eiusdem ſectae philoſophus ſic incepit: Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. Alcmaeon quoque Crotoniata Pythagorae diſcipulus, vt refert Laërtius, [VIII, 83] librum ſuum ad hunc modum inſtituit, Ἀλκμαίων (ὁ) Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξεν.“ id ex parte ſolum verum eſt; hic mos certe non eſt Pythagoreis proprius; vid. Gale ad Palaeph. n. 2. Opuſc. Myth. p. 7. nec ineſt quaedam antiquitatis ſignificatio; quum recentiores etiam eundem morem adamarent. Vide Charitonem, ſiue verum auctoris, ſiue fictum hoc nomen fuerit; et Lucian. de ſcrib. hiſtor. c. 15. Quare non audeo, hoc cum Clariſſ. Bardili, in libello *Epochen der vorzüglichſten philoſophiſchen Begriffe*, pag. 181, iis rebus annumerare, vnde γνησιότης libelli poſſit effici.

a) Phaedo. c. 50. pag. 429. vbi vid. Fiſch. annotat.

2. Φύσεως] Φύσις hoc in opusculo significat 1) *Generationem et ortum* c. II. §. 3. componitur φύσις καὶ γένεσις: c. II. §. 2. νείκους καὶ φύσεως, vbi postea pro νεῖκος ponitur διαλλαγὴ, et pro φύσις affertur γένεσις. *b*) 2) *Naturam*, rem aut personam, quae est; velut I, 4. ἅπασα γὰρ φύσις ἡ ἔχουσα διέξοδον etc. I, 6. γεννητῆς φύσεως διέξοδον. I, 7. σύστημα τῶν ὅλων φύσεων. 3) *Subsistentiam* et *existentiam*, quam vocant; vt I, 8. φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, huc referri etiam potest II, 3. γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν. 4) *Rerum* denique *naturam* ipsam, ordinemque in ea constitutum. v. c. I, 12. ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη. III, 5. ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως, cui opponitur ὑπ' ἀνθρώπων. IV, 6. παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. IV, 13. παρὰ φύσιν γενέσεις. Primam hic enumeratarum significationum h. l. intelligendam esse Nogarola, Vizzan. Bardili pag. 182 monuerunt; ad quam quidem sententiam stabiliendam Vizzanius inprimis attulit: *primo* Archytam, in epistola saepius iam nominata, inter opera Ocelli recensere librum de Vniuersi *ortu*, non vero de Vniuersi *natura; deinde* hoc dictare primaeuam nominis φύσεως significationem, per quam ortus, et ad naturam per ortum processus indicentur 2 Phys. 14 et 5. met. t. 5. *c*) *tum* pergit: „pulchrior etiam nobis huius operis series occurret. Vel enim Vniuersi ortum ratione sui, vel ratione partium ipsius intuemur. Primum praestat auctor *cap.* 1. quo loci, an Vniuersum genitum sit, vel aeternum, perquirit. Alterum cetera exhibent capita, dum huiusmodi partium mutuus ortus, ac ad perfectam

b) Cf. Isocrat. Panegyr. c. 13. p. 28. ed. Mori, vbi γένος et φύσις *origo* inter se permutantur. Ceterum de vi huius vocabuli cf. Plutarch. de decret. Philos. I, 1. pag. 3. Beck. Aristot. Phys. II, t. 3. 4. 10. 84. de Coelo I, t. 5. Met. V. c. 4. p. 1285 sq. VIII, c. 3. p. 1340. E. Exc. Matthaei. ad Chrysost. Hom. I. n. 9. Battaesium in notis. Bardili Epochen p. 182.

c) Prior horum locorum ita se habet: T. I. pag. 460. B. ἔτι δ' ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ὁδός ἐστιν εἰς φύσιν. posterior vero sine dubio Met. V. c. 4. T. II. p. 1285. C. φύσις δὲ λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ἡ τῶν φυομένων γένεσις. Cf. not. c.

mixti constitutionem, siue sub materiae, seu sub effectricis causae accedant ratione, concursus in 2 *cap.* acutissime declaratur: exclusisque in 3 *cap.* dubitationibus, inde, vt dicebatur, emergentibus, — perfectioris mixti, hominis scilicet, generatio in postremo capite exacta methodo consideratur, vt tamen ipsa ad Vniuersi bonum, perfectionem, ac eius inferiorum partium regimen recto rationis ducatur impulsu. Et hinc omnino corruet, quod quis facile potuisset obiicere, hic scilicet pleraque omissa, quae diligentis philosophi speculatio videbatur exigere; qualia forte fuerint, quae in suo de Vniuersi natura opusculo Timaeus Locrus edocuit, ex eoque in Timaeum transtulit Plato: et quae in libris de coelo tradidit philosophus, in quibus pariter περὶ τοῦ παντὸς φύσεως l. I. t. 4. se agere profitetur; ille enim nedum Vniuersi naturam, at etiam animam assumserat considerandam, dum opus inscripsit περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος· hic Vniuersi partes, ac conditiones voluit indicare, ideoque librum non de Vniuerso, sed de coelo potius inscripsit: at Ocellus solam sibi proposuit Vniuersi inquirendam generationem, *d*) et, si naturam explicare contendit, Vniuersum tantummodo, ac ea, quae in ipso praecipuae veluti partes clauduntur, nec ratione sui, at quatenus ipsum respiciunt, contemplari instituit." Haec Vizzan. pag. 6 sq. Ego vero ad commendandam hanc explicationem addere possum, quód Aristoteles, historiam quandam philosophiae exhibens, eos, qui paullulum in hoc negotio progressi essent, dubitasse etiam ait: περὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως. Metaph. I. c. 2. p. 1227. D. nec plane silentio praetereundum, veterum philosophorum nonnullos eandem significationem voculae dedisse. *e*) Quamquam igitur non libenter concederem, quod Clariss. Bardili affirmauit l. l. hanc voculam in fragmento Ocelli de legibus eadem vi occurrere; (nam ibi

d) In alia omnia abiit Battaesius, qui in his inscriptionibus eundem esse sensum putauit.

e) De Empedocle et Anaxagora hoc constat. Vid. Plutarch. de Decret. Phil. I, 30. pag. 37 sq. cf. Aristot. de Gen. et Corr. I, 1. p. 683. C. et Met. V, c. 4. p. 1286. A.

non *generationem*, sed *caussam efficientem*, vt ipse Bardili recte vidit antea, denotat) tamen concedendum esse arbitror, multum praesidii hanc explicationem habere. Attamen aliud addendum, nimirum vetere quodam vsu τὴν τῶν πάντων, seu τῶν ὅλων Φύσιν nihil aliud, quam *rerum Vniuersitatem* indicare, secundum pleonasmum in aliis etiam formulis obuium. *f*) Xenophon Mem. Soc. I, 1, 11. οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων Φύσεως — διελέγετο. vid. seqq. Perictione Pythagorea scripsisse dicitur. g) γέγονε δὲ καὶ συνέσαι ὁ ἄνθρωπος ποττὸ θεωρῆσαι τὸν λόγον τᾶς τῶν ὅλων Φύσιος καὶ τᾶς σοφίας. Ita quoque accepisse videtur Aristoteles, quum scriberet: περὶ μὲν ἓν τῆς τοῦ παντὸς Φύσεως, εἴτ' ἄπειρός ἐςι κατὰ τὸ μέγεθος, εἴτε πεπέρανται τὸν σύνολον ὄγκον, ὕςερον ἐπισκεπτέον. περὶ δὲ τῶν κατ' εἶδος αὐτοῦ μορίων νῦν λέγωμεν. *h*) et Iosephus: τὴν μέντοι διαμέτρησιν τὴν τοιαύτην τῆς σκηνῆς πρὸς μίμησιν τῆς τῶν ὅλων Φύσεως συνέβαινεν εἶναι. cf. sqq. Itaque inepta non esset explicatio, quae hanc significationem praeferret, nisi quis forte statuere velit, hunc vsum tamen esse recentiorem, quam vt recte possit ad Ocellum transferri.

3. Tota autem haec de rerum natura seu rerum vniuersitate tractatio quatuor est comprehensa capitibus. Quamquam enim in Louaniensi editione, secundo et tertio capite nostro coniuncto, non nisi *tria* exhibentur capita; atque in Codice Vaticano alia etiam reperitur capitum constitutio: (vid. not. Crit. ad IV. 9) tamen distinctionem vulgarem non reprehendendam seruandam esse duxi; praesertim quum dubium non sit, quin omnes hae distinctiones a recentioribus sint effectae. *Primo* autem capite auctor efficere studuit, mundum nec initium ha-

f) Velut: ἡ τοῦ ἀορίςου φύσις. i. e. τὸ ἀόριςον. Aristot. Met. IV. c. 5. p. 1276. E.

g) Vid. Stob. de Virtut. Serm. I. p. 6. lin. 41. seq. Aurel. Allobr.

h) de Coelo I, c. 2. p. 597. D. Alibi. Met. XII. c. 10. p. 1402. D. ἐπισκεπτέον δὲ καὶ ποτέρως ἔχει ἡ τοῦ ὅλου φύσις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριςον. Iosephi locus est Antiquit. III. pag. 81. G. Genev. Fol.

buiffe, nec finem et interitum effe confecuturum; Capite *fecundo*, mutationis, nimirum ortus et interitus, rationem reddere conatus, de elementis, eorumque viribus, paffionibus et actionibus, (vt ita dicam), denique de caufa mutationum efficiente, de coelo, difputauit. *Tertium* caput ex fuperioribus concludit, humanum genus effe aeternum; id quod illuftratur et defenditur. *Quartum* denique, idque praeftantiffimum et vtiliffimum, tradit praecepta et inftituta Pythagoricae difciplinae, de procreandis et educandis liberis. Recte cum Battaefio *i*) dici poteft, primum caput continere Metaphyficam Ocelli, fecundum, eius Phyficam generalem, tertium, eius Phyficam particularem, quartum denique, moralem eius rationem; fi modo teneatur, philofophiae partes non ita diftinctas effe ab Ocello, fed haec ita dici, vt ordinem, quem fecutus eft Ocellus, noftro fermone explicemus.

Quod autem ad primi capitis defcriptionem attinet, auctor ita eft verfatus, vt *primo* argumenta afferret, quibus doceri poffit, mundum neque originem habuiffe, nec finem habiturum effe. §. 2—6. *deinde* notionem *Mundi* accuratius declararet et adftrueret. §. 7—9. *tum* nonnulla adiiceret, quae tantummodo probarent, mundum non effe interiturum, §. 10—14; *denique* argumenta ifta breuiter repeteret, et alia nonnulla paucis verbis adderet. §. 15.

4. *τὰ μὲν τεκμ. — ϛοχαζόμενος*) Quod bonum auctorem cautumque philofophum decet, vt nimirum cognofcendi principia afferat, et lectores ad fontem ipfum quafi deducat; id a noftro auctore praeftitum effe videmus. In eo autem, quod Ocellus de mentis agitationibus, quarum ope libellus fit ortus, in exordio libelli fui dixit, Clariffimus Bardili veftigia antiquitatis deprehendit. l. l. p. 182 fq.

Quum vero hic locus non folum multum conferat ad intelligendam philofophandi rationem Ocelli, fed etiam adeo fit obfcurus, vt aegre definiri poffit, quae

i) Memoires de l'Acad. des Infc. T. XXIX. pag. 294. cf. Bardili Epochen. p. 133.

explicatio praeferri debeat, liceat varia interpretum conamina, minus etiam felicia, recenſere; et primo quidem, quam rationem Ocellus duplicem eſſe voluit, eam D'Argenſius non dubitauit triplicem reddere, quum ita verteret: *Ocellus de Lucanie a écrit ces reflexions ſur le monde*: quelques unes *lui ont été ſuggerées par les indices manifeſtes de la nature*, quelques autres *par l'opinion, et par le raiſonnement;* et quelques autres *par les reflexions et par les coniectures ſur ce qui eſt le plus probable.* Sed, ne quis forte miretur, haec, contra aperta Ocelli verba, ita dici a D'Argenſio: ſumſit ea ex annotatione Nogarolae male intellecta, quam propter ſequentia hic adiiciam: „Duos eſſe cognoſcendi modos his paucis verbis Ocellus oſtendit: vnum, earum rerum, quae ſub ſenſum cadunt, quas ſola magiſtra et duce natura manifeſtis ſignis percipimus; alterum, illarum, quae animo comprehenduntur, ſed cum quadam a re nota ad ignotam progreſſione. Verum vt ita progrediamur, vel (vt ſic dicam) diſcurramus, tres neceſſariae nobis ſunt animae facultates, quarum prima poſitas et conceſſas ratiocinationis propoſitiones, cognitis tamen prius earum terminis, intelligat. haec Graece νοῦς et νόησις, Latine *mens* et *intelligentia* nuncupatur: ſecunda progrediatur ac diſcurrat, cui quidem duplex Graecum impoſitum eſt nomen, διάνοια et λόγος, vtraque Latine dicitur *cogitatio.* Haec autem vis, tametſi vna eademque eſt, loci tamen, et rei ſubiectae ratione, in qua eſt, a ſe ipſa videtur differre: et propterea (vt modo dixi) duo habet nomina. Nam vt in Sophiſta affirmat Plato, *k*) ea facultas vocatur διάνοια, quum intus incluſa veluti animae ad ſe ipſam dialogus, in anima verſatur: λόγος vero, quum ab anima per os emiſſa cum ſono foras effluit et prodit. Tertia, quae requiritur, concluſionem conſiderans, vocatur δόξα, quam qui-

k) Locus eſt pag. 296. T. II. Bip. ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτὴν (lege αὑτὴν) διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος, τοῦτ' αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη διάνοια. — τὸ δέ γ' ἀπ' ἐκείνης ῥεῦμα διὰ τοῦ ϛόματος ἰὸν μετὰ φθόγγου, κέκληται λόγος.

quidem opinionem et opinationem vertit Cicero *l*). Hanc in eodem dialogo eſſe τῆς διανοίας ἀποτελεύτησιν aſſerit Plato, hoc eſt, cogitationis concluſionem. Primam facultatem attigit illis verbis Ocellus, τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως ϛοχαζόμενος. Secundam et tertiam, quum dixit, καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. Sed aduerte Platonem, qui multa ſumſit ex Ocello, νόησιν μετὰ τοῦ λόγου coniunxiſſe: ita enim ſcribit in Timaeo *m*), νοήσει μετὰ λόγου καταληπτόν. non diuerſa tamen ratione. Nam vterque has tres animae facultates ad progreſſionem ſeu diſcurſum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Ioannes Grammaticus in prooemio primi de Anima voluminis. Non negauerim, tamen νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, tres etiam ſignificare animi habitus, quibus duos alios, πίϛιν καὶ εἰκασίαν, addidit Plato in calce libri 6. de Rep. [T. VII. p. 125. Bip.] quibus nos dicit cognoſcere quinque rerum genera." Hactenus Nogarola; ſed, ſi quid video, male. Nam apud Platonem l. l. ſermo non eſt de iſtis animae facultatibus, ſed de effectibus. διάνοια non eſt cogitandi facultas, ſed cogitandi ſolertia ſeu cogitatio, aut id, quod cogitatur; nec λόγος eſt ratio, facultas et vis hominis; id quod Vir doctus facile e definitione colligere potuiſſet, quum haec ratio non effluat per os, quod in definitione legimus. διανοίας ἀποτελεύτησις denique non eſt cogitationis concluſio; ſed cogitationis finis et effectus; δόξα nimirum tum dicitur adeſſe, vbi mens deliberando eo peruenit, vt aut affirmet aliquid, aut neget. Itaque omnis haec diſſimillimorum locorum compoſitio et comparatio vana eſt, nec Ocellus ad Platonis loquendi vſum vi trahendus.

5. Τεκμηρίοις σαφέσι) Vizzan. ex Ariſtotele rhet. p. c. 2. *n*) locum attulit, vbi de σημείοις Philoſo-

l) Fortaſſe in mente habuit Nogarola Cic. Tusc. Q. IV, 11. conf. c. 7. et Erneſt. in Clav. Cic.

m) Vid. Tom. IX. p. 301. fin. legitur tamen περιληπτόν.

n) Rhet. I. c. 2. p. 609. F. cf. Hier. Wolf. ad Iſocrat. p. 35. l. 23 ſqq. et Dionyſ. Halicar. Vita Lyſiae. p. 198. ibique Exc. Matthaei. Vol. VI. Orat. Graec. Reisk.

phus dicit: *τούτων δὲ τὸ μὲν ἀναγκαῖον τεκμήριον· τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν.* Quamquam autem non ſolum Ariſtoteles eodem loco inter *εἰκὸς* et *σημεῖα* diſtinguat, ſed apud Noſtrum quoque ſtatim *εἰκὸς* legatur a *σημείοις* diuerſum: tamen vereor, ne Ocellus iſtum non ſeruarit loquendi vſum. nam h. l. *σαφὲς* eſt additum, et poſtea §. 6. *ἐναργὲς*, quod auctor non videtur adſcripturus fuiſſe, ſi hanc diſtinctionem animo concepiſſet; deinde *σημεῖα* et *τεκμήρια* iunguntur ſaepius, velut I, 6. 14. auctor vero noſter non abhorret a vocularum idem ipſi quidem ſignificantium compoſitione *o*). Notum denique eſt, vocabuli huius ſignificationem ab aliis aliter definiri, velut ab Antiphonte apud Ammon. pag. 245. ed. Ammon. *τὰ παρῳχημένα σημείοις πιστοῦσθαι, τὰ δὲ μέλλοντα τεκμηρίοις.* [parum tamen hoc ipſum diſcrimen ſeruatur ab auctoribus probatiſſimis *p*).] Sed vtcunque res ſe habeat, primus cognoſcendi modus et fons indicatur, experientia nimirum et naturalium rerum contemplatio. *Φύσις* h. l. eſt rerum natura a nobis contemplanda. *ἐκμανθάνειν* Compoſitum pro Simplici. neque enim agnoſco vim intendendi praepoſitionis; quam inuenit Stephanus in Theſ. primaria nempe poteſtas eſt: diſcere ab aliquo, ſiue attentione in rem, *ablernen*. cf. Herodot. I, 185. *ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα.* ſiue verbis. cf. Euripid. Phoeniſſ. 870: *Ἐμοὶ δ᾽ ἐπέσταλκ᾽ ἐκμαθεῖν σέθεν πάρα.* vbi eadem eſt, quae in Ocello, conſtructionis ratio.

6. *δόξῃ*) *δόξα* in Noſtro *ἅπαξ* eſt *λεγόμενον* et explicatu difficillimum; quare diſcrepantes ſunt interpretum ſententiae. Nogarolae mentem vidimus, vertit autem: *partim opinatione et ratione ab intelligentia, quod probabile eſt, coniecturâ ſecutus didicerat.* Chri-

o) Velut *ἴσον καὶ ὅμοιον* I, 5. I, 15. *κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως* I, 5. I, 12. *αἴτιον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς.* I, 9, *Φύσις καὶ γένεσις.* II, 3.

p) Herodot. II, 43. Xenoph. Mem. Soc. I, 1, 2. dicitur de probatione rei praeteritae. et Plutarch. de Educ. VIII. §. 26. *τὸν μονόκωλον λέ-*

ſtianus: *partim etiam opinione cum ratione coniuncta, id quod erat conſentaneum intellectu coniiciens.* Vizzan. in paraphraſi: *alia vero opinione aſſecutus eſt, id ſemper quod magis probabile videbatur per rationem, ex iis, quae cogitauerat, eliciens.* In Commentario vero pag. 7. ita hac de re diſſeruit: ,,Alia vero ſunt, quae vigili comperta ſtudio, vt veritati magis conſona auctori placuit eligere, et haec ad δόξαν reiicit, vtpote ad eam, cuius peculiare ſit munus probabilia attingere: vbi animaduertendum, quod licet δόξαν pro actu mentis, per quem concluſionem contemplatur, hic accipiendum putarit Nogarola, quum tamen hic videatur pro intellectus opere conſtitui, cuius ope probabilia aſſequatur, ab Ocello proprie aſſumi arbitror, prout ſcilicet exprimit intellectus habitum ſcientiae contradiſtinctum, qui circa ea verſetur (vt terminis ſcholarum vtar) quae aliter poſſunt ſe habere, et dicitur opinio iuxta dogmata Philoſophi eth. 6. c. 3. quo loci ſex habitus, quibus exornatur intellectus, quum recenſeret, intellectum, ſapientiam, ſcientiam, prudentiam, artem et opinionem, de quibus *ibid. et ſeqq. c.* hoc inter illos diſcrimen ſtatuebat, quod huic non repugnaret falſitas, cuius omnino incapaces caeteros docebat, qui tantum ad neceſſaria dirigebantur. In eo vero ſenſu vocem δόξαν ab Ocello acceptam mihi ſuadet huiusmodi ſignificatio apud Pythagoraeos nominis δόξα familiaris, in quorum ſchola quum educatus fuerit Ocellus, veriſimile eſt, eum ipſorum terminos in diſſerendo vſurpaſſe, quantumuis dogmata non ſectaretur omnino.“ Pythagoraeorum ſermone autem δόξαν ita adhibitam fuiſſe, id efficere ſtudet Vizzanius ex iis, quae de Pythagorea animae diuiſione et conſtitutione Plutarchus retulit de Decret. Philoſ. I, *q*) animam ni-

γον — ἀμουσίας οὐ μικρὸν ποιοῦμαι τεκμήριον. qui locus nos ſimul docet, auctores certe recentiores ab Ariſtotelis definitione receſſiſſe.

q) Cap. 3. §. 18-22. Verba maxime huc pertinentia Plutarchi haec ſunt: ἡ δὲ δόξα τριὰς ἐκ καταλήψεώς ἐςιν εὐλόγως, ὅτι πολλῶν ἐςιν ἡ δόξα· ἡ δὲ τριὰς πλῆθος, ὡς τρισμάκαρες Δαναοί.

mirum e quaternario eſſe compoſitam; ex quatuor enim facultatibus eius νοῦν eſſe μονάδα, ἐπιστήμην, τὴν δυάδα τὴν ἀόριστον, δόξαν vero τὴν τριάδα. etc. opinioni autem ternarium numerum tributum cenſet Vizzanius: „quia mens a principiis per opinionem, ad concluſionis notitiam ita deducitur, vt alteri contradictionis parti inconcuſſo non adhaereat aſſenſu, ſed ſemper alterius partis formidine prematur.“ tandem ita concludit: „Quum igitur opinioni ternarium Pythagoras adſcripſerit, ſolo probabilitatis intuitu, eamque nomine δόξας praedictis in locis videamus expreſſam, quis eam ab Ocello Pythagoreo accipi pro aſſenſu intellectus probabilia conſiderantis audeat negare? eoque magis, quod hanc eſſe Ocelli ſententiam libentius crediderim, quod non quibuslibet ſuae mentis cogitationibus ſe adhaeſiſſe profitetur, at iis tantummodo, quae probabilioribus innixae fundamentis inter eas prodierant.“ At enim haec docti viri explicatio explicatione eget; nec modus concludendi a critico hiſtorico probabitur. Antequam enim ad alios auctores confugiamus, neſcientes, a quibus auxilium petendum ſit, experiendum eſt, quid e noſtro auctore ipſo effici poſſit: et primo quidem coniugata occurrunt, δοκεῖν et δοξάζειν, quibus vtitur auctor, vbi de rebus ſub adſpectum non cadentibus, et ſola mentis agitatione et ratiocinatione cognoſcendis aliquid decernere ſtudet; vbi non ſenſus, ſed ratio docet: quemadmodum enim dixit: δοκεῖ γάρ μοι τὸ Πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι. I, 2. et εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει I, 2. εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι I, 11. ita in rebus ſenſuum ope cognoſcendis ab hac vocula abſtinuit. vid. I, 9. Huic ſignificationi maxime conſentanea eſt huius loci ratio; nam δόξα opponitur ei, quod τεκμηρίοις σαφέσι didicit. Sed monendum eſt etiam, Ocellum ea, quae δόξῃ nituntur, non tantum *probabilia*, ſed maxime *certa* et *firma* putaſſe; quamuis enim ab initio δοκεῖν poſuiſſet c. I, 2. tamen in fine dixit: οὐ μὴν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως. et: ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ Πᾶν. §. 10. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιστοῦται. §. 15. Rebus ita comparatis, conſentit quidem Ocellus cum

Platone eatenus, quatenus haec notio generalis δόξας in Platonis ſcriptis occurrit. vid. Theaetet. T. II. p. 144 ſqq.: ὅμως δὲ τοσοῦτόν γε προβεβήκαμεν, ὥστε μὴ ζητεῖν αὐτὴν (puta ἐπιστήμην) ἐν αἰσθήσει τοπαράπαν, ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀνόματι, ὅ, τι ποτ᾽ ἔχει ἡ ψυχή, ὅταν αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν πραγματεύηται περὶ τὰ ὄντα. ΘΕΑΙΤ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε καλεῖται, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐγῷμαι, δοξάζειν. cf. ſqq. Phaedon. T. I. p. 218. vbi de ſuo philoſophandi ſtudio diſſerens Socrates ſe quaeſiuiſſe dicit etiam: πότερον τὸ αἷμά ἐστιν, ᾧ φρονοῦμεν, ἢ ὁ ἀὴρ, ἢ τὸ πῦρ· ἢ τούτων μὲν οὐδὲν, ὁ δὲ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων τοῦ ἀκούειν, καὶ ὁρᾷν, καὶ ὀσφραίνεσθαι; ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα· ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν, κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι ἐπιστήμην. Vid. etiam loca poſtea afferenda; vnde apparet, δόξαν eſſe generis nomen, comprehendens ſub ſe *veram* δόξαν (ἐπιστήμην) et falſam. Sed in eo haud parua eſt, partim *pugna*, partim *diuerſitas*, quod Plato vocem δόξα iam ſtrictiore ſignificatu, de perceptione parum certa et inſtabili rerum mutationibus obnoxiarum et ſub ſenſus cadentium κατ᾽ ἐξοχὴν adhibuit *r*). Vid. in Timaeo. T. IX. pag. 301. Ἔστιν οὖν δὴ κατ᾽ ἐμὴν δόξαν διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε. τὸ μὲν δὴ, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὄν· τὸ δ᾽ αὖ δόξῃ μετ᾽ αἰσθήσεως ἀλόγου, δοξαστὸν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν *s*). Idem fere valet de Ariſtotele, a quo generalior iſte vſus non eſt alienus, quamuis rarior *t*); alter tamen, qua incerta et erroribus obnoxia ſententia ita vocatur,

r) Idem valet de Parmenide. vid. vſ. 30. vſ. 105. ſqq. edit. Fuelleborn.

s) Vid. praeterea Schultzii V. Exc. diſſertatio de Ideis Platonis, pag. 20, ſq. Viteb. 1786. 4. et cf. Timaei Locri C. I. §. 6. edit D'Arg. vbi haec: τρία δὲ ὄντα, τρισὶ γνωρίζεσθαι, τὰν μὲν ἰδέαν, νόῳ κατ᾽ ἐπιστάμαν, τὰν δ᾽ ὕλαν, λογισμῷ νόθῳ, τῷ μήκω κατ᾽ εὐθυωρίαν νοεῖσθαι, ἀλλὰ κατ᾽ ἀναλογίαν, τὰ δ᾽ ἀπογεννάματα, αἰσθήσει καὶ δόξᾳ.

t) Velut δόξαν παρέχειν Phyſ. VIII. t. 50. τὰ δοκοῦντα ſunt ea, quae vera cenſemus. cf. Categ. p. 20. D. ἅπασα γὰρ κατάφασις ἢ ἀπόφασις, δοκεῖ ἤτοι ἀληθὴς ἢ ψευδὴς εἶναι.

multo eſt frequentior, ſi quis hoc vnum teneat, non ita apud eum, vt a Platone factum eſt, ſenſus deprimi *u*).

Ceterum ex iis, quae ſuperius de Ocelli vſu dixi, facile coniici poſſet, colorem quendam σκέψεως in Ocello reperiri. Ita enim Sextus Emp. Pyrrhon. Hypot. I. c. 7. pag. 4. Fabric. ſcripſit: τοῖς γὰρ κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένοις πάθεσιν, συγκατατίθεται ὁ Σκεπτικός· οἷον, οὐκ ἂν εἴποι θερμαινόμενος ἢ ψυχόμενος, ὅτι δοκῶ μὴ θερμαίνεσθαι ἢ ψύχεσθαι. Sed eiusmodi coniectura vana eſt; vt enim Ocellus cum Scepticis in eo conſentit, quod aperta ſenſuum teſtimonia non vocat in dubium: ita diſſentit ab iis quam maxime, quum iſtis quoque a ratione ſuſceptis diſquiſitionibus eandem vim et veritatem conceſſit, vel conceſſiſſe videtur. Vtrum hac in re Ocellus cum Eleaticis philoſophis conſentiat, id, quum Viri docti parum in Xenophanis et Parmenidis decretis conſentiant, aliis iudicandum relinquo.

7. μετὰ λόγου) Totius loci conſtructio valde ambigua eſt, et magis etiam dubium, quo hae voculae pertineant. primo enim ad δόξῃ repeti poteſt ἐκμαθὼν aut συνέγραψε, (haec non ſenſuum ope, ſed ex mentis agitatione et opinione ſcio vel ſcripſi;) et voculae τὸ εἰκὸς — ςοχαζόμενος ita explicarent accuratius, quid ſit illud δόξῃ. Atque haec ratio nunc mihi praeferenda videtur et facillima. *aut* coniungimus δόξῃ ςοχαζόμενος, opinatione coniiciens, quae explicatio videtur commendari, quum ςοχάζεσθαι et ἐκμανθάνειν videantur opponi. Sed vereor, vt graece dici poſſit δόξῃ ςοχάζομαι, et vt hoc omnino quidquam ſignificet, quod mente et cogitatione comprehendi poſſit. μετὰ λόγου autem aut ad δόξῃ trahi poteſt, aut ad ςοχάζεσθαι, ponitur enim tum aduerbialiter, tum loco Adiectiui. Et

u) cf. Soph. Elench. I, 4. p. 405. D. Categ. p. 25. et ſq. de Anima. III. t. 155. ſqq. Nicom. VI, c. 3. ita δοξάζων, et ἐπιςάμενος opponuntur. Met. IV, c. 4. pag. 1274. D.

Adiectiui vices ſuſtinet in hiſce formulis τῶν δυνάμεων αἱ μὲν ἔσονται ἄλογοι, αἱ δὲ μετὰ λόγου x). et ibidem: τέχναι μετὰ λόγου, quibus opponuntur ἄλογοι. πράξεις μετὰ λόγου y). quas ſi ſequamur, trahendae ſunt hae voculae ad δόξη, vt δόξα μετὰ λόγου opponatur δόξη μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου, quam ſupra e Platone habuimus z). Recte. Poteſt tamen alterum quoque ferri, vbi Aduerbialiter accipitur, et ad στοχαζόμ. refertur: *rationis ope coniiciens.* cf. de hoc vſu Hoogeveen. ad Viger. p. 649. n. 15. Edit. Zeun. Plato. Sophiſt. T. II. p. 299. B. vbi μετὰ λόγου τε καὶ ἐπιστήμης θείας ἀπὸ θεοῦ γιγνομένη et ἄνευ διανοίας φύουσα opponitur. Iſocrat. Panegyr. c. 10. βουληθέντες μετὰ λόγου, καὶ μὴ μετὰ βίας διαλύσασθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους. vbi tamen μετὰ λόγου denotat: oratione et perſuaſione.

Ceterum non poſſum non monere, Parmenidem duplex etiam conſiderandi genus ſecutum eſſe, κατὰ λόγον et κατὰ τὴν αἴσθησιν. cf. Ariſtot. Met. I, c. 5. p. 1235. A. Kinderuater ad Ciceronem de Nat. Deor. T. I. p. 191 ſq. hoc vero ipſi contrarias ſententias et varia decreta attulit. Ocellus contra ea, vtrumque ſtuduit coniungere, et ad confirmandam ſententiam ſuam conciliare; id quod fieri etiam potuit, quum quaeſtiones iſtas Parmenideas de vnitate non attingeret.

8. τὸ εἰκός) Haec vocula ſolet poni ſine articulo; articulum tamen adiectum video apud Platonem Sympoſ. XXI, 4. ὡς τὸ εἰκός γε. Quod autem de voce δόξα annotaui, id valet etiam de hoc vocabulo; ſolet enim poni pro δοκεῖν, velut in Xenoph. Mem. Soc. IV, 4, 23. interrogatur: ἢ δοκεῖ σοι ὅμοια τὰ σπέρματα εἶναι etc. et reſpondetur: οὐκ εἰκὸς ὅμοια εἶναι. quare hic minime indicat infirmam quandam et non niſi probabilem

x) Ariſtot. Met. IX. c. 2. p. 1346. A.

y) Ariſt. Nicom. I, 6.

z) cf. etiam Plato Theaet. Tom. II. p. 189. Ἔστιν ἄρα, ὦ ἑταῖρε, μετὰ λόγου ὀρθὴ δόξα, ἣν οὔπω δεῖ ἐπιστήμην καλεῖν. et pag. 190. ſq. et pag. 176. ἔφη δὲ τὴν μετὰ λόγου ἀληθῆ δόξαν, ἐπιστήμην εἶναι.

ſententiam, vt apud Platonem Phaedone. c. 41. p. 390 Fiſch. ἐγὼ δὲ τοῖς διὰ τῶν εἰκότων τὰς ἀποδείξεις ποιουμένοις λόγοις ξύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσι. et ſaepius, nec non apud Ariſtotelem. Sed concluſionem denotat, ex Ocelli ſaltem mente certam et legitimam. cf. c. 4. §. 7.

9. ἀπὸ τῆς νοήσεως) Nogarola *ab intelligentia* interpretatus eſt, et mentis facultatem intellexit, vt vidimus not. 4. male. Ocellus enim ſcribere debuiſſet μετὰ νοήσεως, aut σὺν τῇ νοήσει, aut διὰ νοήσεως. Vizzan. rectius in verſione: *a cogitatione*, et in paraphraſi: *ex iis, quae cogitauerat.* immo verte: *e notione*, cf. Ariſtot. Met. V. c. 6. p. 1289. A. νόησις ἡ νοοῦσα τὸ τί ἦν εἶναι. Met. X. c. 1. pag. 1356. F. τὰ δὲ ὧν ἂν ὁ λόγος εἷς ᾖ· τοιαῦτα δὲ ὧν ἡ νόησις μία. cf. Met. XII. c. 9. et Lib. I. c. 7. p. 1243. F. νοεῖν etiam denotat *animaduertere, videre, ſentire*, praeſertim apud Homerum ſaepius *a)*; νόησις igitur eſſet *obſeruatio, animaduerſio, obſeruatum*, et h. l. idem quod τὸ παρὰ τῆς φύσεως μάθημα, quod hunc ſenſum efficeret: eo, quod natura ſignis manifeſtis eum docuit, ita vſus eſt, vt rationis et cogitationis ope (μετὰ λόγου) inde eliceret, quod probabiliter inde concludi poteſt. Sed poëtae vſum philoſopho non cenſeo obtrudendum, nec conſentit haec explicatio cum philoſophandi ratione in libello ipſo conſpicua.

10. στοχαζόμενος) στοχάζεσθαι, quando ſignificat collimare, ad ſcopum dirigere, ictu petere, (Xen. Cyrop. I, 6, 29) et velle atque appetere, (Ariſtot. Polit. I, c. 1. ἀγαθοῦ τινος στοχάζονται.) ſemper, quantum ſcio, Genitiuum poſtulat. Sed quum ſignificat *coniicere, inuenire et excogitare ſtudere, colligere*, nude etiam ponitur, (Xen. Mem. II, 2, 5.) et cum accuſatiuo. (cf. Plutarch. in Pericle) ἐστόχασται τὰ εἰρημένα τοῦ ὡς ἐπὶ πολὺ γενομένου, vbi ſupple ἀπὸ τοῦ, quae particula, vt apud Noſtrum, ita apud Phalar.

a) Vid. Odyſſ. α, 58. 257. N. 270. 318.

addita est: ϛοχάζομαι ἀπὸ τρόπων. cf. Liban. Tom. IV. p. 197. Reisk. vbi Timon dicit: ϛοχάζομαί σου τὴν πολιτείαν, τὴν φύσιν ἐπιγινώσκω τὴν σὴν, Ἀλκιβιάδη. construitur denique ϛοχ. ἔκ τινος, ὅτι. vt apud Plut. de Decret. Phil. I, 3, 2. ϛοχάζεται δ' ἐκ τούτου πρῶτον, ὅτι πάντων τῶν ζώων ἡ γονὴ ἀρχή ἐϛιν, ὑγρὰ οὖσα. Itaque totum hunc Ocelli locum ita compono et explico: τὰ δὲ καὶ (sc. συνέγραψε) δόξῃ μετὰ λόγου, (i. e. λογικῇ) ϛοχαζόμενος τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως, alia tradidi vsus argumentatione e notionibus, i. e. a priori.

§. 2.

1) In hac paragrapho Vizzanius inscripsit: *Prima ratio, qua Vniuersi infertur aeternitas ab auctore.* Quid autem sibi velit ista aeternitas ex mente Ocelli, id primo videndum est. Vt enim dubitari non potest, quin Ocellus non finem solum, sed etiam initium Vniversi negauerit: ita in varias partes abierunt docti, quum dicendum esset, *cuius* tandem *rei* aeternitatem affirmauerit. Fuerunt enim, qui praeter materiae aeternitatem nihil in eo inuenirent; atque statuerent, Πᾶν h. l. materiam significare; ita certe scripsit C. A. Doederlinus *b*): *Ocellus Lucanus, — mundum statuens aeternum esse, qui nec ortus unquam sit, nec finem sit habiturus: quamquam nonnulli istam aeternitatem, quam Ocellus probauit, non ad ipsum illius ornatum, descriptionemque, sed ad vniuersam duntaxat materiae molem traduci velint, quam putant ab Ocello reliquorum philosophorum exemplo aeternam creditam esse.* Dubitari tamen vix potest, quin Ocellus Vniuersum ipsum, non solam materiam, sed formam etiam, ornatum et descriptionem, aeternam habuerit, nisi forte quis dubitare velit de sententia e verbis satis manifesto apparente. Auctor enim c. 1. §. 7. notionem τοῦ

b) cf. Christ. Albert. Doederlini Animadu. historico criticae de Thaletis et Pythagorae theologica ratione. pag. 184.

Παντὸς ita explicuit, vt ordinis et deſcriptionis diſerte faceret mentionem: ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθεὶς. negavit, quidquam extra Vniuerſum eſſe; inculcauit omnia ab Vniuerſo contineri; Vniuerſum a nulla re, ab Vniuerſo omnia pendere, quae quidem omnia de ſola materia dici nullo modo potuerunt. Magis etiam aperta, et ab omni ambiguitate et dubitatione ſeiuncta ſunt verba c. 3. §. 1. vbi legimus: ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης: vt mirum ſane ſit, viros doctos ab auctoris mente aberrare potuiſſe. Eadem ſententia facili negotio ex multis elici poſſet probationibus ab Ocello allatis, niſi aut haec ſufficerent, aut alia magis neceſſaria addenda eſſent. primo quidem, qui probationes ſingulas ad id referat, quod probare voluit auctor, et ita vim argumentorum examinet, eum facile ſenſurum arbitror, quam varia ſit τοῦ Παντὸς notio, quam hic deprehendimus: velut hoc ipſum argumentum, quod hac §. continetur, nihil videtur efficere praeter materiae aeternitatem, quae tamen concluſionis et probationis infirmitas non impediuit auctorem, quo minus in fine paragraphi adderet: ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ Πᾶν. cf. etiam c. I. §. 10. Vnde tandem haec vacillatio? Concedendum nimirum eſt, quod ex deſcriptione huius libelli facile coniiciat aliquis, Ocellum minime ſibi ſatis explicaſſe hanc notionem, nec certis eam limitibus circumſcripſiſſe: itaque, prout ſe offert occaſio, partim Πᾶν ſumit de omni et materia et forma, vt Πᾶν id ipſum ſit, quod nunc oculis et mente perluſtramus totum; partim Vniuerſalitatis notionem animo comprehendit, vt de *mundo vno* cogitet, de Toto quodam partibus ſuis diſtincto, quod, ſi qua pars pereat, ipſum ſtare non poſſet, atque non ſolum mutilum eſſet et mancum, ſed etiam plane periret. cf. c. III, §. 1. partim vero Πᾶν ipſi eſt complexus omnium earum rerum, quae ſunt, non tanquam *vnum*, *perfectum* et *compoſitum*, nec tanquam ſola materia omnis formae expers, ſed tanquam vnum, quod deſtructione et detractione partium non deſtruatur ipſum, ac remaneat, quum ita remaneant ea omnia, quae non deſtructa ſint, et

ſint. Hactenus perſequor hanc notionem, ne quis eam certam et definitam putet; et vt appareat, in tota hac tractatione et certam definitamque ſententiam, et iuſtam methodum deſiderari c). *Deinde* vero tenendum eſt, Deum, ex Ocelli mente, ab Vniuerſo non tanquam cauſſam eſſe ſeparatum, ſed tanquam partem in mundo ipſo poſitum; quae enim I, 11. leguntur, nihil extra Vniuerſum eſſe, a quo id deſtrui et corrumpi poſſit, ea Ocellus ſcribere non potuiſſet, niſi Deum in mundo collocaſſet. Quamquam enim Deus atque Vniuerſum non vnum atque idem ſit, et quamuis Vniuerſum non nominauerit Deum: tamen vtrumque ita copulauit, vt Deus non cauſa Vniuerſi, ſed praecipua eius pars eſſe videatur. Quando autem *Deum* nominat, collectiue videtur vocula eſſe ſumenda. Reſtat, vt originem decreti de mundi aeternitate inueſtigemus, ſed haec res commodius tractabitur in diſſertatione critica.

2. *δοκεῖ γάρ μοι.*) Hanc voculam apud Noſtrum non habere dubitationis ſignificationem, dictum eſt ad §. 1. n. 6. A voce *δοκεῖ μοι* non videtur differre *δοξάζειν*, quod ſtatim et §. 11. legitur. cf. Plato. de Republ. I, ab initio: *δοκεῖτέ μοι.* alter reſpondet: *οὐ γὰρ κακῶς δοξάζεις.*

c) Ceterum cf. Cl. Bardili l. l. pag. 134. ſqq. qui ita differuit: „*Ocellus realiſirte nemlich, — einen allgemeinen Begriff, welcher auſſer dem Verſtande nirgends exiſtirt* [h. e. cuius *obiectum* extra animum non eſt.] *den abſtracten Begriff von der Welt.* (τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν), *und gab ihm dieienigen Praedicate, welche Spinoza ſeiner Weltſubſtanz beylegte.*“ Hoc verum eſt, ſed addendum etiam, hanc notionem vniuerſalem *vagam* apud Ocellum eſſe. Omnino Πᾶν vocat *complexum omnium, quae ſunt.* quum autem hoc varie dicatur, et vario reſpectu accipi poſſit: id non explicauit, et diſtinxit, ſed ἀθρόα πάντα confudit, et quod vno reſpectu verum eſſe probauerat, id ad alium reſpectum ſine probatione transtulit: quare factum eſt, vt vniuerſalitatis notio, cum notione rerum vniuerſitatis, et haec rurſus cum notione omnium, quae nunc ſunt, et nondum perierunt, confunderetur.

3. τὸ Πᾶν.) cf. n. 1. et §. 7. ſq.

4. ἀνώλεθρον) Interitus expers. Synonymum apud Noſtrum eſt: ἄφθαρτον. cf. I, 10. et 15. Adſcribendi hic ſunt Parmenidis verſus: 56. ſqq. pag. 62. Fülleborn.

— — Ταύτῃ δ' ἐπὶ σήματ' ἔασι
Πολλὰ μάλ', ὡς ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν
Οὖλον, μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀτέλεστον,
οὐδέποτ' ἦν, οὐδ' ἔσται· ἐπεὶ νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν
ἓν συνεχές.

5. ἀγέννητον.) Apud Noſtrum proprie non denotat: *non genitum*, i. e. ab alia natura non prognatum et productum, ſed omnino *non ortum*, ſine ſignificatione auctoris et gignentis. Quamuis Latinum vocabulum etiam latius patere videatur, cf. Plin. H. Nat. II, 1. vt verſio iſta non plane ſit ſpernenda. Sed aiicienda eſt Ariſtotelica huius vocabuli explicatio. de Coelo L. I. c. 11. t. I. 111. Λέγεται δ' ἀγέννητον, ἕνα μὲν τρόπον, ἐὰν ᾖ τι νῦν πρότερον μὴ ὂν, ἄνευ γενέσεως καὶ μεταβολῆς. καθάπερ ἔνιοι τὸ ἅπτεσθαι καὶ τὸ κινεῖσθαι λέγουσιν· οὐ γὰρ εἶναι d) γίνεσθαί φασιν ἁπτόμενον οὐδὲ κινούμενον. ἕνα δὲ, εἴ τι, ἐνδεχόμενον γίνεσθαι ἢ γενέσθαι, μὴ ἔστιν. ὁμοίως γὰρ καὶ τοῦτο ἀγέννητον, ὅτι (leg. ὅ, τι) ἐνδέχεται γίνεσθαι· ἕνα δ', εἴ τι ὅλως ἀδύνατον γενέσθαι, ὥστε ὁτὲ μὲν εἶναι, ὁτὲ δὲ μή. Apud Noſtrum id vocatur ἀγέννητον, quod eſt quidem et adeſt, ſed ortum non eſt.

6. ἀεί τε γὰρ ἦν καὶ ἔσται) γὰρ h. l. explicandi vim habet; nam non ineſt in his voculis probatio, ſed antecedentis enunciationis explicatio.

7. εἰ γὰρ ἔγχρονον — ἦν) „Quum ſubdit, quod ſi ἔγχρονος (*in tempore*) ſtatuatur, in poſterum non erit: Cimmerias video tenebras inſurgere, ideo-

d) εἶναι delendum et hoc loco ineptum videtur, ortum vero e librarii parum attendentis peccato, qui quum γίνεσθαι ſcribendum fuiſſet, εἶναι poſuerat, id tamen delere noluit. Sed explicari poteſt: *incipere eſſe realiter.*

que lucem a veteri censeo exposcendam philosophia. Genitum veteres asserebant Vniuersum, eorum tamen plerique non putabant interitui obnoxium. (Aristot. de Coelo. I, t. 102.) inter quos sane Pythagoras apud Plutarchum, (de plac. phil. II, c. 4.) idem de coelo asserebat Timaeus ibid. t. 109. *e*) hoc dogma crediderim Ocellum respexisse, atque idcirco dixisse, ab Vniverso, si ipsum interitu carere afferamus, excludenda pariter esse primordia: quia, si genitum affirmemus, interitui certe subiicietur, vt *ibid. sqq. text.* probat Philosophus, ideoque et ortu et interitu ipsum immune statuendum arbitrari. idque voce ἔγχρονος expressisse reor, quia iuxta veterum dogmata, Vniuersum, si conditum asseramus, in tempore quoque genitum affirmare oportebit, dum et tempus aeternum omnes statuisse obseruet Philosophus 8. *phys.* 10. vno excepto Platone, quem Ocello posteriorem ostendimus.“ Haec quidem Vizzan. p. 12. Sed hoc quidem non est difficultates tollere, sed eas aliena disputatione obruere, nec lucem inferre tenebris, sed spectatores in lucidas regiones abducere, et a tenebris auertere. Neque vero probare possum explicationem Clarissimi Bardili. pag. 137. *Wenn die Welt eben so, wie ihre einzelnen Theile, in ihrem Daseyn von der Zeit abhängig wäre, so müsste sie bereits gar nicht mehr vorhanden, sondern, wie diese Theile, schon durch die Zeit zerstöret worden seyn.* Nam quae de mutuo partium et Totius respectu hoc loco dicta sunt, eorum nullum est in auctoris verbis vestigium. Quid igitur denotat ἔγχρονον? Ex Appiano affert Henricus Steph. Thes. IV. p. 644. κατεφρόνουν τῶν σπονδῶν, ἔτι ἐγχρόνων οὐσῶν. quod explicat: *quarum constitutum tempus nondum erat elapsum.* Sed hic sensus a nostro loco plane alienus. — Suidas, ad Appiani locum forte respiciens, voculam explicat: οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου συντεθεισῶν. Nec hoc cum sensu quodam potest ad hunc locum transferri. Hesychius explicat: πρόσκαιρος Temporarius; quod hunc sensum

e) Immo Plato in Timaeo.

habet: ſi temporarium eſſet, a tempore penderet, breue tempus duraret: non amplius eſſet, ne nunc quidem (adhuc) ſupereſſet. Scio equidem, hanc concludendi rationem vanam eſſe, et argumentum nimium probare. Arbor haec mutationibus et tempori eſt obnoxia, nec in aeternum manebit, folia emergunt et decidunt, fructus creſcunt et matureſcunt, colliguntur et conſumuntur: nonne igitur eodem argumentandi modo efficere poſſemus, aut arbores, quas tamen videmus, quum perire potuiſſent, non eſſe adhuc, aut manſuras eſſe ſemper, quum adhuc ſint. Attamen his non obſtantibus, hanc praefero explicationem, et hanc argumentandi rationem Ocello relinquendam cenſeo. Neque enim interpretis eſt, in auctore nihil niſi vera et egregia videre, nec concludendi modus hac in re nimis eſt ineptus. Nam quum Ocellus non reperiret Vniuerſi cauſam ſeparatam, omnem Vniuerſi ortum ad caſum debebat reiicere; atque ita ratio probabilis reddi non poterat, cur adhuc ſit vniuerſum, quod omnino perire potuiſſet. Similis concludendi ratio habetur apud Parmenidem. vſ. 63. ſq. *Τί δ' ἄν μιν καὶ χρέος ὦρσεν Ὕστερον ἢ πρόσθεν τοῦ μηδενὸς ἀρξάμενον φῦναι.* Ita facile aliis et explicationibus et coniecturis ſuperſedere poterimus; nolui tamen committere, vt lector Battaeſiana careat explicatione; Battaeſ. enim ita: Nous avons traduit *εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν* par ces mots, *ſ'il eut commencé il ne ſeroit pas encore.* On ſait bien qu' *ἔτι*, lorsqu'il eſt oppoſé à *οὔπω* ſignifie le paſſé pluſtôt que l'avenir. On preſſoit Thalès encore jeune, de ſe marier, il répondit: *il n'eſt pas ençore temps*, *οὐδέπω καιρός*; on le preſſà encore lorsqu'il fut plus âgé, il répondit: *οὐκ ἔτι καιρὸς*, *il n'eſt plus temps f)*: il auroit donc fallu traduire, *ſi le tout avoit commencé il ne ſeroit déjà plus.* Mais il eſt difficile de comprendre, comment Ocellus auroit pû conclurre que l'Univers ne ſeroit plus, par cette raiſon, qu'il auroit eu un commencement. Viza-

f) Legimus haec in Diogeue Laërt. I, 26.

nius ne voit dans cette interpretation que les ténèbres les plus épaiſſes : *Cimmerias video tenebras inſurgere.*

Pour ſe tirer de ces ténèbres il ſuffit de donner à ἔτι le ſens de notre traduction, qu'il a effectivement auſſi-bien que l'autre *g*), ſelon les circonſtances où il eſt placé. Alors le ſens d'Ocellus eſt parfaitement beau : ſ'il y a eu vn temps où le tout, πᾶν, n'exiſtoit pas, rien n'exiſtoit ; et ſ'il y a eu un temps où rien n'exiſtoit, rien n'exiſte encore aujourd'hui : c'eſt l'argument de l'être neceſſaire : quelque choſe eſt, donc quelque choſe a toûjours été.

Si on avoit peine à ſe prêter à ce ſens, qui eſt pourtant autoriſé par les bons Auteurs, on pourroit corriger le texte par coniecture, et lire οὐκ ἄν τι *nequaquam*, au lieu d' οὐκ ἂν ἔτι *rien ne ſeroit.*

8. εὕροιτο) De voculis a me additis cf. nott. critt. εὑρίσκεσθαι autem, *cogitatione aſſequi*, *diſcere*, legitur iam apud Herodotum. I, 125. a Platone Phaedo. c. 35. dicitur εὑρεῖν, cui opponitur μαθεῖν.

9. ἐξ ὅτου τε καὶ γέγονεν) ἐξ οὗ ſignificare poteſt, *tempus*, *ex quo* factum eſt, et *cauſam.* cf. Euſtath. ad Iliad. α, 6. pag. 17. Mülleri. tum ſtatum, ex quo in alium tranſiit, mutatis accidentibus. cf. Plato Phaedon. T. I. pag. 160 ſqq. Bip. denique *materiam*, ex qua factum eſt. Vltima harum explicationum praeferenda h. l. eſt, non ſolum propter vſum philoſophorum *h*), verum etiam propter ſequentia : εἰς ὃ δὲ πάλιν

g) Minime, vt arbitror; in mente vero habuit Bataeſius: οὐκ ἂν ἤδη ἦν.

h) Ariſtot. Met. I, 3. pag. 1228 ſq. τῶν δὴ πρώτον φιλοσοφησάντων οἱ πλεῖςοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνον ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων· ἐξ οὗ γάρ ἐςιν ἅπαντα τὰ ὄντα, καὶ ἐξ οὗ γίγνεται πρώτου, καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευταῖον — τοῦτο ςοιχεῖον καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν φασὶν εἶναι τῶν ὄντων. cf. Met. IV. c. 5. p. 1277. A. et Plutarch. de decretis philoſſ. I, 11, 1 ſq. vbi ὑφ' οὗ (τὸ ποιοῦν) diſtinguitur ab ἐξ οὗ, et πρὸς ὅ, (fine) ex mente quidem Platonis. — Ariſtot. Phyſic. I, t. 82. Itaque non probandus Bardili. pag. 137. ſo müſste das, *wodurch ſie hervorgebracht worden*, etc.

φθαρήσεται: vi oppoſitionis. Chriſtianus vertit: *Ex quo genitum eſt, illud vniuerſi principium eſt, et in quod rurſum corrumpetur, illud Vniuerſi finis erit.* Minus accurate. Vizzanius in Paraphraſi: *non licet enim oſtendere, e quanam prodierit materia, haec enim praeceſſiſſet Vniuerſum, ideoque ipſum totum non fuiſſet productum.* Sed quonam modo haec probatio Ocelli ſtare poterit cum theſi probanda, vniuerſi etiam deſcriptionem initio carere, nec interitum eſſe habituram? Nimirum auctor ſibi ipſé non ſatis, quid vellet, explicuit, vt ſupra annotaui; h. l. ὅλον καὶ πᾶν tantum conſiderauit tanquam complexum *ſingulorum.* Non eſt creatum omne, i. e. non ſunt orta omnia, ſi vna res eſt, quae non eſt orta; materia autem ad τὸ πᾶν pertinens, quippe quae eſt aliquid, non eſt orta: itaque τὸ πᾶν non ortum eſt. Deceptus eſt Ocellus ambiguitate vocis πᾶν, quae etiam ponitur pro πάντα, (omnia et ſingula, quaecunque ſunt, fuerunt, aut futura ſunt.) Vnde factum eſt, vt enunciationes: *Omnia non ſunt orta*; i. e. nihil ortum eſt, confunderet cum altera: *non omnia orta ſunt*, i. e. alia orta ſunt, alia non. Deinde διακόσμησιν hic plane non reſpexit, ſed poſtea eam ſubiecit, et quae hic probauerat, ad eam male transtulit. Notanda autem eſt hoc loco haud parua *diuerſitas* inter Ocellum et Ariſtotelem. Hic enim ita ſibi informauit materiae notionem, vt negaret, ὕλην eſſe τί i), aut aliud categoriarum genus in eam cadere ἐνεργείᾳ, ſed ὕλην omnia eſſe affirmaret δυνάμει. Ocellus vero illud ἐξ οὗ h. l. tanquam τι ἐνεργείᾳ conſiderat, quid quod negat τὸ πᾶν periiſſe, ſi modo iſta materia remanſiſſet. Vt autem auctor diſſentit ab Ariſtotele, ita egregie conſpirat cum Eleaticis philoſophis. cf. Ariſtot. de Xenoph. Zen. et Gorg. c. 1. ἀΐδιον δὲ ὂν ἄπειρον εἶναι, ὅτι οὐκ ἔχει ἀρχὴν, ὅθεν ἐγένετο, οὐδὲ τελευτὴν, εἰς ὃ γινόμενον ἐτελεύτησέ ποτε.

Quod

i) cf. Met. VIII. c. 1. p. 1337. F. ὕλην δε λέγω, ἣ μὴ τόδε τι οὖσα ἐνεργείᾳ. δυνάμει ἐστὶ τόδε τί. et Met. VII, c. 3. p. 1314. λέγω δ' ὕλην, ἣ καθ' αὑτὴν μήτε τὶ, μήτε ποσὸν, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὥρισται τὸ ὄν.

Quod autem ad Vniuerſi ortum materiam requirit, ex qua ortum ſit, in eo *conſentit* auctor cum reliquis phyſicis; et commune philoſophantium fuiſſe placitum, *ex nihilo nil fieri*, Vizzanius probare ſtuduit ex Ariſtot. Phyſic. I, t. 34. Metaph. XI, Sum. 2. c. 4. [i. e. Met. XI. c. 6. p. 1377. F. *τὸ γὰρ μηδὲν ἐκ μὴ ὄντος γίνεσθαι, πᾶν δ' ἐξ ὄντος, σχεδὸν ἁπάντων ἐϛὶ κοινὸν δόγμα τῶν περὶ φύσεως.* prior locus magis etiam definitus: *εἰ γὰρ πᾶν μὲν τὸ γινόμενον ἀνάγκη γίνεσθαι ἢ ἐξ ὄντων, ἢ ἐκ μὴ ὄντων. τούτων δὲ, τὸ μὲν ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον· περὶ γὰρ ταύτης ὁμογνωμονοῦσι τῆς δόξης ἅπαντες οἱ περὶ φύσεως.* Adde de Gen. et Corr. I, t. 12. *καὶ ἔτι ὃ μάλιϛα φοβούμενοι διετέλεσαν οἱ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες, τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαι προϋπάρχοντος.* et Metaph. III. (al. II.) c. 4. pag. 1257. idemque attulit Sextum Empiric. Pyrrhon. Hypot. L. III. c. 17. [pag. 163. Fabric. fin.] vbi Fabricius laudauit Lucretium. I, vſ. 159 ſqq. qui nec Vizzanii potuit effugere attentionem. Ceterum vid. Gataker. ad Antonin. IV, 4. pag. 98. et VIII, §. 18. pag. 244.

10. *πρῶτον τοῦ παντός ἐϛιν*) Non: *Vniuerſi principium*, vt vertit Chriſtianus nec vt transtulit Vizzanius: *illud prius Vniuerſo eſt;* nec vt in paraphraſi idem: *haec enim praeceſſiſſet vniuerſum.* Nam ita plane nulla eſt probationis ſiue vis ſiue ſpecies. Immo vertendum: *prima* Vniuerſi *pars*, aut cum Nogarola: *prima portio.* Si prima pars ſemper fuit, non ortum eſt Πᾶν. Ita quoque accipiendum eſt, quod ſequitur, *ἔσχατον τοῦ παντός.*

11. *εἰς ὃ δὲ πάλιν φθαρ.*) i. e. quod poſt interitum et deſtructionem Vniuerſi remanſurum eſſet, materia aeterna. Eodem modo alii quoque dixerunt *φθείρεσθαι εἴς τι.* cf. praeter loca Ariſtotelis, n. 9. allata, etiam Met. III, c. 4. pag. 1260. A. *ἅπαντα γὰρ φθείρεται εἰς ταῦτ' ἐξ ὧν ἐϛιν.* Met. VII, c. 10. pag. 1325. D. Plutarch. de decret. Philoſſ. I, 3. §. 5. pag. 5. ſq. et §. 9. pag. 7. edit. Beck. vbi formula haec adhibita

eſt in recenſione decretorum Anaximandri et Anaxagorae.

12. Τό γε δὴ πᾶν — φθείρεται) Haec hypothetice ſunt intelligenda: *ſi enim Vniuerſum oriatur, ſi intereat.* alioquin oriretur contradictio. Similis locus eſt infra. §. 4. Ἐὰν οὖν γενόμενον — γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος. Senſus eſt: ſi Vniuerſum (πᾶν) oriatur, *omnia* oriri neceſſe eſt; ſi intereat, *omnia* debent perire. Pergit nimirum in confundendis rebus diuerſis; miſcet πᾶν et πάντα· miſcet Vniuerſum a partibus conſideratum, cum Vniuerſo a compoſitione conſiderato; quae quidem omnia a recentioribus philoſophis ſunt diſtincta. cf. infra ad §. 7. n. 1.

13. Τοῦτο δέ γε ἀδύνατον) Ἀδύνατον h. l. paſſiue adhiberi ſatis manifeſtum eſt. Cauſſam vero, cur id fieri nequeat, recte D'Argenſius ex materiae aeternitate repetiit.

14. ἄναρχον ἄρα κ. ἀτ. τὸ π.) Cf. infra. §. 15. ἄναρχος h. l. non eſt carens rectore et duce, vt Hom. Iliad. β, 703. vbi Schol. ἄνευ ἡγεμόνων. et Xenophont. Cyrop. III, 3. Sed: *ſine initio*. vt in Fragm. Parmenidis. vſ. 81. ubi vſ. 86. etiam ἀτελεύτητον, ſed alio ſignificatu. vid. Infra. ad §. 9. n. 5.

15. οὐ μὴν οὖν — οὕτως) Nog. vertit: *Vniuerſum igitur principio caret et fine, nec eueniet, vt aliter quam hoc modo ſe habeat.* Traxit igitur ἔχει ad τὸ πᾶν, repugnante ſermonis vſu. Senſus eſt: res aliter ſe non habet; neceſſario ita ſtatuendum eſt.

§. 3.

1) Ad nouum argumentum pro Mundi aeternitate auctor tranſit, idque §§. 3 — 6. perſecutus eſt. Eſt autem concludendi modus hic: Si Vniuerſum ortum eſſet et interiturum, cadere in id deberent ea omnia, quae in rebus, hisce mutationibus obnoxiis, animad-

vertuntur: iam vero nihil eiusmodi in vniuerſo deprehendi poteſt, quare nec ortum eſt, nec interiturum. Vel ſine mea annotatione cuique patebit, Vniuerſum h. l. plane alio modo ſumi ab auctore; qui, quum §. 2. Vniuerſum a partibus ſingulis conſideraret, idque manſurum eſſe affirmaret, ſi vel vna eius particula, et materia, remaneat; hoc loco id ipſum a compoſitione, et tanquam totum quoddam neceſſarium, ſine reſpectu partium conſiderauit.

Hac quidem ſectione exponit de mutationibus, quibus obnoxia ſint omnia, quae oriuntur et pereunt.

2. Πᾶν δὲ τὸ γ. — κοινωνῆσαι) Πᾶν h. l. non Vniverſum indicat, non τὸ Πᾶν, ſed collectiue poſitum pro πάντα δέ. cf. I, 7. Apparet hoc partim ex abſentia articuli, partim e modo probandi. videatur nota 1. — Ἀρχὴν γενέσεως λαμβάνειν idem eſt ac ἄρχεσθαι, oriri. cf. I, §. 15. et I, 13. vbi ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, idem eſt quod antea ἤρξαντο. cf. II, 22. III, 1. IV, 1. — Voculam κοινωνῆσαι eodem modo adhibuit Ariſtot. Met. XI, c. 6. pag. 1378. F. ταὐτὰ δ' ἀεὶ, καὶ μεταβολῆς οὐδεμιᾶς κοινωνοῦντα. — Ceterum verba γενεσ. ἀρχ. — κοινωνῆσαι pertinent ad deſcriptionem ſubiecti enunciationis, et aut ſeparatim intelligenda ſunt: *omnia, quae oriuntur*, et *omnia, quae pereunt*; aut coniunctim: *omnia, quae fiunt, et quia facta ſunt, etiam interire debent.* Non defuerunt inter Veteres, qui hoc quoque affirmarent. Plutarch. de Decret. Philoſ. I, 1, §. 3. ὅσα γὰρ ἀρχὴν κινήσεως ἔλαβε, ταῦτα δύναται λαβεῖν καὶ τελευτήν. Ἀρχὴν κινήσεως autem nominat, quam antea ἀρχὴν γεννήσεως vocauerat; quid? quod in modeſto iſto Plutarchi δύνασθαι non ſubſtiterunt. Ariſtot. Phyſ. III. t. 30. τό τε γὰρ γενόμενον ἀνάγκη λαβεῖν τέλος. Cicero de Nat. Deor. I. c. 10. Velleio haec tribuit: *quaſi — aut non omne, quod ortum ſit, mortalitas conſequatur.* et Cottae c. 25. *indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus et diſſipatio conſequatur.* Salluſtius de Deo et Mundo. c. 7. p. 256. Gal. in Opuſc. Ἀγέννητον δέ, ἱκανὰ μὲν δεῖξαι ταῦτα. εἰ γὰρ μὴ φθείρεται, οὐδὲ

γέγονεν. ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον φθείρεται. Auctor huius decreti a Diogene Laertio IX, 19. nominatur Xenophanes, de quo haec: πρῶτός τε ἀπεφήνατο, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον φθαρτόν ἐςι. Meinerſ. in Geſch. d. Wiſſ. Gr. u. R. T. I. pag. 618. hoc placitum ſuppoſitum eſſe monuit, quippe quod cum primo viri decreto pugnet. quod non ſatis video. neque enim ex Diogenis mente Xenophanes dixit: omnia orta eſſe, et quoque eſſe interitura; ſed ſolummodo: omnia, quae orta ſint, eſſe interitura. Poterat hoc decreto vti Xenophanes ad ſententiam ſuam confirmandam.

3. ἐπιδέχεται μεταβολάς) ἐπιδέχεται, patitur, admittit. cf. I, 6. 12. II, 4. dixit etiam δεχόμενον τὰς μεταβολάς. II, 12. quod monui, ne quis in particula ἐπὶ haereat, et vertat: *deinceps*, *ſucceſſiue* patitur. Ariſtot. Categor.: περὶ ποσοῦ. p. 28. F. οὐ δοκεῖ δὲ τὸ ποσὸν ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Ceterum idem fere dixit Critolaus Peripateticus. Vid. Philon Iud. περὶ ἀφθαρσ. Κόσμ. p. 732 F. Colon. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο σκοπεῖν ἄξιον, ὅτι πᾶν τὸ γενόμενον ἐν ἀρχῇ μὲν πάντως δεῖ ἀτελὲς εἶναι, χρόνου δὲ προϊόντος αὔξεσθαι μέχρι παντελοῦς τελειώσεως. etc.

4. μίαν μὲν) i e. πρώτην vel potius προτέραν, ſequitur enim δευτέραν. Dicendi ratio a Latina non abhorrens. Vid. Cicero Acad. Q. I, 5. de Off. I, 2. I, 32. de Senect. c. 5.

5. ἀπὸ τοῦ μείονος — ἐπὶ τὸ βέλτιον) Mutatur ratione quantitatis et qualitatis. Similes locutiones Ariſtot. Met. V, 12. p. 1295. ἐὰν ἔχῃ μεταβάλλειν ἐφ᾽ ὁτιοῦν δύναμιν τοιαύτην, εἴτε ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἴτε ἐπὶ τὸ βέλτιον. Lucian. Ver. hiſt. I, c. 30. ἡ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολή. Eſt autem nec βέλτιον nec χεῖρον h. l. de moribus intelligendum, quod ſponte apparet; neque vero apud Theophr. Char. I, §. 1. εἰρωνεία - προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων, vocula χεῖρον ad moralitatem, quam vocant, trahenda, nec vertendus locus: *diſſimulatio fallax et fraudulenta*; ſed ita, vt poſtulat locus Ariſtot. Nicom. II. c. 7. p.

30. E. ἡ δὲ προσποίησις ἡ ἐπὶ τὸ μεῖζον, ἀλαζονεία — ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον, εἰρωνεία. Haec ὡς ἐν παρόδῳ.

6. ἀφ' οὗπερ ἀρξ.) D'Argenſ.: *Et ce, par quoi ce changement commence.* male. Neque enim de cauſſa et effectu ſermo eſt, ſed de temporis momento, vnde incipit eſſe aut mutari. ἀφ' οὗ hoc ſignificare poſſe dubium non eſt. Vid. Euſtath. ad Iliad. α, vſ. 6. τινὲς δὲ οὐ χρονικὸν ἄπον τὸ ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα, πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἀφ' οὗ, καὶ ἐξ ὅτου καὶ ἀφ' ὅτου, καιροῦ δηλαδή. Herodot. II, 52. ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου. Noſtro vero loco contextus ſatis docet et commendat hanc ſignificationem; nam in ſuperiore ſcriptura dixit: ἀπὸ τοῦ μείονος, ἀπὸ τοῦ μείζονος, et quae ſequuntur, non de *effectu*, ſed de *conſequentia in tempore ſola* intelligenda ſunt.

7. ἀρξ. μεταβάλλειν) h. l. ſignificatione Media. *ſe mutare*, ſeu *mutari*. qua vi legitur vt apud Plutarch. de Aud. poët. VI, 5. ita apud Noſtrum ſaepius I, 4. 5. 13. II, 6. 13. coll. 14. 23. Sed occurrit etiam Actiue: II, 22. μεταβάλλων τὸν ἀέρα. cf. Herodot. I, 57. 157.

8. γένεσις.) Hanc §phum ſine dubio reſpexit Caſp. Barthius, quum ſcriberet Aduerſ. Lib. LIV, c. 9. pag. 2537. *Ocellus autem Lucanus, cuius libellus Pythagoricorum ſcitorum quaedam concinnatio eſt, duas mutationes habere omnia, quae naſcuntur, tradit, priorem a minore ad maius, quae eſt generatio, alteram a maiore ad minus, quae ſit diſſolutio et interitus et abolitio.* Sed mentem Ocelli non ſatis eſt aſſecutus Vir doctiſſimus; non enim ipſam mutationem iſtam vocauit γένεσιν, ſed terminum, vnde incipiat mutatio. Aliter, et ita, vt cum Barthii explicatione melius conveniat, Plato hoc vocabulo eſt vſus Phaedone. c. 15. p. 298. Fiſch.

9. εἰς ὃ ἀφικνεῖται) Nog. et Vizzan. *id vero, ad quod peruenit.* recte. Summum hic intelligitur, quo

tendit, quod aſſequitur. eſt explicatio τῆς ἀκμῆς. idem vero eſt, quod poſtea συμπέρασμα τ. μ.

10. ἀκμή) Vizzan. explicat: „huiusque mutationis exordium, rei ortus dicitur, ac terminus ἀκμὴ, qui rei vigorem, ac perfectum ſtatum, eiusque florem exprimit.“ Quemadmodum autem non poſſum facere k) cum Vizzanio, qui ſtatim monuit, eum ſtatum, quem hic ἀκμὴν nuncuparit Ocellus, eleganter a Timaeo Locro deſcribi [c. 5. §. 1. pag. 270 D'Arg.] ὃ καὶ ἄκα πλέω τᾶς ἀποῤῥεοίσας ἐπάρδοιτο, αὔξα λέγεται, εἶκα δὲ μέω. φθίσις· ἁ δ' ἀκμὰ, μεθόριον τουτέων ἐστὶ, καὶ ἐν ἰσότατι ἀποῤῥοᾶς καὶ ἐπιῤῥοᾶς γυέεται. ita eum in fine longioris annotationis bene attuliſſe arbitror Ariſtot. de Anim. III, 59. ἀνάγκη γὰρ τὸ γενόμενον αὔξησιν ἔχειν καὶ ἀκμὴν καὶ φθίσιν [p. m. 1425.]. Idem infra §. 6. ἀκμὴν explicat: *rem in apice conſtitutam*, et modeſte improbat Nogarolae verſionem, qui *ſtatum* reddidit. In his autem eſt Pythagoreus quidam color. cf. Ariſtot. de Coelo. I, c. 1. t. 2. καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ Πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται, τελευτὴ γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸν ἀριθμὸν ἔχει τὸν τοῦ Παντός· ταῦτα δὲ τὸν τῆς τριάδος. Caeterum voculae γένεσις, ἀκμὴ, φθίσις videntur his in rebus tanquam propriae adhibitae. cf. Athenaeum. L. X. p. 451. E. F. qui Theodecten in gripho de vmbra monet dixiſſe: ἄναι τινὰ φύσιν, ἣ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μεγίστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἐλαχίστη· in cuius verſibus ibi allatis γένεσις, ἀκμὴ et γῆρας legitur. cf. ad §. 4. n. 3.

11. τὸ συμπέρασμα) Hoc vocabulum apud Ariſtotelem ſaepiſſime de ratiociniorum concluſione poni, ſatis notum eſt. Hic vero reſpondet τῷ: ἐς ὃ ἀφικνεῖται, eſt igitur finis, terminus huius mutationis. Chri-

k) Timaeus nimirum ἀκμὴν tum nominat, quum res aut perſona bene ſe habet; et velut homo ſanus eſt maxime, quod cadere poteſt in infantem pariter ac adultum. Ocellus vero ſummam perfectionem et quaſi maturitatem intellexit, vnde ad interitum rurſus res vergit.

ſtian. et Vizzan. reddiderunt: *terminum.* Nogarola: *mutationis exitum ſiue concluſionem,* D'Argens: *la fin.* Battaeſius vero liberius et peius totum hunc locum transtulit: Tout être qui a commencé par génération, et qui doit finir par diſſolution a deux progreſſions: la première, du moins au plus, et du pis au mieux: le mouvement du point du départ au point de la *perfection* ſ'appelle *génération:* la ſeconde, du plus au moins, du mieux au pis; le mouvement du point de perfection aû dernier terme ſe nomme *corruption* et *diſſolution.*"

§. 4.

1. Quod ſectione antecedente de rebus generationi et corruptioni obnoxiis omnino dictum eſt, id nunc transfert ad Vniuerſum, atque in Vniuerſum, ſi quidem genitum eſſet, cadere debere affirmat.

2. *τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν.)* Caue vnum idemque eſſe putes, quod §. 3. *πᾶν* nominatum eſt. vid. ibi n. 2. De formula ipſa cf. Plato Theaetet. pag. 181. Bip. T. II. vnde diſcimus et probabili coniectura colligimus, has voculas vulgo ſynonymice eſſe adhibitas, easque ſignificationem parum conſtantem habuiſſe. Ex alio autem Platonis loco. Phaedone pag. 181. *ὅτι ὅλῳ καὶ παντὶ ὁμοιότερόν ἐστιν ἡ ψυχὴ τῷ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντι μᾶλλον, ἢ τῷ μή.* haud ſcio, an colligi poſſit, formulam hanc *adéo vſitatam iam fuiſſe,* vt ad alias ſignificationes transferretur, et pro *plane, prorſus* adhiberetur.

3. *γενόμενον — ἐπὶ τὸ χεῖρον)* *γενόμενον* h. l. hypothetice intelligendum: *ſi quidem ortum eſſet.* Quae deinceps habentur, *γενόμενος — τελευτὴν,* ea apud Ariſtotelem quoque reperi. de Anim. Lib. III. c. 12. p. 1425. D. *ἀνάγκη γὰρ τὸ γενόμενον αὔξησιν ἔχειν, καὶ ἀκμὴν, καὶ φθίσιν.* quamuis alio nexu et conſilio allata.

4. *Ἅπασα γὰρ φύσις*) h. l. non *generatio*, ſed *natura*, res vel perſona in rerum vniuerſitate obuia. Tribuitur enim φύσει non ſolum γένεσις, ſed etiam ἀκμὴ καὶ τελευτή.

5. *ἔχουσα διέξοδον*) Saepe apud Noſtrum haec vocula legitur. I, 6. κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς φύσεως διέξοδον. I, 12. διέξοδον ἐπιδεχόμενον τῆς ἰδίας συστάσεως. ibid. διέξοδον οὐκ ἐπιδεχόμενα τῆς οὐσίας· et ſynonymum fere videtur περίοδος τῆς μεταβολῆς. I, 13. Itaque φύσις ἔχ. διέξ. eſt natura, quae oritur, creſcit et tandem interit, vnde recte Vizzan. in Paraphraſi: *natura, quae non permaneat*. Aliter hac voce in ſimili re vſus eſt Ariſtoteles. Phyſ. III, t. 34. ἄπειρον λέγεται ἄλλως δὲ τὸ διέξοδον ἔχον ἀτελεύτητον, quae repetuntur Metaph. XI. c. 10. pag. 1385. A. Hic nimirum non ita dixit διέξοδον, vt ſemper finis et interitus eam conſequatur, ſed modo generaliore, de quadam mutationum ſerie, quae infinita pariter ac finita eſſe poteſt. Hoc autem apud Ocellum aliter ſe habere docent iam voculae ἅπασα γὰρ — ὅρους ἔχει τρεῖς.

6. *ὅρους — διαστήματα*) Nogar. et Vizzan. vertunt: *terminos* et *interualla*. Eſt autem ὅρος h. l. id, quo tendit aliquid, ἀκμή, quo tendit mutatio in melius, τελευτή, quo mutatio in deterius ruit. Plutarchus de Educ. XIV, 12. in Pythagoreorum ſymbolis ponit: μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας. Sed haec quidem alio ſenſu. Caeterum ſimilia leguntur apud Platonem Phaedon. c. 15. p. 298. Fiſch.

§. 6.

1. Probare nunc conatur ea, quae §pho quarta affirmauit, eaque efficere inductione quadam rerum mutationibus obnoxiarum. De translocatione harum ſectionum dixi in notis criticis.

2. *σημεῖα - τεκμήρια*) h. l. ſynonyma, vt §. 14. cf. I, 1, 5. τούτου autem refertur ad ea omnia, quae

§. 4. ſunt affirmata; nimirum omnem naturam mutabilem iſtos terminos atque interualla habere.

3. ἐναργῆ proprie dicuntur, *quae oculis patent*, et conſpiciuntur. cf. Hom. Odyſſ. γ, 420. et 372. vbi Schol. φανερά. Odyſſ. π, 161. Οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς. cf. Odyſſ. δ, 841. Iliad. υ, 131. *l*). Plato Criton. c. 2. fin. et Fiſch. V. Exc. pag. 176. Ioſeph. Ant. IV. pag. 113. A. Genev. ἐπιφανεὶς καὶ ὁ ἄγγελος ἐναργής. Deinde transfertur ad *euidentiam probationum*. cf. Plato Phaedo. c. 22. οὐ γάρ ἔχω ἔγωγε οὐδὲν οὕτω μοι ἐναργὲς ὂν ὡς τοῦτο. et cap. 49. θαυμαστῶς γάρ μοι δοκεῖ ὡς ἐναργῶς τῷ καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχοντι εἰπεῖν ἐκεῖνος ταῦτα, vbi idem eſt ac σαφῶς. Noſtri dicunt *einleuchtend*. Itaque τεκμήρια ἐναργῆ, quae ſupra §. 1. σαφῆ, ſunt aut argumenta et documenta, quae in oculos incurrunt et facile apparent, aut documenta, vnde certa peti coniectura poteſt. Vtrumque h. l. fortaſſe coniungendum.

4. αἱ τάξεις) Nog. et Vizzan. *ordines*. Ariſtot. Categ. περὶ ποσοῦ T. I. pag. 26. F. et pag. ſeq. diſtinguit inter θέσιν et τάξιν, et ita quidem, vt contextus facile nos adducat ab credendum, θέσιν de quantis continuis, τάξιν vero de diſcretis, velut numeris, et partibus ſucceſſiuis, dicendam eſſe. pag. 27. B. ὃ δὲ μή ἐστιν ὑπομένον, πῶς ἂν τοῦτο θέσιν τινὰ ἔχοι, ἀλλὰ μᾶλλον τάξιν τινὰ εἴποις ἂν ἔχειν, τῷ τὸ μὲν πρότερον εἶναι τοῦ χρόνου, τὸ δὲ ὕστερον. cf. antecedentia. Sed hoc diſcrimen non ſemper ſeruatur. Plutarch. de Decret. Phil. II, 7. περὶ τάξεως τοῦ Κόσμου. ibid. §. 3. Πλάτων πῦρ πρῶτον, εἶτα αἰθέρα, μεθ' ὃν ἀέρα, ἐφ' ᾧ ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν. cf. c. 15. p. 49. et §. 2. 3. Auctor de Mundo.

l) Koeppen. T. V. pag. 265 ad h. l. monuit: ἐν ἀργῷ ſ. ἐναργῶς *weislich, d. h. im reinen hellen Götterglanz, ſo alſo, daſs man ſie deutlich für Götter erkennt;* quod mihi videtur contra apparitiones deorum eſſe, qui quidem ita dicuntur apparuiſſe, vt ab hominibus in luce quaſi meridiana, ſeu oculis (Odyſſ. γ, 373) conſpici poſſent, ſed non ſemper ſigna darent, veniſſe Deos, vt locutus eſt Ouidius.

c. 2. init. ἡ τῶν ὅλων τάξις. Quocirca rectius ſtatuimus, τάξιν commune eſſe nomen, et latius patere, vt θέσιν comprehendat, et τάξις in continuis θέσις vocari poſſit. Conſentit cum hac expoſitione voculae vſus in aliis, quum de acie dicatur. Herodot. VI, 14. cf. Plat. Symp. VI, 8. de ordine et diſpoſitione ſtellarum. Iamblich. de Vita Pythag. c. 12. de munere et officiô. Plutarch. de Educ. XIII, 29.

5. συμμετρίαι) „Symmetria, quum Latinum teſte Plinio [H. N. XXXIV. c. 8. p. 602. Baſ. Fol.] non habeat nomen, commenſurationem proportionemque conuertere mihi non libuit, ſed integram ſeruandam eſſe dictionem cenſui. Nam ea, quamuis graeca, iam ſatis, vt pleraeque aliae, Latino ſermone trita eſt, qua Vitruuius et Plinius ciues mei frequenter vſi ſunt.“ Haec Nogarola Veronenſis. Sed Plin. Epiſt. II, 5. §. 11. *congruentiam aequalitatemque* nominauit. Ad hunc autem locum et ad vocabuli vim omnino explicandam non ſola ſufficit Vitruuii. I, 2. deſcriptio: *Symmetria eſt ex ipſius operis membris conueniens conſenſus, ex partibusque ſeparatis ad vniuerſae figurae ſpeciem, ratae partis reſponſus;* latius enim apud Graecos patet huius vocabuli vſus, vt omnino *aequabilem rationem* denotet; cf. Pythagoreor. Fragm. apud Galeum pag. 751. ἀὴρ, θάλπους καὶ ῥίγους ἔχων τὰν συμμετρίαν. Ariſtot. Phyſ. VII. t. 18. ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἐν κράσει καὶ συμμετρίᾳ θερμῶν καὶ ψυχρῶν τίθεμεν. Dicitur igitur non ſolum de congruentia *quantorum*, verum etiam de aequabili ratione *qualium*.

6. σχηματισμοί) Nog. *figurae*. Vizzan. *figurationes*, D'Argens. *les formes*. Batteſ. *les configurations*. Significat nimirum haec vocula *formae varietatem et mutationem*. cf. Ariſtot. de Coelo. II, t. 109. de luna: ἐν τοῖς κατὰ μῆνα σχηματισμοῖς πάσας λαμβάνει τὰς διαιρέσεις, καὶ γὰρ εὐθεῖα γίνεται καὶ ἀμφίκυρτος καὶ κοίλη. Eadem vocula eleganter occurrit apud Polluc. Onom. I, 211. de equo: διδάσκειν κυρτοῦσθαι τὴν κεφαλὴν, ὡς καὶ αὐτὸν σχηματοποιοῦντα κατὰ τὸν εἰς τὰς θηλείας σχηματι-

σμόν. vbi geſtum denotat et figuram, ad quam ſe componit equus erga equam; Sed interpretes, ſecundum meam quidem ſententiam, male ibi ſubſtituere conati ſunt καλλωπισμόν.

7. θέσεις) Nogar. *ſitus.* Vizzan. in Verſ. *poſitiones.* cf. Ariſtot. Phyſ. I, t. 41. θέσει, ὡς ἄνω, κάτω, πρόσθεν, ὄπισθεν· σχήματι γεγωνιωμένον, ἀγώνιον εὐθὺ, περιφερές. cf. not. 4. Quod addit: ταχύτητες πρὸς ἄλληλα, nihil aliud videtur eſſe, quam: variae celeritates, quas varias eſſe intelligimus, quum inter ſe eas comparamus. Vizzanii voculae in Paraphraſi: *mutuae celeritates,* non poſſunt intelligi.

8. χρόνων περίοδοι) Temporum circuitus. Videtur temporis in ſe remeantis orbem et partes intelligere, tempus enim ipſum infinitum eſſe ſtatuit. cf. I, §. 15.

9. καὶ μείωσιν) Haec vocula olim mihi nouitatis nomine ſuſpecta fuit, nam e ſolis ſcriptoribus recentioribus eam annotaueram. velut ex Hori Apollin. Hieroglyphicis. §. 2. τὸ πάντα, ὅσα ἐκ τῆς θείας προνοίας ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται, ταῦτα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν. e Strabon. Lib. I. pag. 11. B. Almel. τῶν αὐξήσεων καὶ μειώσεων. cf. Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. Ὀνομ. pag. 11. fin. Steph. et apud Cleomedem in κυκλικῇ θεωρίᾳ nihil fere hoc vocabulo frequentius eſt. Sed videtur non ſolum Chryſippus hac vocula vſus fuiſſe; vide Stobaeum Eclog. Phyſ. pag. 29. l. 54. verum inueni eandem quoque apud ipſum Ariſtotelem de Gen. et Corr. I, t. 31.

10. κατὰ τὴν — διέξοδον.) γεννητὴ φύσις. cf. I, 3. opponitur iis, quae ſunt in parte Mundi mutationibus haud obnoxia. c. II, §. 1. 2. de vocula διέξοδος vid. I, 4. n. 5. Quod autem ad ipſam ſententiam attinet, multa poſſunt afferri philoſophorum loca, vbi idem dicitur. Seneca Epiſt. 59. *Mundus quoque, aeterna res et inuicta, mutatur, nec idem manet. Quamuis enim*

omnia in ſe habeat, quae habuit, aliter habet, *quam habuit; ordinem mutat.* Vid. etiam Gataker. ad Antonin. IV, 3. pag. 97. 98. VII. §. 25. pag. 216. et Manilium Aſtronom. I. vſ. 523. ſqq. a Vizzanio allatum:

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt terrae vertentibus annis
Exutas variam faciem per ſecula gentes.
At manet incolumis mundus, ſuaque omnia ſeruat;
Quae nec longa dies auget, minuitque ſenectus,
Nec motus puncto currit, curſusque fatigat:
Idem ſemper erit, quoniam ſemper fuit idem;
Non alium videre patres, aliumue nepotes
Adſpicient. — —

Digna eſt etiam, quae legatur, elegans a D'Argenſio exhibita huius ſententiae expoſitio. pag. 12. ſqq. edit. Francogall.

11. παρέπεται) Nogarola h. l. vertit: *ac quae maiora quidem et potentiora fuerint, ſtatum ipſum propter vigorem: quae autem minora deterioraque ſunt, interitum prae imbecillitate conſequi ſolent.* Battaeſius vero: *Car ce qui a vne fois commencé à s'accroître et à s'améliorer, ſe porte par ſa vigeur à ſa perfection propre; et ce qui s'affoiblit et decroît, ſe porte auſſi à ſa deſtruction, par ſon propre affoibliſſement.* παρέπεσθαι omnino denotat *ſequi;* et dicitur de iis, qui attentionem adhibent, et cogitatione aliquid ſequuntur, conf. Plato Phaedone. T. I. pag. 202. Bip. προὔτρεψε πρὸς τὸ παρέπεσθαί τε καὶ ξυνσκοπεῖν τὸν λόγον. Haec ſignificatio nihil ad noſtrum locum facit. Deinde παρέπεσθαι adhibetur *de euentorum conſequentia*, vt loquitur Cicero de Diuin. I, 56. velut Ariſtot. Topic. III. c. 2. p. 292. F. ὁρᾷν ἀπὸ τῶν παρεπομένων· ᾧ γὰρ ἕπεται μεῖζον ἀγαθὸν, τοῦθ᾽ αἱρετώτερον. ἐὰν δ᾽ ᾖ τὰ ἑπόμενα κακὰ, ᾧ τὸ ἔλαττον ἀκολουθεῖ κακὸν, τοῦθ᾽ αἱρετώτερον. Tum eadem vocula dicitur de aliis rebus, quae etiam ſine reſpectu ad temporis et

caufarum confecutionem coniuncta et copulata funt. cf. Ariftot. Topic. IV. c. 4. pag. 319. C. τὸ παρεπόμενόν τινι ἀεὶ, καὶ μὴ ἀντιςρέφον, vbi exempli loco haec: οἷον τῇ νηνεμίᾳ ἡ ἠρεμία, καὶ τῷ ἀριθμῷ τὸ διαίρετον· quare dicitur de genere, quod femper formis (fpeciebus) *ineft.* Topic. V. c. 1. p. 320. D. fq. ὃ κατά τινα χρόνον ἀληθεύεται, καὶ μὴ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ παρέπεται, καθάπερ τοῦ τινος ἀνθρώπου, τὸ περιπατεῖν ἐν ἀγορᾷ. itaque adhibetur de eo, quod femper alicui rei *adeft.* Iamblich. de Vita Pythag. c. 20. §. 94. ἐσκόπει πρῶτον μὲν, εἰ δύνανται ταχέως καὶ σαφῶς παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις· ἔπειτα, εἰ παρέπεταί τις αὐτοῖς ἀγάπησις καὶ σωφροσύνη πρὸς τὰ διδασκόμενα. igitur de accidentibus, quae *infunt.* Alexander Aphrodif. Lib. 1. Probl. (quod vnicum exemplum Stephan. attulit in Thef.) τοῖς οὐροῦσι παρέπεται πολλάκις καὶ φῦσαν ἐκκρίνειν. vbi dicitur de eo, quod alicui *accidit feu euenit* m). Cicero autem hanc voculam in mente habuiffe videtur, quum Tufc. Qu. V. c. 24. fcriberet: *tardis enim mentibus virtus non facile comitatur,* et ibid. Lib. V. c. 35. *ceteraque, quae comitantur huic vitae.* Locus nofter igitur verti poteft: *vigori enim propter vim maiora et meliora comitantur, fed corruptioni propter infirmitatem minora et deteriora;* fenfus autem eius hic mihi effe videtur: Omnes res adhuc enarratae, augentur et minuuntur, fecundum progreffum, qui fupra in omni re mutationibus obnoxia obferuatus eft, i. e. oriuntur, ad ἀκμὴν perueniunt, et rurfus ad interitum funt pronae; maiora et meliora funt ἐν ἀκμῇ, minora et deteriora funt ἐν φθίσει. Non dubito equidem, quin dicendi genus inufitatum dicatur a multis, quum auctor potius fcribere debuiffet: ἡ μὲν γὰρ ἀκμὴ τοῖς μείζοσι καὶ τοῖς βελτίοσι παρέπεται etc. Sed haec Hypallage minus dura videbitur, fi fumamus Ocellum ftatuiffe: maiora et meliora propter μίμησιν quandam τῆς ἀκμῆς maiora et meliora effe, (cf. Ariftot. Met. I, 6.

m) Difficile dictu eft, quid haec vocula fibi velit apud Platonem Theaetet. T. II. p. 142. Bip. Ποτέρων οὖν τίθης τὴν οὐσίαν; τοῦτο γὰρ μάλιςα ἐπὶ πάντων παρέπεται.

pag. 1236. B.) i. e. ἀκμὴν ipſam non a rebus ipſis pendere, et tanquam accidens iis ineſſe, ſed potius ἀκμὴν, ideam, omnino in cauſſa eſſe, cur res fiant maiores etc. Sed hoc non admodum defenderem. — In hac autem paragrapho explicanda in alia omnia abiit Vizzanius, malo ſectionum ordine, vt videtur, deceptus. Quamuis enim ab initio proponeret eam explicationem, ſecundum quam hic textus mutationum et ortus et interitus documenta exhibet, quamque reliqui interpretes amplexi ſunt omnes: tamen poſtea aliam etiam propoſuit, ſecundum quam his in verbis nouum inueniatur, ad probandam Vniuerſi perennitatem, ratiocinium. Cum ſpecie quidem veri haec ita poſſunt effici, ſi quis ad ſolam conſtantiam et ordinem in rebus, mutationibus obnoxiis, cum Vizzanio reſpiciat *n*). Sed haec talia vt ſophiſtice concluduntur, ita aperte ſunt contra Ocelli mentem et enunciata ſatis perſpicua.

n) Copioſior eſt haec Vizzanii diſputatio, quam vt adferri a me poſſit, et obſcurior, quam vt libenter legatur. Ea tantum adiiciam, quae ad intelligenda verba mea faciunt. pag. 34. ita: „*haec vero ſingula* [ordo, figura, velocitatis et tarditatis motuum proportio etc.] *nulli obnoxia in Vniuerſo vigent mutationi*, (*ſubdat lector*) *et longaevis quibuslibet inconcuſſa temporibus, nullis vrgentur caſibus, vel rerum premuntur viciſſitudinibus,* — *immutabilis enim ordo in eo eluceſcit, dum in ſua perenni inconſtantia et motu quodammodo immobili, aeternam vbique ſeruat inconſtantiam; easdem coeleſtium ſemper motuum proportiones; eadem, viginti quatuor horarum ſpatio celeritate totum orbem circumagi; eodem ſemper orbes ab invicem, et ab ipſa tellure diſtantes interuallo; iisdem res ipſas ſemper ditatas facultatibus, ac numerum ſemper eundem, et ambitum temporum in rebus quibuslibet certiſſime intuemur, ſeu errantium motus ſiderum, ſiue recurrentes ſtatis temporibus dierum ac noctium longitudines, ſiue geſtandorum in vtero foetuum, progignendaeque proli aptas conſtitutas in animantibus aetates, ſeu tandem quodcunque aliud vel leuiſſimum naturae opus attente velimus aſpicere. etc.* Concedo quidem, in rebus ab Ocello allatis aeternitatis ſeu perennitatis reperiri poſſe veſtigia, ſed adiecta vocabula πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα etc. me impediunt, quominus Ocellum de iis cogitaſſe ſtatuam.

§. 5.

1. Quum auctor §. 4. affirmaſſet, in omnibus rebus mutationibus obnoxiis γένεσιν, ἀκμὴν et τελευτὴν reperiri; quumque hanc ſententiam ſingularum rerum conſideratione et inductione magis confirmare (§. 6.) ſtuduiſſet: nunc omnia iſta mutationis, generationis et interitus, documenta et indicia in Vniuerſo reperiri, et propterea ortum et interitum in Vniuerſum cadere negat. Voculae autem τὸ δέ γε Ὅλον καὶ τὸ Πᾶν etc. oppoſitae ſunt et reſpondent verbis §. 6. Πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα etc. et τεκμήριον τοιοῦτον, ſc. quale nobis ſingulae partes exhibent.

2. *παρέχεται τεκμ.*) Quum παρέχεσθαι in Medio proprie ſit: *ſe praebere*, poſſet id noſtro loco pro Paſſiuo haberi; verba vero ipſa tali modo poſſent diſtingui: τὸ δέ γε Ὅλον καὶ τὸ Πᾶν, οὐδὲν etc. *quod ad Vniuerſum attinet, nullum nobis exhibetur ex ipſo tale indicium.* Sed non eſt, cur ad contortam rationem confugiamus. Nam quod Kuſterus dicit de Verb. Med. I, 49. pag. 59. Fiſch. „*alia ſunt loquendi genera, in quibus τὸ παρέχομαι non eſt Verbum vere Medium, ſed potius Medio- Actiuum* o), id praeter exempla, e Xenophontis Hierone et Plutarcho de Aud. Poët. a Kuſtero allata, probari poteſt multis auctorum probatiſſimorum locis. Plato Phaedon. c. 59. pag. 464. Καὶ γὰρ αὐτὰ ταῦτα τὰ κοῖλα αὐτῆς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἔμπλεα ὄντα, χρώματός τι εἶδος παρέχεσθαι, στίλβοντα ἐν τῇ τῶν ἄλλων χρωμάτων ποικιλίᾳ. Ioſeph. Ant. IV. pag. 129. C. Genev. καὶ ὁ θεὸς εὐμενὴς ἀστασίαστον αὐτῆς τὸν κόσμον παρέξεται: quid, quod ἑαυτὸν additur, quando *ſe praebere* denotat. vid. Plutarch. de Educ. VI, 21. Φιλοσόφῳ δὲ ὁμιλήσαντες οὗτοι, οὐ τοῖς ἴσοις πράγμασιν ἑαυτοὺς ἂν καταπαθεῖς παρέσχοντο. Inprimis vero frequenter occurrit formula τεκμήρια παρέχεσθαι. Plato

o) Cf. omnino praeter Kuſterum l. l. Ioh. Cleric. diſſert. de Verb. Med. pag. 143. n. 38. et Dreſig. de Verb. Med. N. Teſt. I, 100. pag. 368. edit. Fiſch.

Apol. Socr. T. I. pag. 74. Bip. Parmenide. pag. 74. Tom. X. Sympoſ. pag. 179. T. X. Ἄλκηςις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται. al. Quae quum ita ſint, non potui, quin ἐξ αὑτοῦ darem pro ἐξ αὐτοῦ, quod in ceteris legitur; neque enim hoc loco *ex eo*, ſed *ex ſe* requiritur.

3. κατὰ τ' αὐτὸ καὶ ὡσαύτως) Apud Ariſtotelem haec probe ſunt inter ſe diſtinguenda. cf. Sophiſt. Elench. I, c. 4. pag. 405. B. καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. cf. c. 7. pag. 411. B. Sed apud Ocellum nulla quaerenda eſt differentia; vt nec apud Platonem in Phaedon. c. 25. ἅπερ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει, ad quem locum Fiſcherus. n. 10. pag. 326.: „apertiſſimum eſt κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡς. ἔχ. vnum idemque valere — Scilicet κ. τ. κ. ὡς. ἔχειν eſt *eodem modo ſe habere*, h. e. *non mutari*, nam primo paullo poſt ſimpliciter eſt κατὰ ταὐτὰ et c. 26. ὡσαύτως, et opponitur vtrique formulae ἄλλως." conferantur etiam reliquae Viri doctiſſimi rationes, et omnino videndus Platonis iſte locus. Occurrit autem haec formula tum alibi, tum inprimis in Timaeo T. IX. pag. 302. 303. nec praetermittendum eſt, quod habet Iamblichus de Vita Pythag. c. 12. ſect. 59. καὶ σοφία μὲν ἡ τῷ ὄντι ἐπιςήμη τις, ἡ περὶ τὰ καλὰ πρῶτα, καὶ θεῖα, καὶ ἀκήρατα, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀσχολουμένη p). Formula autem haec minime a Platone eſt excogitata. cf. Herodot. II, 20. εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους πόταμοὺς, ὅσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι ῥέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Νείλῳ.

4. διατελεῖ) Haec vocula apud Noſtrum non amplius legitur, aliis locis eodem ſignificatu dixit: μένει, σώζεται.

5. ἴσον

p) Has Iamblichi ſectiones Meinerſius Geſch. der Wiſſ. Gr. u. Roms. T. I. p. 276. ab Heraclide Pontico repetit. Equidem putauerim, in hoc Iamblichi loco Eleaticum eſſe colorem.

5. *ἴσον καὶ ὅμοιον*) Quamuis me non fugiat discrimen, ab Ariſtotele Categor. *περὶ ποσοῦ* pag. 29. inter has voculas conſtitutum: *τῶν δὲ λοιπῶν, ὅσα μή ἐστι ποσὰ, οὐ πάνυ ἂν δόξαιεν ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι· οἷον ἡ διάθεσις ἴση τε καὶ ἄνισος οὐ πάνυ λέγεται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅμοια καὶ ἀνόμοια· καὶ τὸ λευκὸν ἴσόν τε καὶ ἄνισον οὐ πάνυ, ἀλλὰ μᾶλλον ὅμοιον [ἢ ἀνόμοιον] ὥστε τοῦ ποσοῦ μάλιστα ἂν εἴη ἴδιον τὸ ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι*, aut ſi cui infirma videatur huius libelli auctoritas, Metaph. V. c. 15. pag. 1298. C. *ταὐτὰ μὲν γάρ, ὧν μία ἡ οὐσία· ὅμοια δ᾽ ὧν ποιότης μία· ἴσα δέ, ὧν τὸ ποσὸν ἕν*: tamen easdem hic ſynonymice adhibitas non dubito affirmare. cf. I, 15. Si quis differentiam, ab Ariſtotele fortaſſe primo diſtincte propoſitam, ad Ocellum transferre velit; ſenſus foret: manet ſemper idem et quantitate et qualitate. Sed hoc improbo; ex probationum enim imbecillitate et obſcuritate intelligimus, auctorem ad diſtinctas eiusmodi notiones nondum perueniſſe; neque fragmentum ſeptimum ſupra allatum me ab hac ſententia potuit reuocare. Ceterum in hanc ſententiam conferri poterit locus Pythagoreus ex aureis carminibus. vſ. 49 - 54. apud Iambl. Comment. Pythag. c. 3. pag. 6. Arcerii.

— — *τούτων δὲ κρατήσας*
Γνώσεαι ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.
Γνώσῃ δ᾽ ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ᾽ ἐλπίζειν μήτε τι λήθειν.

Deinde quae habentur in libello Ariſtot. de Xenoph. Zen. (rectius Meliſſo Xenoph.) et Gorg. c. 1. *οὔτε πολλὰ εἶναι τὸ ὄν, ἀλλ᾽ ἀΐδιόν τε καὶ ἄπειρον καὶ πάντῃ ὅμοιον αὐτὸ αὑτῷ.*

Pertinet huc quoque Battaeſii annotatio: Nous obſervons, en paſſant, qu'on trouve dans l'article 5 tous les termes corrélatifs qui rempliſſent *le Parménide* de Platon: l'Vnivers eſt un, *ἕν*; il eſt tout, *πᾶν, ὅλον·* il eſt dans le même, *κατὰ τ᾽ αὐτὸ*, de la même manière,

ὡσαύτως, égal à lui-même, ἴσον, et ſemblable encore à lui même, ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ. On peut, ſur ces mots, élever toutes les ſubtilités ſophiſtiques dont le Parménide est tiſſu d'un bout à l'autre.

§. 7.

Tandem nobis, methodo haud optima, aperit Ocellus, quid τοῦ Ὅλου καὶ Παντὸς vocabulo indicare voluerit. Vizzanius in hac paragr. ipſi quidem ſexta inſcripſit: *Vniuerſi natura et nomen explicantur.*

1. Τὸ δέ γε Ὅλον — κόσμον) De vocabulo κόσμος omnino agere, non eſt huius loci. cf. Gataker ad Antonin. V, 1. pag. 139. Menag. ad Laërt. lib. VII. Sect. 137. 138. pag. 313 et 314. Tom. II. Sed variae mundi definitiones deinceps videndae ſunt. Ariſtoteles igitur de Coelo. I, c. X. t. 107. (Vizz.) ἡ δὲ τοῦ ὅλου σύστασίς ἐστι κόσμος καὶ οὐρανός. Auctor libri de Mundo. c. 2. initio: Κόσμος μὲν οὖν ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων q): λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος, ἡ τῶν Ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. Euſtath. ad Iliad. α, 16. Κόσμος γὰρ ἡ τάξις — ἀφ' οὗ καὶ ὁ πάντων περιεκτικὸς κόσμος, ὃν εὐτάκτως ἡ πρόνοια ἔταξεν. Philo Iud. περὶ ἀφθαρσ. κόσμ. pag. 727. D. Colon. λέγεται τοίνυν ὁ κόσμος, καθ' ἓν μὲν πρῶτον [lege: καθ' ἕνα μὲν τρόπον pro πρῶτον, quod Sphalma videtur] σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων κατὰ περιοχὴν γῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ζώων καὶ φυτῶν, καθ' ἕτερον δὲ μόνος οὐρανός· εἰς ὃν ἀπιδὼν Ἀναξαγόρας, πρὸς τὸν πυνθανόμενον, ἧς ἕνεκα αἰτίας τὰ πολλὰ παρᾶται διανυκτερεύειν ὕπαιθρος, ἀπεκρίνατο, τοῦ τὸν κόσμον θεάσασθαι, τὰς χορείας

q) Eandem fere Mundi definitionem Chryſippo tribuit Stobaeus Eclog. Phyſ. pag. 48. lin. 6. ſqq. σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων· ἢ τὸ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων σύστημα καὶ ἐκ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων. cf. ſeq.

καὶ περιφορὰς τῶν ἀςέρων αἰνιττόμενος· κατὰ δὲ τρίτον, ὡς δοκεῖ τοῖς Στωϊκοῖς, διήκουσα ἄχρι τῆς ἐκπυρώσεως οὐσία τις ἢ διακεκοσμημένη, ἢ ἀδιακόσμητος, ἧς τῆς κινήσεως φασιν εἶναι τὸν χρόνον διάςημα. Cleomedes in κυκλικῇ θεωρίᾳ ab initio: κόσμος ἐςὶ σύςημα ἐξ ἐρανȣ καὶ τῶν ἐν τȣτῳ φύσεων. Ita nimirum exhibet Cod. Viteberg. Sed Georg. Valla in Verſione: ex coelo, *terraque*, nec non naturis, quae *eis* comprehenduntur. Crito ſiue Damippus in Libro de prudentia apud Stob. Serm. p. 43. συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φύσιων, τᾶς τε αεικινάτω φύσιος καὶ τᾶς αεπαθέως, κόσμος ἐντί. Cf. etiam mira effata Secundi in ſententiis. pag. 635. Gale in Opuſc. Myth. etc. et Antonini, ad ſe ipſum, paſſim. Timaeus Locr. I, 7. ἐποίησεν ὦν [ὁ θεὸς] τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, ὅρον αὐτὸν κατασκευάξας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος, διὰ τὸ πάντα τ᾽ ἄλλα ἐν αὐτῷ περιέχεν, ἕνα, μονογενῆ, τέλεον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν· — καὶ σφαιροειδὲς σῶμα. Fere non eſt, cur moneam, ab hac Timaei expoſitione valde diuerſam eſſe Ocelli enunciationem; facile enim apparet, multo magis definitam eſſe iſtam. Nam non ſolum Deum, tanquam auctorem, a Mundo ſeparauit, verum etiam in eo, quod dixit ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, haud dubie reſpexit ad diſputationes philoſophorum hac de re ortas. vide quae deinceps dicenda ſunt not. 2. Ocellus vero παχυλῶς complexum omnium omnino rerum, ad quem diuina etiam vis et natura pertineat, mundum nominauit. Sed a quonam philoſopho haec voculae κόσμος ſignificatio repetenda eſt? Vizzanius hac de re ita pag. 37. „Mundum vero iure σύμπαντα κόσμον obſeruat ideo nuncupatum, quia ſingulis entium ſpeciebus κοσμηθεὶς et miro ordine decoratus appareat. in hoc Pythagorae inſiſtens veſtigiis, qui primus hunc ambitum, quo cuncta includuntur, κόσμον nuncupauit ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως (*ex eo, qui in ipſo, ordine*) quatenus ſcilicet in eo omnis natura mirabili nexu cohaeret, vt omnium inde entium perfecta et abſoluta emanet congeries, dum nihil extra ipſum accipere contingat; etc. Plutarch. de Decret. Philoſ. II, 1." Idem affirmauit Stobaeus Ecl. Phyſ.

pag. 18. l. 57. *r*) Anonym. de Vita Pythag apud Photium Cod. 254. pag. 62. edit. Kusteri. Ὅτι πρῶτος Πυθαγόρας οὐρανὸν κόσμον προσηγόρευσε, διὰ τὸ τέλειον εἶναι καὶ πᾶσι κεκοσμῆσθαι τοῖς τε ζώοις, καὶ τοῖς καλοῖς. Scholiast. Homeri. Iliad. γ, 1. pag. 58. edit. Micylli et Camerarii: κόσμηθεν· διετάχθησαν, ἐκοσμήθησαν· ὁ τρόπος μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ κόσμου, ὅθεν καὶ ἡ τοῦ κόσμου τάξις κόσμος ὑπὸ Πυθαγόρου εἴρηται. cf. Diogen. Laërt. VIII, Sect. 48. e Phauorino et quem ibi Casaubonus attulit Galenum *s*),

Quodsi quis omnia haec reiiciat testimonia: tamen hoc certo affirmari potest, hunc voculae vsum satis antiquum esse. Xenoph. Mem. Soc. IV, 3, 13. ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων. Plato. Gorg. pag. 132. T. IV. φασὶ δὲ αἱ σοφοὶ — καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν, οὐδὲ ἀκολασίαν. Xenoph. Mem. I, 1, 11. ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔφυ *t*). Plutarchus etiam, aut quisquis librum de decretis philosophorum physicis composuit, Lib. I. c. 3. §. 3. adhibet hoc vocabulum, in exponenda Thaletis sententia de principiis, et §. 5. pag. 6. Ed. Beck. διὸ καὶ γεννᾶσθαι ἀπείρους κόσμους etc. vbi de Anaximandri decreto sermo est. Sed quaeritur, vtrum hi philosophi ipsi hac voce vsi fuerint, an auctor placita eorum suis ipsius verbis, quod solet, proposuerit. Eadem vocula Cap. V. saepius legitur de Empedocle, Stoicis, Platone, Metrodoro; quos quidem suspicor idem vocabulum vsurpasse, quum sit controuersia de verbis fere et appellatione. Ceterum διάκοσμον dixit

r) Totus hic locus ita est comparatus, vt harum rerum peritis facile appareat, quaecunque a philosophis, Pythagoreorum nomine vocatis, affirmata sunt, ea Pythagorae ipsi male quidem tributa esse.

s) cf. Stanleius Hist. Philos. P. VIII. Sect. IV. c. 2 et 3. p. 771. Weidleri Histor. Astron. C. V. §. 15. p. 88. cf. not. 5. ad Phurnut. pag. 140. Galei. Opusc. Myth. etc.

t) Hoc loco non dicitur, Sophistas *primos* mundo nomen κόσμου dedisse, quod inde conclusit Meiners Gesch. der Wiss. Gr. und R. T. II. pag. 175. n. **. deinde dubium est, quam late ibi σοφιστοῦ nomen pateat.

iam Parmenides. Fragm. vſ. 114. et Democritus. cf. Laërt. IX. 39. et 41.

2. Διὰ γὰρ τῦτο — κοσμηθὰς) Sumit auctor h. l. ex omnibus omnino rebus Mundum eſſe compoſitum, fortaſſe quia iſto tempore nondum ea de re diſputabatur. Exortae autem ſunt hac de re multae philoſophorum concertationes et ſententiae variae, velut Plutarch. de Decret. Philoſ. I, 5, 1. Ἐμπεδοκλῆς δὲ κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλ᾽ ὀλίγον τι τῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν ὕλην. quem locum deſcripſit Stobaeus. Ecl. phyſ. pag. 52. lin. 20. ſqq. alii vero aliter: vid. Stob. l. l. Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἔκφαντος, Παρμενίδης, Μέλισσος, Ἡράκλειτος, Ἀναξαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ζήνων, ἕνα τὸν κόσμον· Ἀναξίμανδρος, Ἀναξιμένης, Ἀρχέλαος, Ξενοφάνης, Διογένης, Λεύκιππος, Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κατὰ πᾶσαν περιαγωγήν. Sed haec cum grano ſalis accipienda ſunt; videtur enim Stobaeus miſcuiſſe eos, qui diſerte hoc affirmauerunt, cum iis, ex quorum enunciationibus hoc potuit cogitando et concludendo quodammodo effici. Multo rectius Plato in Sophiſta. T. II. pag. 252. τὸ δὲ παρ᾽ ἡμῶν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις· pergit Plato, de Empedocle ſine dubio.

3. κοσμηθὰς) Quaeritur, num haec talis ex originatione argumentatio recentiorem aetatem ſapiat? Verum eſt, recentiores ſcriptores, in primis Stoicos, multos fuiſſe in eiusmodi notationibus explicandis et fingendis; annotaui etiam e Phurnuto de Nat. Deor. c. I, p. 139. Gal. in Opuſc. ὁ οὐρανὸς διὰ τοῦτο ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας, οὖρος ὢν ἄνω πάντων, καὶ ὁρίζων τὴν φύσιν. et pag. ſq. de nomine κόσμος iisdem fere verbis, quae apud Ocellum habentur. His tamen non obſtantibus affirmo, morem hunc ſatis antiquum eſſe. Nolo iam prouocare ad Platonis Cratylum, in quo multas, et eas quidem ſaepe nimis longe repetitas, inuenimus originationes; quum apud Herodotum iam talia repe-

riantur. cf. Lib. II. c. 52. de Pelasgis: θεοὺς δὲ προσωνόμασαν σφέας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. quid, quod iam apud Homerum nominis redditur ratio et caussa affertur Iliad. ν, 138 · 141. quae autem de vocabulo κόσμος antea disputaui et attuli, fortasse persuadebunt, ne Pythagoram quidem ab hoc more fuisse alienum.

4. αὐτοτελὲς καὶ τέλειον) αὐτοτελὲς, quod a τέλειον non multum videtur differre, nisi forte hoc, partes omnes inesse, illud vero, Vniuersum a nulla re pendere, indicet, explicatur ab ipso auctore: ἐκτὸς γὰρ τοῦ Παντὸς οὐδέν, i. e. omnes eius partes adsunt; nihil est, quod extra Vniuersum reperiatur, ideoque a nulla re alia pendere potest. cf. §. 8. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, vbi opponitur: ἀλλ᾽ ἐπιδεῖ καὶ τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. Significat igitur: quod per se, sine alius ope subsistit u). cf. §. 9. vbi αὐτοτέλεια non solum mundo seu Vniuerso, verum etiam rebus, quae sunt in Vniuerso, tribuitur. Intelligimus autem ex horum locorum comparatione, primo quidem, distinguendum esse inter absolutam αὐτοτέλειαν, quae Vniuerso tribuenda sit, et deriuatam quandam, quae in rebus singulis deprehendatur, et ab Vniuerso repetenda sit; deinde vero, quum altera ista αὐτοτέλεια tam sit diuersa a priore, vt omnino nomen fere solum sit sine subiecta notione, auctorem ne haec quidem distincte percepisse et cogitauisse.

5. ἐκτὸς γὰρ — πάντα ἔχει) De hac sententia cf. Aristot. de Coelo. II, c. 1. t. 1 et 2. vbi ἀρχαῖον

u) Nimirum hoc loco: nam simpliciter positum latius patet. cf. Aristot. Topic. I, 4. pag. 260. C. ὁ δὲ δεύτερος [ὅρος] αὐτοτελής ἐστι πρὸς τὸ γνωρίζειν, τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον καθ᾽ αὐτό. vbi denotat, quod per se intelligitur et non requirit cognitionem, quae antecedat, vbi non necessarium est προειδέναι τι. vid. Oppos. Voculam αὐτοτελὲς fortasse reddidit Seneca. epist. 66. *Illud vero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum et consummatum opus caussam esse: multum enim interest inter opus et causam operis.*

λόγον vocat, ὡς ἐστιν ἀθάνατόν τι καὶ θεῖον τῶν ἐχόντων μὲν κίνησιν, ἐχόντων μέντοι τοιαύτην, ὥστε μηδὲν εἶναι πέρας αὐτῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ταύτην τῶν ἄλλων πέρας. et Phyſic. IV, t. 45. παρὰ δὲ τὸ Πᾶν καὶ Ὅλον οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ Παντός. Cleomedes κυκλ. θεωρ. ab initio, οὗτος δὲ πάντα μὲν τὰ σώματα ἐμπεριέχει, οὐδενὸς ἁπλῶς ἐκτὸς αὐτοῦ ὑπάρχοντος. Nec poſſum, quin elegantem Ciceronis locum apponam, de Orat. III, 5. §. 20. „Ac mihi quidem *veteres illi* maius quiddam animo complexi, multo plus etiam vidiſſe videntur, quam quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt: qui omnia haec, quae ſupra et ſubter, vnum eſſe, et vna vi atque vna conſenſione naturae conſtricta eſſe dixerunt. Nullum eſt enim genus rerum, quod aut auulſum a ceteris per ſe ipſum conſtare *x*), aut quo cetera ſi careant, vim ſuam atque aeternitatem conſeruare poſſint.“ Vizzan. autem pag. 38. „hanc totius naturam perpendiſſe videtur Ariſtoteles, indeque Phyſ. 3, 63. et Met. 5, 31. ſumſiſſe definitionem, quod ſcilicet totum ſit, cuius nullam partem extra ipſum poſſumus reperire: omnia quinimo hic tradita peripatetica eſſe quam certiſſime licet aſſerere; Vniuerſi ſiquidem inde nomen deductum, quod omnia complectatur, et Ariſtoteles obſeruauit, I. Coeli t. 4. vbi τὸ Πᾶν dicebat τέλειον ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ καθάπερ τοὔνομα σημαίνει, πάντῃ, καὶ μὴ τῇ μέν, τῇ δὲ μή. nullumque vlterius ens extra Vniuerſi ambitum collocari, et ipſe quoque Ariſtoteles eſt abunde profeſſus, qui quum docuiſſet, coelum, praecipue pro externa coeleſtium corporum ſuperficie reliqua ambiente aſſumendum, nullum extra ipſum corpus occurrere ſubdidit 1 Coeli 97. imo nullum nec etiam locum, vacuum, vel tempus extra ipſum adeſſe, ibid. 99. profitetur, quod etiam ſenſiſſe videtur Plato

x) Expreſſa fere haec videntur e Libro de Mundo. c. 6. οὐδεμία δὲ φύσις, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. Sed vt magna ſimilitudo appareat, totus iſte locus eſt perlegendus et comparandus.

in Timaeo *y*), quo loci mundum quoddam eſſe animal quum profiteretur, ex vniuerſo igne, aëre, aqua ac terra dicebat compactum, nullamque horum partem extrinſecus relictam, vt maxime perfectum animal e perfectis partibus conſtitueretur, nullo quinimo extraneo frigore, vel calore ad ſenectutem, vel morbum poſſet impelli: ideoque oculos ipſi Deum non contuliſſe, eo quia nil extra ipſum reliquiſſet, quod adſpectui occurreret, auresque denegaſſe, quum nil extra ſupereſſet, quod auditum afficeret, nullaque illi membra, per quae noua ſuſciperet alimenta, vel cibi emitteret excrementa, aſſignaſſe, eo quia nil ipſi accedere, vel ab eodem decedere poſſe videbatur, vniverſam quinimo fere ad verbum, qua mundum hic Ocellus deſcripſit, rationem, hinc videtur accepiſſe auctor libri de mundo cap. 2. vſus et ipſe voce *σύϛημα*, dum ibi dixit, mundum eſſe *σύϛημα ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τȣ́τοις περιεχομένων φύσεων.*" Hactenus Vizzanius.

6. Τὰ *μὲν ὡς μέρη — ἐπιγεννήματα*) Vizzan. pag. 38. „Ita partes velim accipi, quod nedum eas, quibus primo conſtituitur Vniuerſum, coelum ſcilicet ac elementa, lubeat aſſumere, verum etiam ſubſtantias ex his prodeuntes, dum ad has etiam nomen partis quodammodo auctor diffuderit. c. 3. t. 1 et 2. additamenti vero nomen crediderim Ocellum accidentibus adſcripſiſſe, iisque praeterea entibus, quae a perfecto parumper naturae deſciſcunt ordine, ad meteorologiam reiecta a Philoſopho *Meteor.* 1. c. 1." et poſtea interiecto loco, quem nota antecedente exhibui, pag. 39. pergit: „eam tandem ſectionem rerum, quae in Mundo continentur, a Peripato non abhorrere aſſerendum. Ariſtoteles enim in libris de coelo, praecipuas Vniuerſi partes dum contemplaretur, 3. *coeli* t. 1. perquirendas primo dixit ſubſtantias, opera, et paſſiones illarum, ac inde ſubſtantiarum nomine ſimplicia cor-

y) Cf. omnino Timaeum. pag. 306 ſqq. Tom. IX. Bipont.

pora, entia ex iis vlterius conſtituta, coelum, ac eius partes, animalia, plantas, ac earum partes exprimi docuit: paſſiones vero, et opera ſtatuit complecti, eorum entium motus ab elementis praecipue prouenientes, aliaque huiusmodi, quare quum omnibus illis nomen partis *cap.* 3. t. 1. tribuat Ocellus, cur additamenti voce accidentia, ac meteora, quae κατὰ φύσιν ἀτακτοτέραν. *meteor.* 1. *cap.* 1. eueniunt, negabimus expreſſa fuiſſe?" Sed in his Ariſtotelis lectio mihi videtur doctum virum impediuiſſe, quominus omnem huius voculae vim adſequeretur, immo vero ἐπιγεννήματα eadem intelliguntur, quae §pho 14. ἐπιγινόμενα vocantur, nimirum omnia, quae deinceps naſcuntur, et oriuntur, quo in genere non tantum accidentia ſunt et meteora, verum etiam homines, animalia, plantae et reliqua eiusmodi; partes vero vocauit auctor, quae durant et permanent, in quorum locum igitur nouae res non ſubſtituuntur. Ceterum voculam ἐπιγεννήματα Meinerſius, Vir Illuſtr. Geſch. d. Wiſſ. Griech. u. Roms. T. I. pag. 585. recentioribus voculis annumerauit, quippe quae a Stoicis, et vt veriſimile ſit, primum a Chryſippo tali ſignificatione adhibita ſit; ego vero, quamuis magna ſit apud me doctiſſimi viri auctoritas, nullam tamen video huius affirmationis rationem probabilem. Primo enim apud Stoicos plane alius eſt huius vocabuli vſus, vid. Diog. Laërt. VII, Sect. 86. Seneca. Epiſt. 67. *omnia alia non partes, ſed acceſſiones ſunt;* deinde nemo facile ſerio et cum quadam animi perſuaſione affirmabit, vocabuli huius originem a Chryſippo eſſe repetendam. Exemplum quidem ipſius vocabuli e vetere auctore petitum non annotaui; ſed ἐπιγίγνεσθαι ſaepiſſime occurrere ſcio. Herodot. II, 49. III, 65. Xenoph. Mem. Socr. IV, 8, 10. Cyrop. VIII, 7, 23. Ariſtot. Phyſ. VIII, t. 47. Metaph. I, 6. init. VII, c. 10. pag. 1324. E. 1327. A. Ceterum cf. Clariſſ. Bardili, *Epochen der vorzügl. philoſ. Begriffe*. pag. 189. qui ſententiam iſtam iam bene refutauit.

§. 8.

1. Vizzanius inſcripſit: *quaecunque fiunt in Vniverſo, ipſum intuentur;* et in Commentario, ab initio: „Vniuerſum aeternum eſſe alia edocturus ratione Ocellus, in hoc contextu diſcrimen, quod inter Vniverſum, ac eius partes vigere obſeruat, nobis aſſignat: vt inde ſcilicet, iam expreſſa Vniuerſi praeſtantia, ex hac in ſequenti textu eiusdem perennitatem inferat. Eo igitur potiſſimum a ſuis partibus Vniuerſum nos monet differre, quod hae velut arcto cognationis vinculo illi coniunctae, conſtanti in ipſum ferantur ordine. Vniuerſum vero, propriae quaſi viribus naturae vndequaque perfectum, quidpiam aliud non reſpiciat; ſed proprii veluti decoris conſcium, ſe ipſum tantummodo geſtiat intueri.“ Ego tamen vereor, vt nexum tam diſtincte ipſe Ocellus ſibi cogitauerit. Videtur mihi potius ea, quae ſupra de αὐτοτελέᾳ breviter dixerat, vberius explicare, et cum hoc tum ſequente textu ad Vniuerſi aeternitatem ſtabiliendam ſine accuratiore nexus diſtinctione adhibere.

2. ἐμπεριεχόμενα) Ioanni Auguſto Goerenzio, Viro Clariſſimo in diſſert. *de libri* περὶ κόσμου, *qui inter Ariſtotelis ſcripta reperitur, auctore* (Viteb. 1792. 4.) pag. 20. hoc verbum videtur recentioris notae, et vix multum ante Plutarchi aetatem increbruiſſe, quum eius loco Ariſtoteles aliique veterum ſemper ſimpliciter περιέχειν ponant. Et eſt ſane certe frequentior vſus apud recentiores. Saepius in libro hocce περὶ κόσμου legitur; exſtat apud Porphyrium in Iſagoge c. 13. pag. 16. et apud Cleomedem in κυκλ. θεωρ. ſaepius; deprehendi quoque in Sexto Empirico Hypot. Pyrrh. Lib. I. c. 4. ἵνα πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις ἐμπεριέχωνται. et Ioſepho Antiqu. XIV. pag. 502. E. Genev. σπήλαια — πέτραις ὀξείαις ἐμπεριεχόμενα. Neque tamen a ſimilibus voculis Ariſtoteles abhorruit; velut ἐμπεριλαμβάνεσθαι habetur in Meteorol. II. c. 9. pag. 787. F. de Coelo IV. t. 13. συνεπικοσμεῖν Ariſtot. Nicom. I, c. 11. pag. 16. C. συνεπισκοπεῖν Xen. Mem. Socr. IV, 7, 8. συνεπι-

λαμβάνομαι Herodot. III, 48. cf. c. 49. vbi συλλαμβάνεσθαι.

3. πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογὴν) Nog. *cognationem et consensum habet.* Vizzan. *conuenientiam.* Battaes. *a des rapports nécessaires avec lui.* Intelligitur vero id, quod Cicero (vid. ad §. 7. n. 5.) dixit: *vna vi atque vna consensione naturae constricta esse.* συναρμόζειν Actiue, vocem artificum esse, satis, arbitror, notum est, cf. Herodot. I. 163. τοῦτο δὲ πᾶν [τεῖχος] λίθων μεγάλων καὶ εὖ συνηρμοσμένων. Lucian. de Scrib. Hist. c. 55. ἁλύσεως τρόπῳ συνηρμοσμένον. Voculam συναρμογὴ autem ignorant Thesaur. Stephani, Lex. Scapulae, et Basileense septem virorum; quamuis occurrat in aliis etiam. cf. Stobaeum Serm. III. pag. 43. e Critonis siue Damippi libro de prudentia etc. Ἁ δὲ συναρμογὰ ταύταν τᾶν φύσεων κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα γινόμενα, μεγάλαν καὶ ποικίλαν πεποίηκε τὰν διαφορὰν τῶν συναρμοσμένων. ἔν τε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ, συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φύσιων, τᾶς τε ἀεικινάτω φύσιος, καὶ τᾶς ἀεπαθέως, κόσμος ἐντί. etc. Quae de respectu finali, quo omnes res hominum caussa generatae sint, aut omnes res ad Deum simili ratione referantur, admiscuit Vizzanius, ea prorsus aliena ab hoc loco iudico.

4. τὴν φύσιν ἐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν) ἔχοντα συνέστηκε nihil aliud videtur quam ἔχουσι. Formulae similes apud Aristotelem sunt frequentes. τὰ μὴ φύσει συνεστῶτα, i. e. τ. μὴ φ. ὄντα. Aristot. Phys. II, t. 1. τοῖς φύσει συνεστῶσι. Phys. VIII, t. 1. cf. de Coelo. I, 1. τὰ φύσει συνιστάμενα Aristot. Met. VII, 9. pag. 1323. D. ὅσα μὴ φύσει συνέστηκε. Met. VIII, c. 3. pag. 1340. E. τὸν ἀριθμὸν — ἐξ ἐ συνέστηκεν ὁ ὀρανός. Met. I, 7. p. 1241. A. τὰ ἐκ τέτων συνεστῶτα ζῶα. Met. V. c. 8. p. 1291. B. Auctor de Mundo c. 3. pag. 1205. D. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τοῖς βυθοῖς κατὰ τὸ μεσαίτατον τῷ κόσμου συνερηρεισμένη γῆ πᾶσα καὶ πεπιεσμένη συνέστηκεν, quibus locis omnibus partim *esse*, partim *ortum esse* denotat. φύσις ἐκ αὐτοτελὴς est natura, quae sibi sola non sufficit, quae non absolute

per ſe ſubſiſtit. *συναρμογὴ πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα*, eſt nexus cum rebus externis ſeu aliis; mutuus rerum inter ſe reſpectus.

5) *ζῶα πρὸς ἀναπνοήν.*) „Quaeret tamen aliquis, quum aëre indigeat animal, vt reſpiret; ſenſibile pariter exigat obiectum, vt ſentiat: cur in textu non aëris, at potius actionis in reſpiratione auctor meminerit, dum ait *ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοὴν*, et ſenſum dum contemplaretur, non opus ipſius, at obiectum aſſumſerit, ſi quidem dixit *αἰσθήσεις πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν.* Si velimus aſſerere, id temere factum, quid hoc indignum Philoſopho proferremus, acutis ſane monitis, ac diligenti conſilio prima nobis naturalis ſcientiae dogmata praeſcribente. Dicerem ego, idcirco ab auctore id factum, quia reſpiratio hic exprimit neceſſariam illam, vt vita permaneat, caloris natiui temperiem, quae externorum praeſidio peragitur: haec vero non aëris tantum beneficio, vnaue tantum ratione exercetur, illa ſcilicet adeſt et in piſcibus, qui pulmone carent, ac in aquis degunt, quibus natura branchias eſt elargita, vt earum ope agitantes aquam, eodem fruerentur munere, quo in aëre viuentes: *de reſp. c.* 10. et vlterius apparet in cartilagineis ipſis; ideoque non aëris, at reſpirationis voluit meminiſſe, vt eo nomine comprehenderet quamcunque reſpirationis rationem, ſiue membra, per quae, ſiue medium, in quo exerceatur, placeret contemplari: eoque magis quod hic exactiſſime materies illa non erat pertractanda, tum quia hic illius ſedes non erat conſtituta, cum etiam quia exempli tantum gratia afferebatur, quare quum dixiſſet entia quaelibet externis connecti, optimo certe exemplo reſpirationem voluit aſſumere, quae etiam in aquarum incolis, et per diuerſa membra in exſanguibus, et ſanguine praeditis exercebatur, de quibus late *de reſp. c.* 9.“ Hactenus Vizzanius, pag. 44. ſq. at enim ſaepe fraudi fuit interpretibus nimis honorifica et excellens de auctore ſuo opinio, quare haec afferenda quidem, vt alii quoque iudicare ipſi poſſint, ſed improbanda

ſenſui. Auctor enim haec talia non diſtincte percepiſſe, et propterea confuſius ſcripſiſſe mihi videtur; quo in genere habenda ſunt etiam ſequentia de *lumine*; in quibus tamen Vizzanius eodem fere modo ex Ariſtotele ſuo argutatus eſt, quum pergeret: „Simile tamen quid non licebit excogitare, ſi quispiam inquirat, cur luminis meminerit, vbi viſum contemplaretur, quum tamen alios ſenſus circa proprium ſenſibile inſpexerit, quod (ſi viſum intueamur) colorem eſſe nemo ignorat. Dicamus nos, luminis Ocellum fortaſſe meminiſſe, eo quia hoc arbitrabatur adaequatum viſus obiectum; color enim non videtur ſine lumine, et praeter colorem lumen etiam ipſum adſpectui occurrit, et ſingula, quae in tenebris videntur, vt lucida ſane videntur, puta quercus putrida, ſquammae piſcium, ac huiusmodi, et idcirco Phil. 2. de an. 66. monebat, adaequatum viſus obiectum non eſſe colorem, at quidpiam nomine deſtitutum, quod colorem quidem, vt lumine praeditum complecteretur, at vlterius etiam ea, quae vt lucida videmus; quare lucidis lumen quum conferat, vt videantur, idem quoque praeſtet colori *ibid.* 23. non incongrue lumen hic accepiſſe Ocellum potius, quam colorem, videtur aſſerendum; eoque magis, quod ſat erat aliquid aſſumere rei extraneum, quo deſtituta proprio operi peragendo inepta redderetur.“ Haec autem vt magis ferenda ſunt, quam quae ſupra de reſpiratione excogitauit, ita auctori tamen videntur accuratiorem harum rerum cognitionem tribuere, quam vere ipſi tribuere poſſumus.

6. *οἰκεῖον αἰσθητόν*) *αἰσθητὸν* hic habet ſignificationem vſitatam, indicatque id, quod ſenſu percipi poteſt; obiectum repraeſentationis ſenſitiuae ſeu intuitiuae, vt infra etiam II, 6. *τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή*. Cf. Ariſtot. de ſenſu et ſenſili c. 3. initio: *περὶ δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστον αἰσθητηρίων* [mallem *αἰσθητήριον*] *αἰσθητῶν, οἷον λέγω χρώματος, καὶ ψόφου, καὶ ὀσμῆς, καὶ χυμοῦ, καὶ ἁφῆς, καθόλου μὲν εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς.* ex

quo quidem loco etiam discimus, quid sibi velit οἰκεῖον αἰσθητόν, ita nimirum Ocellus vocauit, quod Aristoteles dixit, τὸ καθ' ἕκαστον. αἰσθητ. αἰσθητόν.

7. κατὰ τὸ μέρος — αὐτῶ) Nogar. *Sol quoque, Luna, et stellae tam inerrantes quam vagae, cum Mundo, quem ipsae tanquam partes distinguunt, atque exornant, cognatione quadam iunctae et continentes sunt.* Vizzan. in versione: *Sol — et fixae ad partem communis gubernationis;* et in paraphrasi: *Sol etiam — fixa sidera Vniuerso inseruiunt, in inferiorum veluti regimen suis influxibus intenta; at Vniuersum nil praeter se ipsum respicit.* male quidem. Batta f. *Le Soleil, la Lune, les planètes, les astres fixes ont tous des fonctions subordinées à l' harmonie du Tout. Mais le Monde n'a de rapport essentiel avec aucun être différent de lui, il n'en a qu'avec lui-même.* Ne haec quidem recte se habent, et aliena immiscent; neque enim hoc loco de vi et efficacia horum corporum sermo est, sed potius de natura eorum ἐκ αὐτοτελῆ, nec διακόσμησις h. l. aut gubernationem aut harmoniam denotat. Itaque κατὰ τὸ h. l. idem esse arbitror, quod supra saepius πρὸς τὸ vocauit; sensum vero hunc: ne maiores quidem et permanentes Vniuersi partes naturam habent per se subsistentem, sed pendent a communi omnium in Vniuerso adornatione et compositione; a loco, quem in Vniuerso occupant; ita vt nec Sol, nec reliqua corpora coelestia manere et durare possent, nisi singula aequabilem semper in Vniuerso ordinem et locum tenerent. Quemadmodum autem bene video, grauitatis omnia continentis et seruantis legem in nostrum auctorem, ex Neutonianis praeceptis, non esse inferendam: ita istam sententiam non dubito h. l. assumere; Ocellus enim facillimo negotio intelligere poterat, si, velut Sol propius ad terram admoueretur, aut decideret, maximam oriendam esse rerum confusionem; nec plus philosopho nostro tribuo, quam quod auctori fabulae de Phaëthonte, currus paterni auriga, quisque tribuendum concedet.

8. *αὐτὸς δὲ πρὸς — πρὸς αὐτόν*) Poſt locum, quem nota 5. e Vizzanio ſecundum attuli, ita pergit doctiſſimus Ocelli commentator: „At his longe maior emergit difficultas contra poſtrema textus verba, in quibus Vniuerſum ad nil referri ſtatuitur: nonne Deum ipſum reſpiciet Vniuerſum? quum profecto oporteat *Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν* Pind. Pyth. od. 5. [vſ. 33.] et ipſe Ariſtoteles mundum profitebatur aeternum 1 *coeli* 101 *et ſeqq.*, eundem tamen, primum motorem ſupremum veluti finem intueri edocuit, dum ab eo mundum, ac naturam prorſus monuit pendere. 12 *met.* 38. quo loci Deum efficientem Vniuerſi cauſam ſtatui, multi profitentur, ac huiusmodi dogma in via peripatetica ſuſtinendum acutiſſime probauit doctiſſimus Vincentius Montecaluus praeceptor meus in ſuis eruditiſſimis metaphyſicae ſpeculationibus *z*), ne tamen dubiis omnino certa miſceamus, nemo auſus eſt vnquam negare, eo loci ab Ariſtotele Deum finalem ſaltem Vniuerſi et naturae cauſam conſtitui. Ocellum igitur tam impium dicemus, vt Deum ſaltem Vniverſi finem negauerit? et ſi illius eſt finis, iam certe Vniuerſum ad quidpiam aliud, Deum ſcilicet, neceſſario ordine feretur. An id conſiderauerit Ocellus, ignoro, veroſimile tamen eſt, harmoniae mundi auctorem Deum conſtituentem Ocellum, ac fatorum memorem, Deo ſaltem tribuiſſe, quod finalis foret Vniuerſi cauſa, etenim fata admittendo prouidentiam quandam ipſius Dei fateri videtur *a*), eoque magis, quod Pythagoreum ipſum fuiſſe nouimus: et in hoc potiſſimum celeberrima illa ſchola videtur profeciſſe, vt vnus inſtar omnium teſtabitur Hierocles, (*in carm. Pyth. com.* 16 *et* 17.) ſi excelſa illius dogmata legere placeat, quare dicerem, Ocellum Vniuerſi nomine coelos, tellurem, ac Deum ipſum fuiſſe complexum,

z) In margine ad hunc fere locum leguntur haec: *de pr.* et 2. *int. c.* 4. quae non ſatis intelligo.

a) Sed conf. quae infra ad c. 2. §. 2. a me ſunt diſputata.

ideoque Vniuerſum a nullo pendere ſtatuiſſe, quia Deus omnium cauſa, ac ſempiternum, optimumque viuens 12. *met.* 39. in Vniuerſo ab eo collocabatur, neque mirum id cuipiam videatur, nam coelum certe auctor Vniuerſi nomine voluit contineri, et coelos Deum incolere crediderunt antiqui, vt enim monebat Philoſophus 2 coeli t. 2. *τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν ἄνω τόπον οἱ μὲν ἀρχαῖοι τοῖς θεοῖς ἀπένειμαν, ὡς ὄντα μόνον ἀθάνατον.* coelum quinimo genitum ideo aſſerebat Heſiodus *in Theogon.* [vſ. 128.] *Ὄφρ᾽ εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.* quare ſi ſedem Dei coelum arbitrabatur, et illud in Vniuerſo locabat, iam clarum eſt, Vniuerſum iuxta Ocelli placita Deum comprehendere; ideoque illius licet cauſa Deus ſtatuatur, optime dicetur, ab alio Vniuerſum non pendere. nec quis haec Ocellum aſſerat non fuiſſe opinatum; quum enim inferius *cap.* 3. dicat, Deos in coelis eſſe, haec quoque ſingula videtur aſſeruiſſe." Hactenus Vizzanius; cuius quidem poſterior ratio ſine dubio recte ſe habet; quae vero de finali cauſa, et Vniuerſi ad eam reſpectu attulit, ea non dubito quin ex Ariſtotele in Ocellum ab ipſo ſint illata; nullum enim in Ocello apparet eius veſtigium.

§. 9.

Vizzanio octaua, ab eoque inſcripta: *quarta ratio, qua Vniuerſi aeternitas infertur.*

1. Εὔγνωστον). Cognitu facile. Inueni hoc vocabulum apud Clementem Alexandr. Paedog. III. pag. 251. *σφαλεραὶ δὲ αἱ τροχιαὶ αὐτῆς [τῆς πορνείας] καὶ εὔγνωστοι.* Argumentandi autem ratio haec eſt: Quidquid aliis rebus vim aliquam aut qualitatem tribuit, id eandem vim et qualitatem habeat neceſſe eſt; atqui mundus reliquis rebus vitam et ſubſiſtentiam tribuit, efficitque, vt maneant: ergo ipſe mundus maneat et ſubſiſtat neceſſe eſt. Ita breuitatis ſtudio liceat concipere hanc

hanc argumentationem, quae rectius in duas aut etiam plures diſtingueretur; Vtrum et quoad vera ſit ſiue maior ſiue minor propoſitio, id parum curabimus pro inſtituti noſtri ratione; nec eſt, cur vtramque aut circumſcribamus accuratioribus limitibus, aut multum omnino de iis philoſophemur, haec enim facilia; ſed meminiſſe iuuabit Ariſtotelem eandem fere commendaſſe concludendi rationem. vid. Topic. II, c. 4. pag. 283. E. F. et quod monuit Vizzanius pag. 51. „Peripateticis pariter eſſe commune axioma illud, ens vnumquodque eam ſuapte natura ſibi qualitatem adſciſcere, quam aliis valeat elargiri, ipſum ſcilicet longe clarius, et firmius iisdem ignis et demonſtrationis principiorum exemplis exhibuit Philoſophus, tum vniuerſaliter, tum etiam vni certae demonſtrationis materiae coaptatum: primum nobis occurrit *met.* 2. *t.* 4. [Met. II. c. 1. pag. 1247. C.] quo loci edocebat, ens illud, quod reliquis qualitatem quampiam confert, ſemper eiusdem quam maxime particeps eſſe, quum ſic edoceret: *ἕκαςον δὲ μάλιςα αὐτὸ τῶν ἄλλων, καθ᾽ ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει τὸ συνώνυμον, οἷον τὸ πῦρ θερμότατον, καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ αἴτιον τȣ̃το τῆς θερμότητος. ὥςε καὶ ἀληθέςατον τὸ τοῖς ὑςέροις αἴτιον τȣ̃το ἀληθέσιν εἶναι.* alterum aperte expreſſit pariter Philoſophus *poſt.* p. c. 2. [Anal. Poſter. I, c. 2. pag. 179. A.] vbi demonſtrationis principia eſſe notiora concluſione quum doceret, ex eo potiſſimum veritatem illam inferebat, quod concluſionis notitiam parerent; et celebre illud ibi ſtatuebat axioma, *ἀεὶ γὰρ δι᾽ ὃ ὑπάρχει ἕκαςον ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει.* ens ſcilicet illud, quod alteri confert, vt alicuius particeps ſit qualitatis, eam nedum ſibi vindicare, ſed etiam magis, quam illud ens, cui eam communicet, vt praedictum ignis exemplum abunde confirmat.“ Nogarola autem monuit: „Hoc eodem fere argumento probauit Critolaus Peripateticus, mundum ſemper fore, quamuis id paucioribus fecerit, quam Ocellus, et diuerſis vſus ſit verbis et exemplis, vt in Philonis libello *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου* [pag. 732. F. Col.] videre licet, in quo ſic ſcriptum eſt: Ἐπαγωνίζε-

μενος δ' ὁ Κριτόλαος ἐχρῆτο καὶ τοιούτῳ λόγῳ· τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑγιαίνειν, ἄνοσόν ἐστι· ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν, ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ἀΐδιον ἐστίν. αἴτιος δὲ ὁ κόσμος αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ὥγε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν.“ Ceterum, quum ponat auctor *τὸ λεγόμενον*, quaeri poteſt, quorſum ſpectet; num referendum ſit ad eam enunciationem, quam §. 2. poſuit, an ad ea, quae §. 8. allata ſunt? num mundi aeternitatem, an definitionis ſuae veritatem voluerit ſtabilire? Sed quum haec omnia nexa inter ſe et copulata et ex ſe apta ſint, parum refert, vtrum reſpici putemus; quin etiam vtrumque potuit reſpicere.

2. *τό τε γὰρ πῦρ*) D' Argens pro igne *ſolem* poſuit, temere, et male, neque enim de certo quodam corpore ignito h. l. magis cogitandum, quam de certa quadam mellis portione, cuius deinceps facta eſt mentio. Voculam *θερμαντικὸς* ſaepe apud Ariſtotelem invenies, velut. Metaph. V, c. 15. pag. 1297. F. 1298. D. de Coelo III, t. 69. 72. de Interpret. c. 15. pag. 65. D. *γλυκαντικὸς*, vt Vizzan. interpretatur, est: *quod aliis dulcedinem communicat.*

3. *Αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων*) Sunt fundamenta principia (praemiſſae) demonſtrationum ſeu probationum, quae quidem auctor per ſe clara, perſpicua et euidentia eſſe affirmat, vt nulla probatione egeant. Similis locus eſt apud Plutarch. de decretis Philoſ. Lib. I. c. 3. §. 21. pag. 10. *πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις καὶ πᾶσα πίστις ἐπιστήμης, πρὸς δὲ καὶ πᾶς συλλογισμὸς ἔκ τινων ὁμολογουμένων τὸ ἀμφισβητούμενον συνάγει.* Ariſtot. Top. I, c. 1. p. 256. B. *οὐ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διά τι, ἀλλ' ἑκάστην τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πιστήν.*

4. *τῶν ἀφανῶν οὖσαι*) Nog. *quae res occultas demonſtrant.* Vizzan. *per quae obſcura nobis innoteſcunt.* D' Argenſ. *les principes des demonſtrations, étant ſignificatifs pour expliquer les choſes obſcures.* Battaeſ. *les*

axiomes, par lesquels on démontre les vérités obſcures. At enim ἀφανῆ h. l. non ſunt obſcura aut occulta, quae ignoramus, ſed potius ea, de quorum veritate nobis nondum perſuaſum eſt; ἃ ὄυπω φαίνεται. non euidentia; dicit enim de probationum vi; iam vero probationibus non *innoteſcunt* noua; ſed *perſuadetur* nobis de rebus, quae iam innotuerunt. Non abhorret ab hac dicendi ratione Ariſtoteles, hac ipſa in re etiam male intellectus. cf. loca no. 1. allata. Quae quum ita ſint, huc non pertinet iſta ſententia, quam apud Iſocratem ad Demon. p. 12. lin. 26. ſq. Wolf. inuenimus: Βουλευόμενος, παραδείγματα ποιῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων· τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τῦ φανερῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν. et in Solonis dicto, quod e Demetrio Phal. Stob. p. 45. affert: τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου. Non eſt, cur moneam, ἀφανῶν non trahendum eſſe ad ἀποδείξεων, ſed pendere a vocula σημαντικαί: addam vero Ariſtot. Nicom. I. 7. pag. 12. A. δοκεῖ ἦν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχὴ, καὶ πολλὰ ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητουμένων.

5. αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτῦ) Vizzan. interpretatus eſt: *ipſe igitur ex ſe ipſo perpetuus eſt, ex ſe perfectus, et permanet per omnia ſecula.* Sententia: Vniverſum a nulla re pendet: non alia re opus eſt, vt ſit et maneat. Eandem ſententiam inuenies in Parmenide. vſ. 86. ſq. οὕνεκεν ὀυκ ἀτελεύτητον τὸ ἐὸν θέμις εἶναι.
Ἔστι γὰρ ὀυκ ἐπιδευὲς, μὴ ὂν δ' ἂν παντὸς ἐδεῖτο.
quo loco ἀτελεύτητον idem videtur, quod apud Ocellum ὀυκ αὐτοτελές.

6. Παραίτιος) Cauſa. h. l. Compoſit. pro Simplici. cf. infra. c. IV, 14. πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται. Cf. Stephan. in Theſ. T. I. p. 251. A. Equidem annotaui hanc voculam e Ioſepho Ant. XV. pag. 523. D. Geneu. et 2. Maccab. XI, 19. et Dreſig. de Cicuta Athenienſ. poena publica, p. 15. attulit Diodor. Sic. XVIII. pag. 663. B. vbi eadem legitur. Sed nondum habeo, cur eam antiquis ſcriptoribus vſitatam dicam.

§. 10.

1. Noua ratio: Vniuerſum non poteſt interire, quia, deſtructo eo, ſemper remanet materia quaedam ad Vniuerſum pertinens. Sed nimirum facile apparet, cui fundamento haec ſit ſuperſtructa argumentatio. Πᾶν ſumit pro πάντα; atque tali modo, quum non ſolum materiam aeternam eſſe, ſed eam quoque ὄν τι dici poſſe affirmaret, facile iis, qui haec conceſſerant, perſuadere poterat, non quidem *Vniuerſum*, τὸ Πᾶν, ſed *non omnia*, οὐ πάντα, eſſe interitura. Confudit igitur auctor h. l. enunciationem: *non omnia peritura ſunt*; i. e. vna vel etiam altera res aeterna eſt, cum altera: *omnia non peritura ſunt*, i. e. nihil peribit, ſed aeterna ſunt omnia. Equidem tamen ambiguitate voculae πᾶν deceptum potius, quam ſophiſticas latebras quaerentem, haec miſcuiſſe auctorem arbitror. cf. ad c. I, §. 2. n. 1.

2. ἀμήχανον γὰρ — ἐκ τῶν ὄντων) Auctor hac in ſectione nihil probare vult, niſi interitum ab Vniverſo eſſe alienum, quare minime probanda ſunt, quae de initio Nogarola inculcauit. ἐκ τῶν ὄντων ἀπολέσθαι autem mihi eſt: *euaneſcere*, abire e rebus, quae ſunt, ſine deſtructione, de qua ſtatim. Aſſenſum meum aliquamdiu retinuit dubitatio, num graece dici poſſit ἀπολέσθαι ἐκ τῶν ὄντων; at enim, quamuis exemplum non ſit in promtu, tamen nihil arbitror ineſſe, quod graecitati omnino repugnet. Cl. Bardili Nogarolae coniecturam ſecutus ita expoſuit, pag. 186. *in nichts kann die Welt auch nicht aufgelöſt werden, denn es iſt doch unmöglich (was man in dieſem Falle annehmen müſste), daſs etwas aus einem bloſsen Nichts zuſammengeſetzt wäre, (aus ihm als ſeinen Theilen beſtünde), oder (welches eben ſo viel ſagt [?]) daſs es in ein Nichts aufgelöſt würde.*

3. ἀναλυθῆναι) Reſolui; Sententia eſt: nec ſubito peribit aliquid cum ſua materia, non euaneſcet et diſparebit; nec vero reſoluetur et deſtruetur adeo,

vt nihil remaneat. Attulit Nogarola in eandem ſententiam Philonem de mundo non interituro [pag. 728. A. Colon.] *λέγεται μέντοι καὶ φθορὰ, ἥτε πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολή· λέγεται δὲ καὶ ἡ τȣ̃ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελὴς, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν· ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ȣ̓δὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τȣ̃ γὰρ οὐδαμȣ̃ ὄντος ἀμήχανόν ἐςι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυςον καὶ ἄπαυςον.* Sequitur ſtatim: *καὶ ὁ τραγικὸς* (ſc. Euripides. Fragm. pag. 435. T. II. Lipſ. cf. Supplic. vſ. 532. ſqq.) *θνήσκει δ' ȣ̓δὲν τῶν γινομένων. Διακρινόμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο, Μορφὴν ἑτέραν ἀπέδειξεν.* Vizzanius praeterea adduxit elegantem Ouidii locum Metam. XV. [254-258.] Nec perit in tanto quidquam, mihi credite mundo! etc. et Lucret. Lib. I. [vſ. 160 ſqq.] Nam ſi de nihilo fierent ex omnibus rebus etc. Conf. Gataker ad Anton. IV. §. 4. p. 98.

§. 11.

1. Alia ratio, qua probare ſtudet, mundum non eſſe interiturum. Nulla, inquit, cauſa eſt, quae Vniverſum perdere poſſit; neceſſe eſt enim, ſit alterum de duobus, vt eiusmodi cauſa, ſi quidem eſſet, aut in Vniuerſo, aut extra Vniuerſum reperiatur; Iam vero extra Vniuerſum plane nihil eſt; (vid. §. 8.) quae autem in Vniuerſo ſunt, ea omnia infirmiora ſint Vniverſo neceſſe eſt, quare non poſſunt Totum ſuperare et deſtruere. Omnis huius argumenti vis poſita eſt in eo, quod Ocellus Deum ab Vniuerſo non ſeparauit, ſed partem Vniuerſi conſtituit; quare ſi vel reliqua omnia a Diis iſtis perdantur, tamen Vniuerſum remaneret, quia Dii iſti non perirent. cf. §. 10. Philo Iudaeus hanc rationem in ſuum librum de mundo non interituro tranſtulit, [pag. 741. E.] quod monuit iam Nogarola; ſed non ſolum pluribus verbis, verum etiam elegantius eandem explicuit.

2. *μείζονα καὶ δυναμικ.*) Voces h. l. idem ſignificant, nam *μεῖζον* de maiore vi et efficacia h. l. explicandum eſt. Vizzan. ad h. locum: „hac eadem

fere ratione Vniuerſi pariter aeternitatem apud Stobaeum Philolaus inferebat, dicens: *οὔτε γὰρ ἔντοσθεν ἄλλά τις αἰτία δυναμικωτέρα αὐτᾶς εὑρεθήσεται, οὔτ' ἔκτοσθεν φθεῖραι αὐτὸν δυναμένα.*" [vid. Stobaei Ecl. Phyſ. pag. 44. lin. 25. ſqq. cf. Ariſtot. Polit. III, c. 17. pag. 456. E. *ὀ γὰρ πέφυκε τὸ μέρος ὑπερέχειν τοῦ παντός.*] „nec huius rationis principia a Peripateticis diſſentiunt fundamentis. hoc enim duplex interitus principium, *interius* ſcilicet ac *exterius*, et in ipſis viuentibus obſeruauit Ariſtoteles *de reſp. cap.* 17. [p. m. 1514. T. I.] quo loci modos corruptionis ab inuicem ſpecie differre docebat, quia mors aliqua foret violenta, quum ſcilicet ab externis prodiret principiis, altera vero naturalis, quum illius principia in ipſo vigerent ſubiecto, quod *ibid. et c. ſeq.* fuſius declarat. — duplex hoc corruptionis genus pariter in ipſis rebus publicis Philoſophus *polit.* V. *c.* 7. docuit contingere, dicens: *πᾶσαι δ' αἱ πολιτεῖαι λύονται ὁτὲ μὲν ἐξ αὐτῶν, ὁτὲ δ' ἔξωθεν.* nec miretur aliquis nedum violentos interitus, at naturales etiam adeſſe, dum hoc etiam diſcrimen in ortu, auctione, reliquisque ſpeciebus motus, obſeruarit Ariſtoteles. *phyſ.* V, 57. *et ſqq.*"

3. *ἄγεται γὰρ*) Hanc ſententiam ita elocutus eſt Philo de mundo non interituro. pag. 730. C. Colon. *ὁ γὰρ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει χρώμενος, ἄγει τὰ μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτῶν ἀγόμενος.*

4. *βίον ἔχει καὶ ψυχήν*) Non eſt, cur hoc de animantibus ſolis, quae nos vocamus, intelligatur; Trahi huc omnia poſſunt, in quibus vita eſt, aut vitae quaedam ſimilitudo.

§. 12.

1. Hac et paragraphis duabus ſequentibus obiectioni occurrit auctor, eamque occupat. Obiici enim poterat, rerum ſingularum interitum cum Vniuerſi aeternitate ſtare non poſſe. Quocirca monet nunc au-

ctor, hanc nonnullarum rerum mutationem non obſtare, quo minus Totum et Vniuerſum permaneat, quid? quod in his ipſis aeterni quid ineſſe. Vizzan. in hac §. inſcripſit: *aeternitas, quanam ratione entibus caducis a natura conferatur;* monuitque, ſic ratiocinatum eſſe Ocellum: „partes Vniuerſi, quae aſſidua premuntur mutatione, aeternitatem prae ſe ferunt, idem igitur longe magis ceterae praeſtabunt, quae illi non videntur obnoxiae, indeque Vniuerſi conſurget aeternitas.“

2. ὅλη δι᾽ ὅλης θεωρ.) Nogar. „*vniuerſa natura, ſi tota ſpectetur.*“ Recte, ſi modo teneatur, hic quoque φύσιν vagae ſignificationis eſſe. Senſus eſt: Si omnem rerum naturam, et totum Vniuerſum, tum immutabilia, tum mutabilia, oculis animoque perluſtramus, a coelo eiusque corporibus incipientes, et ſic ad terram pergentes: deprehendemus, etc. Battaeſ. liberius vertit: *Qu' on jette les yeux ſur toute la Nature en général, on verra que tout annonce ſon éternité. On voit cette éternité d'abord dans les corps les plus élevés et les plus nobles; enſuite, quoiqu'elle ſemble diminuer en proportion, elle ſe retrouve jusque dans les êtres mortals qui changent de forme et d'état. etc.*

3. τὰ πρῶτα καὶ τιμιώτατα) Videndum de his primo loco. D'Argenſius intellexit *elementa.* vid. pag. 25. Poteſt aliquid commendationis petere haec explicatio e c. 2. §. 7. reiiciendam tamen eſſe nunc videmus, quum elementa hac quidem §pho τοῖς πρώτοις opponantur. Vizzanius, quamuis hoc argumento e textu emendatiore deſtitutus, tamen recte *coelum* et *corpora coeleſtia* intellexit; quae quidem intelligenda eſſe ſatis edocemur praedicatis κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβοντα etc.

4. συνεχὲς) Omnino continuitatem et continuationem denotat; et dicitur 1) de continua *ſucceſſione in tempore.* Hom. Iliad. M, 25. ſq. Ὗε δ᾽ ἄρα Ζεὺς συνεχὲς, pro συνεχῶς, ἐπιμόνως, vt habent Scholia. Sic

habebimus infra. c. IV. §. 2. ἀκατάληκτος καὶ συνεχὴς γένεσις, et c. 2. §. 22. ſic legitur συνεχῶς. Idem fere eſt συνεχὴς πόνος apud Plutarchum de Educ. XII, 4. niſi quod in his formulis intenſionis, et neceſſitatis accipit ſignificationem. cf. Xen. Mem. Soc. IV, 5, 9. 2) *de continuo* dicitur *in ſpatio.* Monuit Exc. Fiſcherus ad Platon. Phaedon. c. 59. n. 11. pag. 464. „ξυνεχὲς *etiam de ſuperficie,* ἐπιφανείᾳ *continua dicitur, v. Suidas. v.* συνεχές." et huc pertinent fere definitiones Ariſtotelis Phyſ. V, t. 26. VI. t. 1. t. 15. VIII, t. 30. de Coelo. I, c. 2. Metaph. V. c. 6. pag. 1288. A. vnde fit, vt συνεχὲς denotet *confine* in ſpatio. Auctor libri de Mundo. c. 2. pag. 1204. C. ſq. Μετὰ δὲ τὴν αἰθέριον καὶ θείαν φύσιν — συνεχής ἐστι ἡ δι᾽ ὅλων παθητή τε καὶ τρεπτή, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν φθαρτή τε καὶ ἐπίκηρος. Ταύτης δὲ αὐτῆς πρώτη μέν ἐστιν ἡ λεπτομερὴς καὶ φλογώδης οὐσία, ὑπὸ τῆς αἰθερίου φύσεως πυρουμένη. διὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς, καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς κινήσεως. cf. ſeqq. et alio loco c. 6. p. 1215. D. Μάλιστα δέ πως αὐτοῦ [τοῦ θεοῦ] τῆς δυνάμεως ἀπολαύει τὸ πλησίον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἔπειτα τὸ μετ᾽ ἐκεῖνο, καὶ ἐφεξῆς οὕτως, ἄχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τόπων, et poſtea pag. 1217. D. οὕτως οὖν καὶ ἡ θεία φύσις ἀπό τινος ἁπλῆς κινήσεως τοῦ πρώτου, τὴν δύναμιν εἰς τὰ ξυνεχῆ δίδωσι, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνων πάλιν εἰς τὰ πορρωτέρω, μέχρις ἂν διὰ τοῦ παντὸς διεξέλθῃ. Quae ex his ſignificationibus praeferenda ſit, deinceps videndum. n. 5.

5. ἀφαιρεῖν τι ἀπό τινος) eſt detrahere aliquid alicui rei, auferre aliquid ab aliqua re, quod iſti rei ineſt aut adeſt. cf. Theophr. χαρ. II, §. 1. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα. cf. Herodot. I, 186. III, 65. Xen. Mem. Soc. IV, 3, 14. Hom. Iliad. α, 299. Plutarch. de aud. poët. II, 6. Eurip. Hec. vſ. 285. Sed non ſignificat: denegare aliquid alicui rei; cauere, ne quid in rem aliquam cadat. Accuſatiuus ad hanc formulam pertinens nullus apparet, praeter τὸ συνεχές. Itaque συνεχὲς h. l. eſt aliquid, quod in corporibus coeleſtibus reperitur, ſed inde a natura cum aliis rebus communicatur; nec quidquam aliud, quam quod poſtea dicit:

κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβειν, i. e. *aeternitas motus, ſempiterna ſucceſſio in tempore.*

6. ἀπομαραινομένη) μαραίνεσθαι tabefieri, ad interitum vergere. Herodot. II, 24. τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν. Paſſiue. Hom. Iliad. ψ, 228. τῆμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύσατο δὲ φλόξ. Plutarch. de aud. poët. VI. §. 5. ὅταν τὰ τῆς ἡδονῆς ἀπομαρανθῇ. Plato. Theaet. T. II. p. 124. Bip. Καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πως ἀπομαραίνεται. Xenoph. Apol. Socr. §. 7. de mortis genere Socratis: ὑγιὲς δὲ τὸ σῶμα ἔχων καὶ τὴν ψυχὴν δυναμένην φιλοφρονεῖσθαι, ἀπομαραίνηται etc. Nolo plura loca cumulare, quum ex his iam appareat, voculam denotare: ſenſim deficere, ad interitum vergere; φύσις itaque ἀπομαραινομένη videtur dici, quae ſenſim deficit, in qua non ſemper res ſunt eaedem, in qua mutatio crebrior et magis varia eſt conſpicua. κατὰ λόγον, quod addidit, eſt: ſeruata quadam proportione, et aequabilitate, ita vt non ſtatim e ſtatu aeternitatis ad alterum diuerſiſſimum abeat, ſed vt ſenſim hoc fiat.

7. προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητόν) προσάγειν ſaepe ſignificat *pergere, procedere, accedere.* Aelian. Var. Hiſt. III, 21. προσάγοντος τυράννου, et antea προσιόντος Πεισιστράτου. cf. XII, 51. ex quo loco apparet. ἑαυτὸν aut σεαυτὸν eſſe in hac formula ſupplendum. Sic ſenſus eſſet: deficiens proportione quadam et ad mortalia pergens, accedens; ſed ſenſus obſcurior, et, ſi quid video, alienus. Immó προσάγειν oppoſitum eſt τῷ ἀφαιρεῖν, et eſt adducere. Sed quid et cui adducit? num τὸ θνητὸν ἐπὶ πᾶν, num interitum affert rebus omnibus? Non placet. Immo totum hunc locum ſic conſtruo, per Hypallagen: Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμ. εἰ καὶ κατὰ λόγον ἀπομαραίνηται, ὅμως ἀφαιρεῖσα τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων, προσάγει (τοῦτο τὸ συνεχὲς) ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν etc. vt ſenſus efficiatur: natura tota et omnino conſiderata, (cf. n. 2.) quamuis ſenſim deficere atque caduca et deterior euadere videatur, tamen aeternitatem, a primis iſtis et coeleſtibus corporibus

ſumtam, ad omnia adducit mortalia; omnibus affert mortalibus; eandem cum iis communicat. Tali modo idem videtur hoc loco ab Ocello affirmatum, quod ſupra n. 4. e libro περὶ κόσμου. cap. 6. pag. 1217. D. annotaui. Acquieſcens autem in hac explicatione, nec aliorum, nec alios in hoc loco explicando conatus meos afferendos cenſui.

8. διέξοδον ἐπιδεχόμενον τ. ἰδ. συστάσεως) σύστασις alioquin idem fere quod σύστημα. cf. Carm. aurea. vſ. 51. vbi Hierocles interpretatur: σύνταξιν τοῦ ὅλου. vid. ad iſtum locum Harleſ. in Anthol. graeca poët. p. 74. Ariſtot. de Coelo. I, c. 10. ἡ δὲ τοῦ ὅλου σύστασις ἐστι κόσμος καὶ οὐρανός. Sed hoc nihil ad noſtrum locum. deinde *concretio*, Auct. de Mundo c. 4. pag. 1268. B. Δρόσος ἐστι ὑγρὸν, ἐξ αἰθρίας κατὰ σύστασιν λεπτὸν φερόμενον: atque inde idem quod οὐσία, quare ſtatim infra haec vocula iſtius loco poſita eſt. διέξοδον autem ἐπιδέχεται omne id, quod oritur, augetur et interit; cf. I, 4. n. 5. Si quis lectionem editionum ἐπιδεχομένη ſequi velit, referendum hoc eſſet ad φύσις, ſed ita non ſolum conſtructio magis etiam impeditur, verum etiam aliae oriuntur difficultates, quas hic recenſere longum foret.

9. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα — ἀήρ) πρῶτα κινοῦμ. ſunt, vt iam dixi, corpora coeleſtia, quae ſemper eadem ratione curſum conficiunt; in quibus idem ſubiectum manet, vt idem ſol, eadem luna redeat; h. e. διέξοδ. οὐκ ἐπιδ. τῆς οὐσ. Οὐσία h. l. non eſſentia et natura, ſed ſubſtantia eſt; nam ignis, aër etc. οὐσίαι vocantur. Quae autem ſint δεύτερα, ſc. κινούμενα, auctor ipſe ſatis declarauit. Hae autem ſubſtantiae non manent numero eaedem, ſed oriuntur et pereunt. cf. §. 13. et c. 2. §. 5. Tenendum eſt autem, ignem et reliqua elementa ab auctore nominari δεύτερα, non propter temporis ſucceſſionem, et quod recentiores quaſi et iuniores ſint corporibus coeleſtibus, ſed rationem haberi praeſtantiae et dignitatis, quemadmodum c. 4. dixit: πρῶτος, ἀλλ' οὐ δεύτερος, εἶναι θέλει.

Haec ipsa autem elementa cap. 2. saepius vocantur πρῶτα σώματα.

10. ὅρον ἀμείβουσι ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς) Quid sit ὅρος, supra auctor ipse explicuit. §. 4. nimirum ita vocauit γένεσιν, ἀκμὴν, τελευτὴν, quae quidem res ad διέξοδον rerum requirantur; de vocula ἐφεξῆς videatur Aristot. Phys. V. t. 25. hic autem successionem eam videtur indicare, quae in corporibus coelestibus desiderata, in elementis et ceteris rebus, mutationi obnoxiis, reperitur, nimirum, vt vna sequatur alteram. συνεχῶς h. l. sine intermissione, semper. Per enallagen numeri autem ὅρον pro ὅρους positum videtur, vt sensus sit: In his rebus inuenitur continua ista mutatio, vt oriantur, ad summam perfectionem perueniant, et pereant. Quae sequuntur ὀ μὴν τὸν κατὰ τόπον etc. obscuriora videntur; sed ita mihi explico. Ne quis male haec intelligat, et, quum ὅρος etiam de termino quodam in spatio dici possit, de mutatione loci accipiat, monuit lectorem, non ὅρον κατὰ τοπον, sed ὅρον κατὰ μεταβολὴν, de quo supra egerat, intelligendum esse. Cur autem haec in mentem venerint Ocello, quum in aliis locis non ita soleat versari, id adhuc ignoro. Sensus totius sectionis mihi esse videtur, aeternitas est in corporibus coelestibus, quae eadem semper manent; est vero etiam in caducis, quoad mutationum in iis est aeternitas a coelestibus corporibus repetenda et deriuanda.

§. 13.

1. Vizzan. inscripsit: *Illud idem in elementis, ac plantis declaratur.* Nimirum per partes, vt vocant, nunc explicat, quae supra omnino affirmauit.

2. Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον) Nog. *ignis enim si in vnum cogatur, et densescat.* Vizzan. vers. *ignis in vnum coactus*, et in Comment. pag. 66. „elementa docet sic se habere, vt vnum in aliud frequenter immutetur rari ac densi beneficio: puta igne

condenſato, aër prodibit; ex hoc quoque, ſi condenſetur, aqua erumpet; et pariter ex hac, terra, rurſumque per rarefactionem ab inferiori ad ſuperius elementum erit regreſſus.“ Battaeſ. *Car le feu condenſé devient air, l'air devient eau* etc. Tidemann in Griechenlands erſte Philoſophen. pag. 466. *Wenn das Feuer zuſammengedrängt wird.* Sed, quomodo cum his ſtabunt et conſentient, quae c. 2. §. 13. et alibi dicuntur, vbi plane alia proponitur generationis elementorum ratio, in qua non *condenſatione* quadam, ſed potius *pugna contrarietatum* auctor vſus eſt? Deinde, quo modo haec ipſa condenſatio eſt in voculis ab Ocello adhibitis? Quare D'Argenſ. cautius certe ſed obſcurius vertit: *par exemple le feu étant raſemblé dans un* point de réunion, *engendre l'air:* quod tamen interpres eius peſſime reddidit: *wenn das Feuer bis zu einem gewiſſen Punkt der Verdickung gebracht wird.* *συνέρχεσθαι εἰς ἓν* eſt *conuenire*, *congregari*, *congregare ſe.* cf. Ariſtot. de Coelo. II, t. 35. *ἐν γὰρ τοῖς ὑποκάτω πλείους ἤδη αἱ φοραὶ συνεληλύθασιν εἰς ἕν*, i. e. in inferiore Vniuerſi parte, non ſolus reperitur iſte circularis motus, ſed plura motus genera coniuncta et mixta adſunt; eademque formula occurrit in Fragm. Empedoclis. Diog. Laërt. VIII, 76.

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,

Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.

Hoc quid ſibi velit, explicet Ariſtoteles. Metaph. I, 4. pag. 1232. A. *πολλαχοῦ γοῦν αὐτῷ, ἡ μὲν φιλία διακρίνει, τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει· ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὰ στοιχεῖα διΐστηται τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ νείκους, τότε τὸ πῦρ εἰς ἓν συγκρίνεται, καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων ἕκαστον· ὅταν δὲ πάντα ὑπὸ τῆς φιλίας συνίωσιν εἰς τὸ ἕν, ἀναγκαῖον ἐξ ἑκάστου τὰ μόρια διακρίνεσθαι πάλιν.* cf. Metaph. II. c. 4. pag. 1259. C. *εἰ γὰρ μὴ ἐνῆν τὸ νεῖκος ἐν τοῖς πράγμασιν, ἓν ἂν ἦν ἅπαντα, ὥς φησιν, ὅταν γὰρ συνέλθῃ, τότε ἔσχατον ἵσταται τὸ νεῖκος.* Obſcura explicatio! Si quid video, Empedocles, quum ita loqueretur, modum generationis ſingularum rerum, velut humano-

tum corporum, plantarum etc. declarare voluit. Quando nimirum elementa per amicitiam conueniunt et copulantur ignis et aqua et aër et terra, tum oriuntur hae res et generantur; quando vero in hac eorum miſtione pugna oritur, tum diſſoluuntur res ex iis compoſitae, atque ignis et reliqua elementa pura quaſi prodeunt; quare diſtinguendum in loco Ariſtotelis allato inter *συνέρχεσθαι εἰς ἕν*, et *συγκρίνεσθαι εἰς ἕν*, ſunt enim plane oppoſita; nam *συνέρχεσθαι* ſeu *συνιέναι εἰς ἕν* dicitur ignis, quando cum reliquis elementis *miſcetur*, et animal aut plantam aut lapidem generat, *vnum* conſtituit *mixtum*; *συγκρίνεσθαι εἰς ἕν* dicitur ignis, quum eius particulae ex iſta miſtione colliguntur, atque coniunguntur, et ita *vnum* idque *purum* conſtituunt. *συνέρχεσθαι* igitur idem quod *διακρίνεσθαι*, *διαλύεσθαι* idem quod *συγκρίνεσθαι*, quoad nimirum vnumquodque horum cum altero neceſſario coniunctum eſt. Quando ignis cum reliquis *componitur*, diſſipantur et permiſcentur ignis particulae; quando ignis a reliquis *ſegregatur*, conueniunt et colliguntur ignis particulae. Et haec quidem de generatione corporum ex elementis, corporumque interitu, in quibus mutua elementorum ex ſe inuicem generatio non attingitur. Noſtri inſtituti non eſt, Empedoclis decreta perſequi, quod alio fortaſſe loco fieri poterit *b*). Ex iis autem, quae adhuc diſputaui, apparere putauerim, *συνέρχεσθαι εἰν ἕν* nihil aliud eſſe, quam *conuenire*, *componi*; ſc. cum aliis corporibus primis, ſeu elementis, ſiue in vnum locum, ſiue ad vnam rem conſtituendam; de condenſatione vero nihil in hac quidem formula deprehenditur. Quibus praemonitis non vereor, ne diſpliceat haec quidem interpretatio: *Ignis, cum reliquis elementis congregatus, aërem gignit* etc. non quaſi haec congregatio ſola ſuffi-

b) Nondum ſatis Empedoclis ſyſtema explicatum ſvidetur; tum quia non ſatis diſtinguerent, qua de re ſingula loca agant, et ad quas res eius decreta referenda ſint: tum quod non ſatis diſtinguerent, quae ab Ariſtotele *hiſtorice* dicuntur, ab iis, quae e ſola ipſius *coniectura* proficiſcuntur.

ciat ad aërem producendum, aut quasi ignis non possit alia quoque gignere elementa, sed breuiter locutus est auctor, quum exempli loco ea hic afferret; quare non erat, cur aut pugnae ad hanc generationem necessariae, aut reliquorum etiam elementorum ex igne oriundorum mentionem faceret, quae quidem omnia e capite secundo facile possunt suppleri. Itaque breuem hic video eiusdem rationis, quam infra persequetur, indicationem; atque reiicio coniecturam, olim in dissertatione de Ocello edendo, pag. 10. ita a me propositam: „quum duplicis systematis vestigia in eo reperiantur, quorum alterum ad Empedoclem, nisi fallor, accedit, alterum contra ea, Aristotelem sine dubio sapit.“ Reiiciendam puto etiam explicationem, quae prima mihi ex comparatione totius operis in mentem venit; voculam σὺν in compositione h. l. *contractionem* et *imminutionem* indicare, vt sensus sit, ignis si ad vnum redactus sit, ad vnum redierit, i. e. si vna tantum eius contrarietas remanserit. Sed contra sermonis consuetudinem in hac *formula*, nihil moliendum censeo. Et haec hactenus. cf. Diss. crit. in fine.

3. οἱ δὲ καρποὶ etc.) Ab elementis, quae infra πρῶτα σώματα vocantur, transit ad σώματα δεύτερα, i. e. corpora ex elementis composita, monetque, in his etiam reperiri mutationis gyrum.

4. ἀρχὴν γενέσεως) Indefinite hoc ab auctore positum indefinite quoque accipiendum est; vocula ἀναλαμβάνειν tamen postulare videtur, vt non de principio seu causa, sed de initio cogitetur. cf. Plutarch. de decret. philos. I, 1. §. 3. ὅσα ἀρχὴν κινήσεως ἔλαβε, ταῦτα δύναται λαβεῖν καὶ τελευτήν. Aristoteles, haec multo magis definiens, non dubitauit semina nominare τὸ ὑποκείμενον. vid. Phys. I, t. 62. ἀεὶ γάρ ἐστί τι, ὃ ὑπόκειται, ἐξ ȣ̃ γίνεται τὸ γιγνόμενον, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα ἐκ σπέρματος.

5. καρπωθέντα καὶ τελεσφορήσ.) καρπωθέντα sunt fructibus repleta, τελεσφορήσαντα vero, quae fru-

ctum ad maturitatem adduxerunt, quae fructus maturos ferunt. Quocirca Nogarola ſuperius καρποὶ non male interpretatus eſt: *Arbores fructum ferentes*; haec autem vocabula haud ſcio an non male: *fructus vero producti et iam perfecti.* Cf. elegantem Ciceronis locum de Senect. c. 2. §. 6.

6. Ἀνάλυσιν ποιεῖται) Sc. ſtirpes et plantae, non fructus. Haec ἀνάλυσις in eo eſt poſita, quod plantae ſemen gignunt, vnde nouae eiusdem generis oriri poſſunt; ipſae vero pereunt. Tidemann. in Griechenl. erſten Philoſophen. pag. 466. *die Pflanzen haben vom Saamen zu wachſen angefangen, und verwandeln ſich nach ihrer Reiſe wieder in Saamen.* Haud ſcio, an hoc ſit improbandum. Iisdem fere vocculis vſus Philo de mundo non interituro. pag. 740. B. Colon. aliam iis vim tribuit. Diſputans enim contra Stoicorum παλιγγενεσίαν κόσμου ſic ſcripſit: τούτων τῶν δένδρων ἕκαστον, ἄχρι μὲν ὑγιαίνει τὸ στέλεχος, ἅμα τῷ καρπῷ καὶ τὸ ὄχημα τίκτει· μήκει δὲ χρόνων ἀφανισθὲν, καὶ ἄλλως αὐταῖς ῥίζαις φθαρὲν, οὐδέποτε τὴν ἀνάλυσιν εἰς σπέρμα ἔλαβε.

7. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ — φύσεως) Natura facit, vt ad eandem rem reuertantur, a qua profecta ſunt; a ſemine originem duxerunt plantae, ad ſemen reuertuntur. Monuit autem auctor hoc, vt ita aeternitatem ſpecierum, ſeu rectius formarum, efficeret.

§. 14.

1. Ocellus ad aliam nunc tranſit rerum in Vniuerſo occurrentium formam, ad homines et animalia, de quorum perennitate nonnulla, et ea quidem obſcuriora, monuit. Vizzan. in hac §pho inſcripſit: *idem in hominibus et animalibus indicatur*; nimirum quanam ratione aeternitas a natura entibus caducis conferatur, vt antea monuerat. Sed huius rei non eſt facta mentio, ſi quid video. Vizzan. quidem infra legit ἄλλα

γίνεται pro ἀπογίνεται; vertitque *et alia fiunt.* at enim hanc lectionem reiiciendam esse, iam codicum efficit auctoritas. Itaque non valde repugnarem, si quis hanc etiam paragraphum mutilam censeat esse, sed sine codicum auxilio non emendandam. Ad hanc sententiam nos iam adducere potest magna eius obscuritas in singulis enunciationibus, tum multo maior in nexu cum antecedentibus. Quid explicando efficere possimus, conabimur, aequos et beneuolos iudices sperantes.

2. ὑποβεβηκότως) Vocabulum, nisi fallor, prorsus ἅπαξ λεγόμενον. deest Stephani Thesauro; sed Lexicon Basileense vertit: *penitus.* nescio cur. Nogarola: *humiliore quadam ratione.* Vizzanius: *longe inferiori ratione;* et in paraphrasi: *deteriori modo.* Battaesius: *les hommes et les autres animaux sont traités moins avantageusement par rapport au terme de la Nature.* Christianus: *successiue potius vniuersum naturae terminum subeunt;* et D'Argens. *changent successivement, et courent plus vite au terme de la nature.* Rotermundus adeo pro perf. participii habuit ab ὑποβαίνω, ich gehe, schreite fort. Nog. Vizz. et Battaesii versio commendatur vsu voculae ὑποβαίνειν, quod *deteriorem, inferiorem esse* denotat. cf. praeter ea, quae Stephan. in Thes. T. I. p. 654. attulit, Iosephum Antiqu. XI. p. 364. E. edit. Genev. de templo secundo: ὅσον ἦν τῆς ἀρχαίας εὐδαιμονίας ὑποβεβηκός. Eustath. ad Iliad. α, 4. καὶ ὑποβεβηκέναι μέν φησι θεοῖς δαίμονας, ἀνθρώπους δὲ ἥρωσιν. Sed qua in re cernitur ista deterior conditio? Deinde quibus tandem rebus sunt deteriores, num elementis, an plantis, de quibus proxime dixerat? Si cum elementorum generatione hominum comparetur generatio, quod sequentia καθάπερ etc. nos cogunt statuere, deterior mutationis conditio in eo cerneretur, quod homines non vicissim mutantur, nec tot, et tam varios generationis ex se inuicem modos admittunt, quam elementa. At enim quo iure haec dici poterat mutatio deterior? Fortasse, quia ita interitus

itus magis imminere videtur generi. Sin cum plantis et arboribus comparationem inſtitutam arbitrari velimus, multo minus aut diuerſitas, quae in ſequentibus affertur, aut deterior quaedam generatio deprehendetur. Neque vero alteram explicationem, qua *ſucceſſiue* vertunt, valde probare poſſum. Nam, vt taceam, parum de hac voculae ſignificatione conſtare, ne id quidem apparet, quomodo homines magis ſucceſſiue, quam elementa, aut quam plantae, mutationis curſum perficiant. Itaque malo confiteri, me voculam non ſatis intelligere, quam coniecturis ſiue in explicando, ſiue in corrigendo textu indulgere.

3. *τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσ.*) Vizzanius aeternitatem intellexit, ad quam animalia et homines tendant; „nihil aliud enim [inquit] auctor hic per *ὅρον* potuit expreſſiſſe, tum quia nunc ſolam aeternitatem contemplatur, ea tamen ratione, qua entibus confertur, cum etiam, quia a quibuslibet entibus perpetuum eſſe primo ac praecipue expeti nos monuit Philoſophus, dum 2 de anim. 34. — dum hunc eſſe *τὸ οὗ ἕνεκα* doceamur 2 Phyſ. 29.“ Sed vtrumque argumentum nihil probat; nam in proxime antecedentibus et ſequentibus auctor non de aeternitate ſola, ſed maxime de mutationibus, de ortu et interitu loquitur; argumentum autem ex Ariſtotelis ratione deſumtum nemo non infirmiſſimum iudicabit. Falſam autem eſſe hanc explicationem ſatis docemur a vocula *ἀμείβειν*, quae non denotat *peruenire ad aliquid*, *pertranſire ad aliquid*, vt vertit Vizzanius, ſed *commutare*, *permutare*, *vnum ſumere loco alterius*, et inde *tranſeundo aut abeundo aliquid relinquere*, velut *ἀμείβεσθαι ἕρκος ὀδόντων.* Iliad. ι, 409. vid. Schol. cf. Odyſſ. α, 64. κ, 328. *ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλεως ἀμείβεσθαι.* Plato Apol. Socr. c. 27. pag. 140. Fiſch. Sed in eiusmodi formulis Medium ſemper reperi. Dixit vero Anacreon. I, 5. *ἀμείβειν νεῦρα, λύρην*, et ſupra habuimus §. 12. *κύκλον ἀμείβειν*, i. e. ſingulas eius partes commutare, ideoque, eum percurrere. Formulam *κύκλον ἀμείβειν* inueni in

Diogen. Laërt. VIII, Sect. 14. de metempſychoſi Pythagorae: ψυχὴν, κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις, eamque deprehendi etiam in Cleomedis κυκλικῇ θεωρίᾳ. 1, 2. vbi de planetis dicitur curſum ſuum conficientibus: ἀπὸ τούτου ἐστὶν ὁ τοῦ Διός· καλεῖται δὲ Φαέθων, δωδεκαετίᾳ τὸν οἰκεῖον ἀμείβων κύκλον. atque ſynonyma ſunt κύκλον ἀπαρτίζων et κύκλον ἀνύειν c) et poſtea ἐνιαυσιαίαν τὴν περίοδον ἔχειν. Itaque ὅρος h. l. aliter ſumendum non eſt, quam Ocelli ipſius explicatio huius voculae §. 4. poſtulat. ὅροι ſunt γένεσις, ἀκμὴ et τελευτὴ et hos quidem terminos percurrit natura, quae oritur augetur et interit. Quod autem dixit τὸν καθόλου ὅρον, in eo ſine dubio ſingularem pro plurali poſuit; vocabulum καθόλου autem videtur adamauiſſe. cf. c. 2, §. 23. c. 4, 9. c. 4, 13. Nogar. vertit: *communem terminum*; Vizzan. ad vniuerſalis *terminum naturae*. Equidem intelligo terminos naturae omnino conſpicuos, qui in omnibus rebus finitis reperiuntur. Ceterum de ſignificatione huius voc. cf. Ariſt. περὶ Ἑρμην. c. 7.

4. οὐ γάρ ἐστιν ἐπανακ.) Probat nunc ſententiam ſuam. hi enim, inquit, non reflectunt ſe, nec redeunt ad primam aetatem; continua eſt in iis ſucceſſio, continuus progreſſus, ita vt confectum curſum non repetant. De voc. ἀνακάμπτειν vid. Fiſch. V. Cl. ad Platon. Phaedon. c. 17. not. 4. pag. 302. Rem ipſam deſcribat Ariſtoteles de Gen. et Corr. II, t. 59. τὰ ἁπλᾶ σώματα μιμεῖται τὴν κύκλῳ φοράν· ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γένηται, καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τοῦ πυρὸς ὕδωρ, κύκλῳ φαμὲν περιεληλυθέναι τὴν γένεσιν, διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν, ὥστε καὶ ἡ εὐθεῖα τούτων φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλῳ, συνεχής ἐστιν, et t. 99. ἄνθρωποι δὲ καὶ ζῶα οὐκ ἀνακάμπτουσιν εἰς ἑαυτοὺς, ὥστε πάλιν γίνεσθαι τὸν αὐτὸν, οὐ γὰρ ἀνάγκη, εἰ ὁ πατὴρ ἐγένετο, σὲ γενέσθαι, ἀλλ' εἰ σὺ ἐκεῖνον·

c) Quae formula infra, §. 14. etiam apud Noſtrum legitur. ἀνύειν autem de conficiendo itinere adhibetur. cf. Hom. Odyſſ. δ, 357.

ἀς εὐθὺ δὲ ἔοικεν ἆναι αὕτη ἡ γένεσις. Met. II, c. 2. p. 1248. C. *διὸ ἐκεῖνα μὲν ἐκ ἀνακάμπτει πρὸς ἄλληλα, οὐδὲ γίγνεται ἐξ ἀνδρὸς παῖς* etc. Primum igitur, quod dixit Ocellus, eſt: non fiunt e viris et ſenibus rurſus infantes, ita vt a ſenectute ſtatim ad infantiam tranſeat homo et animal. Ceterum Vizzanius haec annotauit: „per illam [reflexionem] certe relatam *in antec.* innuit aſſequendae aeternitatis rationem, quam in plantis obſervarat, dum ibi regreſſum ad priorem ſtatum occurrere indicauerat, quum e ſemine fructus, et ex hoc rurſus perenni quadam reflexione ſemen prodiret, quam exprimens eleganter *ἡλικίας* nomine vti voluit; vbi enim ſeminis et fructus connexio conſideratur, qui idem quodammodo eſſe videntur, tunc certe aetatis licet meminiſſe; quum enim tantum prioris, et poſterioris differant ratione ſemen et fructus, alias vero *ἄμφω ταὐτό ἐστιν*, 1. *de gen. an.* c. 18. ſemen infans fructus, ac fructus ſemen iam conſeneſcens videbuntur.“ Sed haec quidem aut non intelligo, aut ſunt ab hoc loco aliena; neque enim cum plantis proxime inſtituitur comparatio, vt iam monui; quodſi obſeruaſſet Vizzanius, non adeo elaboraſſet, pag. 82. ſqq. in diſcrimine inter hominum et plantarum generationem conſtituendo. ex quo quidem loco addam, quae ad comparationem cum Ariſtotele faciunt: „hanc tamen *ἐπανάκαμψιν*, et ipſe [Ariſtot.] in aliquibus tantum entibus obſeruauit, at longe diuerſa ratione ab Ocello; nam hanc in elementis primo videtur profeſſus, de Gener. et Corr. II, t. 24. et ſqq. vbi text. 30. inferebat, *ὅτι μὲν ἓν ἅπαντα ἐκ παντὸς γίγνεται, καὶ τίνα τρόπον ἀς ἄλληλα μετάβασις γίγνεται.* ac inde in nubium et pluviae ortu *ibid.* t. *vlt.* et tandem in caeteris entibus. *ibid.* hoc tamen addito diſcrimine, quod, ſi in entibus mobilibus ex aeterna conſtitutis ſubſtantia verſemur, haec eadem numero regredi continget: at ſi corruptioni obnoxia entia contemplemur, haec eadem tantum ſpecie iterari continget.“ Qualiacunque demum haec ſint, inde tamen apparet, has res ab Ariſtotele *magis diſtincte* eſſe tractatas.

5. οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα) Nogarola ἀντιπερίστασιν vertit: *contrarii circumſtantiam*, quamvis, vt ipſe ait, fortaſſe nimis licenter; idemque affert, Theodorum Gazam conuertiſſe: *circumobſiſtendi rationem;* et Hermolaum Barbarum: *reciprocationem;* alios denique: *aduerſum conatum;* pergitque: „cauſam interpretationis expoſui in illa epiſtola Veronenſi, quae eſt ad Timotheum Iuſtum ſobrinum meum — in qua quidem epiſtola duplicem oſtendi in natura reperiri ἀντιπερίστασιν, Platonis vnam, (tametſi eo vocabulo nunquam vſus eſt Plato) alteram Ariſtotelis, quam ipſe ex hoc Ocelli opuſculo, ſi non ex alio, fortaſſe mutuatus eſt. Verum hae duae ἀντιπεριστάσεις longe inter ſe differunt; prima enim loci mutatione, ſecunda alteratione qualitatum effici ſolet.“ Hactenus Nogarola, in quo quum reliqua hic dicta non probem, tum multo minus video, quid ſibi iſta Platonis velit ἀντιπερίστασις, non ἀντιπερίστασις, ſed quaſi ἀντιπ. Neque vero probari poſſunt, quae e Budaeo Stephanus in Theſauro T. I. pag. 1787. attulit, quum verteret: *circumobſiſtentia cohibitio et compreſſio vndique circumfuſa.* nam neque fundamento ſolido ſuperſtructa eſt haec explicatio, nec loca poſſunt ſatis intelligi partim ab aliis partim a me allata. Quare non ſolum licebit, ſed neceſſarium eſt etiam, noua conari. περιίστασθαι eſt etiam idem fere quod περιφέρεσθαι. cf. Ariſtot. Phyſ. IV. c. 9. t. 83. ἀεὶ γὰρ μεθισταμένου τούτου συμβήσεται, ἐὰν μὴ κύκλῳ περιίστηται. οὐκ ἀεὶ δὲ εἰς τὸ κύκλῳ ἡ φορὰ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ εὐθύ: denotatque partim *circumire*, partim *circumagi*, prout Paſſiuum eſt aut Medium. inde deriuanda quoque ſignificatio τοῦ *vitare*, *declinare*, quam exemplis docuit d'Oruille ad Chariton. pag. 282. Lipſ. nam vitantes rem, circumire eam atque ita euitare ſolemus; inde περίστασις etiam *circuitum* denotat, vid. locum Athenaei apud Steph. ἀντιπερίστασις eſt igitur *circuitus contrarius*, motus in gyrum, in quo eſt aliquid contrarium. Haec ſignificatio aptiſſima eſt locis Ariſtotelicis, in quibus haec vocula legitur. Phyſ. IV. c. 8. t. 69. Ἔτι, νῦν μὲν κινεῖται τὰ ῥιπτόμενα, τοῦ

ὥσαυτος ἐχ ἁπτομένου, ἢ δι᾽ ἀντιπερίστασιν, ὥσπερ ἔνιοί φασιν· ἢ διὰ τὸ ὠθεῖν τὸν ὠσθέντα ἀέρα θάττω κίνησιν τῆς τῦ ὠσθέντος φορᾶς, ἣν φέρεται εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον. h. e. iactae res mouentur, ſi vel eas non (amplius) attingat, qui proiecit; vel propter motum quendam contrarium, i. e. ita, vt aëris particulae redeant in locum, quem iacta res ante occupabat; vel quia etc. cf. Phyſ. VIII. c. 10. t. 82. διὸ καὶ ἐν ἀέρι καὶ ἐν ὕδατι γίνεται ἡ τοιαύτη κίνησις, ἣν λέγουσί τινες ἀντιπερίστασιν εἶναι, vbi ἀντιπερίστασις aperte nominatur κίνησις, et quidem motus, qui in aëre etiam et aqua locum habeat; tum nimirum, vt puto, quum velut nauis fluuium adſcendat. Statim in ſequentibus: ἡδ᾽ ἀντιπερίστασις ἅμα πάντα ποιεῖ κινεῖσθαι καὶ κινεῖν, ὥστε καὶ παύεται, i. e. ἀντιπερίστασις facit, vt omnia, ſcilicet quae iam in motu ſunt, et moueant et moueantur; quod idem eſt ac ſi dixiſſet: in contrario enim motu conatus eſt etiam contrarius et ſibi inuicem repugnans, vnde etiam quies oritur. Problem. Sect. II. Probl. 16. διὰ τί οἱ καθεύδοντες μᾶλλον ἱδροῦσιν; ἢ [num leg. ἦ] διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν; ἀθροισθὲν γὰρ τὸ θερμὸν ἐντὸς, ἐξελαύνει τὸ ὑγρὸν *d*). qui locus non cum interprete reddendus: *an circumobſiſtendi ratione euenit; calor enim parte interna collectus poteſt expellere humorem.* Immo vero: num propterea, quod contrario motu vnum in locum alterius concedit? i. e. num propterea, quod calor, qui exire non poteſt, colligitur, et humorem loco mouet; penetrat in locum, quem antea humor occupauerat. Plutarch. de Decret. Philoſ. phyſ. IV. c. 1. §. 7. Εὔδοξος τοὺς ἱερᾶς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν ἀντιπερίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅταν παρ᾽ ἡμῖν ᾖ θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν οἰκῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν ἀντοίκοις χειμών ἐστιν: quo loci tamen paullo alia eſt voculae ſignificatio; nam non deno-

d) Hic locus videtur ſeduxiſſe interpretes, et effeciſſe, vt cohibitionem et ſimiliter verterent. Ita nimirum acceperunt, ac ſi ἀντιπερίστασις in cauſa eſſet τοῦ ἀθροίζεσθαι, quod temere factum eſt; reliqua enim loca allata docent, eam potius pertinere ad ἐξελαύνει.

tat contrarium motum, i. e. motum rerum ſibi repugnantem et oppoſitum; ſed potius contrarium motum, ſi intelligas eum contrarium, qui efficiat, vt res variae ad alias contrario modo ſe habeant; ſenſu priore enim anni tempeſtatibus eo loco tum demum ἀντιπερίστασις tribui potuiſſet, ſi apud nos hiems, ver, aeſtas et autumnus hoc ordine ſequerentur, apud iſtos vero, qui hiemali tropico ſubiecti eſſent, hoc ordine: hiems, autumnus, aeſtas, ver. Cognata vox eſt ἀντιμετάστασις, quae etiam dicitur, vbi aliquid in alterius locum ſuccedit. cf. Ariſtot. Phyſ. IV, t. 3. et verbum ἀντιμεθίστασθαι Phyſ. IV, t. 37. Sed de hac vocula hic quidem ſatis, plura vero in annotationibus ad Ariſtotelem edendis, ſi Deo placuerit. Auctor autem noſter vt videtur, ἀντιπερίστασιν μεταβολῆς tum inueniſſet in hominibus, ſi, quo modo e puero fit adoleſcens, ex adoleſcente vir, e viro ſenex, eodem modo etiam e ſene fieret vir, ex adoleſcente puer. Contrarium eiusmodi reditum eleganter deſcripſit Aelian. Var. Hiſt. III, 18. pag. 188. Kuhn. Γίνεται κατὰ βραχὺ νεώτερος, καὶ τὰς φθανέσας ἡλικίας καὶ τὰς ἤδη διελθέσας ἀναλαμβάνει ὀπίσω. Τὸ μὲν γὰρ γῆρας ἀποῤῥίψας ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ὑποστρέφει, εἶτα ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἀναχωρεῖ, εἶτα παῖς γίνεται, εἶτα βρέφος. Quodſi omnia colligamus, quae hactenus diſputauimus et effecimus: ſenſus huius loci eſt: in hominibus et omnino in animantibus non reperitur ἐπανάκαμψις, i. e. non fit ſenex rurſus infans, quemadmodum ignis in terram conuerti poteſt; nec reperitur ἀντιπερίστασις, i. e. non fit e ſene vir, e viro adoleſcens, ex infante rurſus ſtatim ſenex, ita vt interiacentes aetates tranſiliantur; quemadmodum ex igne fit aër, ex aëre aqua, ex aqua terra, ex terra rurſus ſtatim ignis. Quae quum ita ſint, Vizzanii coniectura, e male intellecta vocula ἀντιπερίστασις, quam pro circumobſiſtentia, vt ita dicam, accepit, orta, reiicienda eſt; quare nec afferenda longa eius hac de re diſſertatio.

6. *τὸν διὰ τ. τεσσ. — ἡλικιῶν*) In hoc loco, quod miſerandum ſit, laborauit Vizzanius; addam tamen eius

diſſertationem, quum docta ſit, et ad locum explicandum faciat, interiectis tamen iis, quae mihi videntur aut ad refutationem aut ad confirmationem monenda. „Arduam prodire cerno difficultatem, dum, quid per circulum quatuor diuiſum ſectionibus Ocellus exprimat, coniicere longe arduum videatur; aetates ſiquidem ibi non reſpexiſſe auctorem, vel ex eo patet, quod earumdem illico meminit addita particula *καὶ*, quae eas ab eo circulo videatur arcere, [at enim *καὶ* h. l. vim explicandi habet. cf. Zeunii diſſertationem Vigero de Idiotism. inſertam — p. 525] aetatum quinimo numerus idem confirmat, dum hae longe plures recenſeantur, ſi, quam vulgus ſequitur, earundem ſpectemus conſtitutionem; ac tres tantum conſtituantur, ſi Philoſophis velimus adhaerere, eas tres tantum in vnoquoque animali cognoſcentibus, nempe iuuentutem, vigorem, ac ſenium, [at hoc non omnibus philoſophis in more poſitum fuiſſe, ipſe Vizzanius infra ſatis docuit.] vt dicitur *de reſp.* c. 18. 3 *de an.* 59. *et rhetor.* 2. c. 12. vbi *et duobus ſeqq. cap.* harum cuiuslibet aetatum mores ad viuum exprimuntur, et 8. *eth.* cap. 1. quo loci amicitiam vnicuique aetati multum conferre eruditiſſime monens Ariſtoteles dicebat prodeſſe *καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον, καὶ πρεσβυτέροις πρὸς θεραπέιαν καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως δι᾽ ἀσθένειαν βοηθεῖ, τοῖς τ᾽ ἐν ἀκμῇ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις*, idemque Ocellus ſentire videtur, qui in rebus ipſis tres tantum hosce ſtatus agnouit. [eſt hoc quidem aliquid, ſed nihil impediebat Ocellum, quo minus tres iſtos terminos, cum aliis, et cum recepto, vt videtur, ſermonis vſu, relinqueret.] quod ſi haec etiam elaberetur difficultas, quin ſuperfluitatis reum afferamus Ocellum vix euitabimus, dum circulum quadripartitum aſſeruit quaternario: quis enim id ignoret, vel ternario, aut quinario ſectionem quadripartitam ſtolide opinetur. [Sed, num omnis pleonasmus ita accuſandus? nec eſt tam abſurdus, quam reddere eum Vizzanius ſtuduit, nam *διὰ τῶν τεσσάρων* h. l. non eſt propter quaternionem, ſed *ἀνύσαντα τ. τετρ. κ. διὰ τ. τεσσ.* et quum

confecerunt, percurrerunt quadripartitum circulum et curſum, qui per quatuor iſtas aetates procedit]. Duplici via vim difficultatis eludi poſſe crediderim: primo modica verborum textus immutatione: poſtremo hac reiecta ad Pythagoreorum placita confugiendo, quarum vtramque proponam, vt iis potius eruditorum ingenia excitentur, quam acquieſcant. Dicerem igitur, transponendam particulam ἀλλὰ, et ante vocem ἀνύσαντα collocandam, quod mendum facile potuit vitio librariorum irrepere, dum vocem forſitan in MS. codicis margine collocatam, incuria potius illi, quam huic, adnectere deliberarint, tunc enim legendo textum eo pacto, quo in MSS. Vaticanis deſcribitur, in quibus habetur, ἀλλὰ τὸν [Sedd. Vatt. Codd. vt in margine ad textum attulit Vizzan. conſentiente Siebenk. legunt τῶν διὰ τεσσ.] διὰ τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν. et voce ἀλλὰ inde remota, legendo poſt κύκλον, ἀλλ᾽ ἀνύσαντα, prima facie certe ſenſus auctoris menti conſonus occurret, dum per illa priora verba, vsque ad κύκλον, mutuam illam elementorum quatuor, quae recenſuerat, declaret mutationem, quam per antiperiſtaſin ſuccedere docuerat, et per ſequentia eam explicet, quae aetatum ratione in animalibus contingit. [Sed haec infeliciſſima dicenda eſt coniectura: nam 1) Accuſatiuus τὸν κύκλον pendere deberet ab omiſſa praepoſ. κατὰ, quod h. l. duriſſimum et a graecitate alienum eſt. 2) admiſſa hac coniectura, ἀνύειν accuſatiuo deſtituitur, quod ferri non poteſt, praeſertim quum 3) ἀνύειν κύκλον graece ſaepius dicatur, vt κύκλον ἀμείβειν. cf. n. 3. Itaque omiſſis iis, quae Vizzanius admiſſa hac coniectura de tollendis difficultatibus diſputauit, ſtatim addam alteram eius difficultatis tollendae rationem.] quodſi cuipiam hanc vel minimam [ſed etiam duriſſimam, et a graecitate remotam] textus mutationem [mihi] indulgere non arrideat, hac omiſſa, dicendum, auctorem ibi aſſerere, hominem et caetera animalia, relato *in praeced.* regreſſu, nec reflexione gaudere, at vbi confecerint circulum quatuor diuiſum ſectionibus, perire, et ne quis du-

bitaret, quisnam hic foret circulus, et qua ratione ipſum percurrere liceret, illico quid ſentiat proponere, ac dicere per mutationes aetatum, huius circuli percurſum ab animalibus praeſtari. iure autem quaternarii meminit in circulo, qui aetates complecteretur, quia licet hae plures numero a plerisque cenſerentur, quorum placita recenſuit Rhodiginus *Ant. Lect. lib.* 19. *c.* 21 *et* 22. conſtans tamen priſca ſecula inuaſit opinio, quod quatuor ſtatuendae forent aetates, vt apud Perſas legimus obſeruatum, vnicuique harum propria fora, ac praeſides aſſignantes, *Xen.* de Cyri educat. lib. I. [c. 2. §. 4. ſqq. cf. Barn. Briſſon. de regio Perſ. princip. Lib. II. §. 79. ſqq.] quam videtur ſectionem medicorum ſchola amplecti, dum Galenus eas quatuor ſtatuerit, quarum primam τῶν νέων, alteram τῶν ἀκμαζόντων, tertiam τῶν μέσων, poſtremam γερόντων nuncupauit. cui pariter diuiſioni adhaerebat Horatius, de arte poët. [vſ. 158 - 173. quem locum Vizzanius adſcripſit] has ergo quatuor aetates Ocellum opinor reſpexiſſe — et iure quatuor hic comtemplari voluit aetates, quia Pythagoreis familiare fuit, quaternarii etiam, quem excolebant, forte intuitu, quatuor homini aſſignare aetates, pueritiam ſcilicet, adoleſcentiam, iuuentutem ſeu virilitatem, ac tandem ſenium, priorum vnicuique viginti annos, poſtremae decennium [apud Laërt. etiam viginti annos] adſcribendo, quas Pythagoras cum anni temporibus ita conferebat, Laërtio teſte, in eius vita [Lib. VIII. Segm. 10.] vt παῖς ἔαρ, νεηνίσκος θέρος, νεηνίης φθινόπωρον, γέρων χειμὼν, ſi aetates reſpicere placeret, percommode diceretur; ea forſitan ratione, qua praeſtitit Galenus, qui intimi caloris mutationes hominem afficientes contemplatus, primae aetati, quam ipſe νέων dicebat, calidam ac humidam temperaturam adſcribebat, eam veriſimilem conſtituens; ἀκμάζοντας calere ſimul, ac areſcere aeſtatis modo; μέσους frigidos pronunciabat ac ſiccos, eo fere pacto, quo autumnum conſpicimus, et γέροντας tandem humectos cum frigiditate aſſerebat: ideoque acute Patroclus [Πατροκλῆς] apud Stobaeum *Ser.* 115. [pag. 592. l. 47.] ſe-

nectam τοῦ βίου χαμῶνα dicebat, in primis ſanguinem, alteris flauam bilem, tertiis nigram, ac tandem in ſenibus phlegma ratus efflorefcere: quibus Ocellum quoque vero ſimile quum ſit adhaeſiſſe praeceptoris velut eruditiſſimi placitis, quae ideo Pythagoram Ouidius Metam. XV. ſic effingebat referentem: *Quid? non in ſpecies ſuccedere quatuor annum:* [etc. Vizzan. attulit vſſ. 199.-213.] elegantem certe Auctoris ſenſum e verbis textus elicere licebit, quod ſcilicet homines, et alia animalia non regreſſu, et reflexione iam allatis gaudeant, ſed vbi quadripartitum circulum abſoluerint per mutationes aetatum, intereant. nec addita vox τεσσάρων tali caſu ſuperfluet; nam haec exprimi non poterant per τετραμερῆ κύκλον tantummodo, eo quia hunc in cunctis entibus obſeruabant Pythagorei: eorum enim dum placita interpretaretur Hierocles *in carm. Pyth.* 47. aiebat, καὶ ἁπλῶς τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχείων, ἀριθμῶν, ὡρῶν τῦ ἔτους, ἡλικιῶν συνοικισμῶν, καὶ ὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὃ μὴ τῆς τετρακτύος ὡς ῥίζης καὶ ἀρχῆς ἤρτηται." [cf. Harleſ. ad locum Pythag. in Antholog. poët. pag. 73. ſq.] Hactenus Vizzanius; neque enim plura deſcribere, ſine reprehenſione, licet.

7. διαλύεται καὶ ἀπογίνεται) In vocula διαλύεται argutatus eſt Vizzanius: „de plantarum interitu differens hic dixit ἀνάλυσιν ποιεῖται, at vbi animalium interitus meminit, vocem διαλύεται, non ἀνάλυσιν aſſumſit; indicaturus, non haec in ſibi cognatum reſolui, vt ea, ſed ita diſſolui, vt quid extraneum prodiret." Sed haec talia equidem non auſim affirmare. Nec probare poſſum lectionem Vizzanii καὶ ἄλλα γίνεται, *et alia fiunt*; nam nec auctoritate Codd. commendatur, nec videtur conſtructionis ratio huic lectioni fauere, quamuis ſenſum praebeat haud ineptum. ἀπογίνεσθαι vero eſt, *mori*. cf. II. §. 2. et IV. §. 3. Non male quaeritur h. l. vtrum Ocellus animae immortalitatem et metempſychoſin negauerit? D'Argenſius quidem, in voculis μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, et in vltimis paragraphi verbis ταῦτα ἓν ἐστι etc. ſatis indicii poſitum puta-

vit, cur Ocellum credamus vtramque negaſſe. cf. eum pag. 26 et 28. edit. Francog. idemque ſingulare eſſe putat, quod Ocellus huius rei nusquam fecerit in tali libello mentionem! Ego vero cum eo conſentire non poſſum; nam neque e voculis a D'Argenſio adductis quidquam apparet, aut concludi poteſt; ſi modo contextum et finem auctoris bene reſpiciamus; neque ſilentium illud valde mirandum eſt; nam non erat, cur de animae immortalitate hic ageret auctor; nec debebat eam attingere, niſi aliena voluiſſet admiſcere. Noſtro enim capite docuit, Mundum eſſe aeternum; contra hanc ſententiam moneri poterat: ſingulas res in Vniuerſo perire; quare illuſtrandum et docendum ipſi fuit, quo pacto in rebus caducis poſſit eſſe aeternitas, quod hisce paragraphis efficere ſtudet. Itaque non erat, cur de anima ad caducas res non pertinente diſputaret, quum ea non poſſet mouere obiectionem; de corporum potius ſub adſpectum cadentium generatione et interitu diſſerendum ipſi fuit. Caeterum haud ſcio, an metempſychoſeos veſtigia infra, c. II, §. 2. *τὸ μὲν γάρ ἐϛιν ἐν αὐτῷ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων*, conſpici poſſint.

8. *τὰ δ' ἐπὶ μέρ. — διαλύεσθαι)* *τὰ ἐπὶ μέρȣς* non ſunt partes, ſed particularia, ſingula, *ἐπιγινόμενα* explicationis cauſa adiectum eſt, eandemque voculam apud Thucydidem II, 36. eodem fere modo adhibitam inueni; dixit enim Hiſtoricus *διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων.* Ceterum cf. §. 7. not: 6. Similis ſententia eſt apud Auctorem libri de Mundo. c. IV. fin. *Ὡς δὲ τὸ πᾶν εἰπεῖν, τῶν ϛοιχείων ἐγκεκραμένων ἀλλήλοις, ἐν ἀέρι τε καὶ γῇ καὶ θαλάσσῃ, κατὰ τὸ εἰκὸς, αἱ τῶν παθῶν ὁμοιότητες συνίϛανται· τοῖς μὲν ἐπὶ μέρους φθορὰς καὶ γενέσεις φέρουσαι, τὸ δὲ σύμπαν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγένητον φυλάττουσαι.*

§. 15.

1. Vizzan. inſcripſit: *Ratio poſtrema, qua Vniuerſi aeternitas infertur.* Magna tamen huius ſectionis pars

cernitur in breui argumentorum iam allatorum repetitione. Equidem vix effugere poſſum coniecturam, plura excidiſſe, et hanc §. ex nouo quodam argumento, aut pluribus etiam, et ex repetitionis argumentorum fine eſſe conflatam. Sed id non valde defenderim.

2. πιςῦται) i. e. confirmat. πιςῦσθαι in Medio eſt fidem facere iure iurando, aut data dextera promittere. cf. Hom. Iliad. ζ, 233. χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιςώσαντο. vbi Scholia: πίςεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις. et Odyſſ. O, 435. εἴ μοι ἐθέλοιτέ γε ταῦται Ὅρκῳ πιςωθῆναι — ἀπάξαι. vbi Aor. Paſſiui Actiuam vel etiam Mediam ſignificationem habet. Sed occurrit etiam Paſſiue. Odyſſ. φ, 218. vobis oſtendam aliud ſignum, ὄφρά μ' εὖγνωτον, πιςωθῆτόν τ' ἐνὶ θυμῷ. Ceterum cf. Steph. Theſ. T. III. pag. 145. ſq. Senſus autem eſt: praeterea aeternitas figurae, motus et temporis hoc confirmat; quare ſeu itaque nec genitus nec interiturus eſt mundus. Illud διότι vexauit interpretes. Nogar.: „praeterea — nobis fidem faciunt, qua ratione mundus nec genitus, nec interiturus ſit.“ Vizzan.: „hoc ſuadent, quare ingenitus *ſit* mundus“ etc. Sed aut διότι poſitum eſt *e*) pro ὅτι, qua de re conf. Vigerus de Idiotism. pag. 549. Zeun. aut poſt πιςῦται colon ponendum; et διότι vertendum: *quare*, vel, *quocirca*.

3. καὶ ἄφθαρτος) Noſter quidem non videtur diſcrimen ſtatuiſſe inter ἄφθαρτος et ἀνώλεθρος, nam quod ſupra §. 2. dixit ἀνώλεθρον, idem h. l. ἄφθαρτον, et voculam φθορὰ de interitu adhibuit. §. 10. nec poteſt obiici, quod ἀνώλ. et ἄφθαρτος componantur §. 10. et 11. auctor enim a ſynonymis cumulandis non admodum ſibi cauit. Sed aliter hae voculae apud Ariſtotelem occurrunt, vbi φθορὰ non ſemper eſt interitus et

e) διότι proprie eſt: διὰ τοῦτο, ὅτι. cf. Plato Euthyphr. c. 12. p. 38. Fiſch. ὅτι ὁμολογοῦμεν, τὸ μὲν ὅσιον διὰ τοῦτο φιλεῖσθαι, ὅτι ὅσιόν ἐςιν. ἀλλ' οὐ, διότι φιλεῖται, ὅσιον εἶναι.

ἄφθαρτος non ſemper interitus expers; ſed potius: imminutio, fractio, detrimentum; et ἄφθαρτος quod nihil capit detrimenti. velut Phyſic. III. c. 4. t. 30. vbi de infinito ex aliorum ſententia diſputans, ait: ἔτι δὲ καὶ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον, ὡς ἀρχή τις ἔσα. τό τε γὰρ γενόμενον, ἀνάγκη λαβεῖν τέλος· καὶ τελευτὴ πάσης ἐςι φθορᾶς. Argumentum nimirum hoc eſt: Infinitum imminutionem et detrimentum non capit, non fit deterius; nam ſi minueretur et debilitaretur, finem etiam conſequeretur; nam omnis corruptio finem habet, ſeu omnem corruptionem finis et interitus conſequitur. Quodſi hoc modo interpretemur, non eſt, cur locum corruptum eſſe ſuſpicemur; cf. Tidemann. Geiſt der ſpekul. Philoſ. T. I. pag. 51.

4. σχήματος ἰδέα.) i. e. nihil aliud quam σχῆμα. nam ἰδέα vix aliud hic poteſt ſignificare, quam ſpeciem, formam; quemadmodum dixit Herodot. I, 80. ἔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρῶν. cf. Herodot. II, 76. vbi εἶδος, ἰδέη et μορφὴ alternant. ipſam formulam inueni apud Cleomedem in κυκλ. θεωρία, qui de globoſa terrae figura diſſerens et varia phaenomena inde explicans addidit: ἐν ἑτέραις γὰρ σχημάτων ἰδέαις ἐδὲν ἂν εἶναι δύναιτο τῶν προειρημένων. Ita nimirum legitur in Codice Viteberg. σχῆμα autem dici videtur, quoad ineſt rei, ἰδέα quoad apparet et animaduertitur ab hominibus: quare etiam Valla apud Cleomedem vertiſſe videtur: *figurarum faciebus.* Plutarch. de Decret. Philoſſ. phyſ. I, 14. definit: σχῆμά ἐςιν ἐπιφάνεια, καὶ περιγραφὴ, καὶ πέρας σώματος. De figura Mundi autem cf. eundem Lib. II, c. 2. et Vizzanius attulit Ariſtot. de Coelo. II, c. 4. t. 22. ſqq.

5. κύκλος) h. l. pro σφαῖρα dictus videtur. cf. Cicero de Nat. Deor. II, 18. Quumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretari placet), ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur. cf. Parmenidis Fragm. vſ. 96. ſqq. Fülleb.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πεῖρας πύματον τετελεσμένον ἐςὶν,
Πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ,
Μέσσοθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ, τὸ γὰρ οὔτέ τι μεῖζον
Οὔτέ τι βαιότερον πέλεναι χρεὼν ἐςι τῇ ἢ τῇ.

6. ἴσος καὶ ὅμοιος) De significatione vocularum vide supra ad §. 5. n. 5. de re autem cf. Plato Phaedone. c. 58. pag. 455. sq. Fisch. τὴν ὁμοιότητα τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ αὐτȣ̃ ἑαυτῷ πάντῃ.. et praeter locum Parmenidis iam adscriptum, ea, quae apud eundem vs. 102. sq. habentur:

— — ἐπεὶ πᾶν ἐςιν ἄσυλον·
Ἦ γὰρ πάντοθεν ἶσον ὁμῶς ἐν πείρασι κυρεῖ.

7. διόπερ ἄναρχ. καὶ ἀτελεύτ.) Vizzanius p. 87. „circulus autem principio caret et fine, quia, vt obseruabat Philosophus 8. *phys*. 76. τί γὰρ μᾶλλον ὁποιουȣ̃ν πέρας τῶν ἐπὶ τῆς (περιφερȣ̃ς) γραμμῆς; ὁμοίως γὰρ ἕκαςόν καὶ ἀρχὴ, καὶ μέσον, καὶ τέλος.. ὥς' αἰέ τε τινὰ εἶναι ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, καὶ μηδέποτε. ideoque Manilius, dum circularem figuram contemplaretur, canebat. Astron. I. [vs. 212. sq.]

Cui nec principium est vnquam, nec finis in ipso,
Sed similis toto remanet, perque omnia par est."

Haec quidem Vizzan. sed notandum est etiam, auctorem nostrum, vt et alibi, ita hic a notionibus recte constituendis et distinguendis esse alienum, contra ea sophistico quodam colore imbutum; miscet enim, a vocularum ambigua significatione deceptus, initium et finem in spatio et fine in tempore; et quum docuisset, mundi rotundi initium et finem in spatio deprehendi non posse; docuisse sibi videtur, aeternum eum esse. Sed hic paralogismus satis apertus; nec est quisquam, qui non videat, hunc syllogismum quatuor, vt vocant, pedes habere. Omnis orbis est ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος· nimirum a figura. Atqui Mundus est orbis; Itaque Mundus est ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος, nimirum a tempore. Hanc autem concludendi rationem apud Eleaticos reperiri, nemo est, qui nesciat.

8. ἧτε τῆς κινήσεως) Sc. ἰδέα. i. e. motus: „Motus quoque Vniuersi est circularis, qui suapte natura perennis est, quod luculenter probauit Philosophus *ibid.* quum primum motum illum esse edoceret. t. 73. *et seqq.* simulque solum continuum, et perennem: quarum sane conditionum motus rectus non est particeps, hic enim ratione spatii nequit esse infinitus, quia spatium actu infinitum renuit natura, vt late 3. *phys.* 40. *et sqq.* et si reflectatur motus, vnitate simul, et continuitate carebit, dum in puncto reflexionis semper intercedat quies, vt validissimis confirmatur rationibus 8. *phys.* 65. *et sqq.*" Vizzan. p. 87. add. Physic. VIII. t. 10.

9. ἀπαράβατος) hanc voculam inueni apud Iamblich. de Vita Pythag. c. 28. sect. 135. προῤῥήσεις σεισμῶν ἀπαράβατοι, vbi tamen alia significatione legitur; denotat enim certissimas, non mendaces; seu vt habet Obrechtus: *terrae motus infallibiliter praedicti*; non vt inepte Arcerius: *praedictiones terrae motuum sempiternas.* ἀδιέξοδος vero passim legitur apud Aristotelem, velut Physic. III, t. 35. Metaph. XI, c. 10. pag. 1385. B.

10. χρόνος) cf. Philo de mundo non interituro pag. 737. C. Colon. μεγίστην μέντοι παρέχεται πίστιν εἰς ἀϊδιότητα καὶ ὁ χρόνος· εἰ γὰρ ἀγέννητος ὁ χρόνος, ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ κόσμος ἀγέννητος etc. definit autem tempus: διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως. Caeterum praeter vnum Platonem omnes philosophi ante Aristotelem, si quidem huic fides habenda est, negauerunt, tempus esse genitum. Vid. Phys. VIII, t. 10.

11. ἥ γε μὴν ἐσ. — μεταβάλλειν.) Breuis repetitio argumenti supra copiosius expositi. §. 4. 6. obs. Et haec quidem in promtu fuerunt Ocello argumenta, quibus mundi aeternitatem efficeret; quemadmodum autem nullum eorum accurate probat id, quod vult auctor; ita haud parua attentione dignum est, quod desideratur argumentum illud teleologicum, a pluribus

prolatum. cf. Timaeum Locr. I, §. 8. Salluſt. de diis et mundo, c. 7. Quamuis enim id vel ſolam ob eam cauſam abeſſe poſſit, quod Ocellus Deum a Mundo tanquam auctorem non ſeparans, parum idoneum id eſſe putauerit; tamen non inepte ſtatueret, qui id Ocello omnino notum fuiſſe neget; id quod ipſe ſtatuere non dubito. nusquam enim dixit, Deum mundi eſſe auctorem; quare nec mundi interitum ab eo commode potuit repetere, nec omnino in illud argumentum facile incidere.

CAPVT II.

Hoc quidem capite auctor, allata Vniuerſi partitione, rationem generationis et corruptionis in parte mundi mutabili reddere ſtuduit. Ordinem autem hunc eſt ſecutus. Diſtinxit inter generationem, vel potius generatum, et inter generationis cauſam. §. 1. deinde et generati et generationis cauſae locum et ſedem in Vniuerſo definiit §. 2. Tum relicto cauſae loco, de parte mundi generationi obnoxia egit, vsque ad §. 21. docuit vero *a*) quid requiratur ad generationem; *α*) πρῶτον σῶμα πανδεχές. §. 3. *β*) contrarietates. §. 4. *γ*) Subſtantiae ſeu prima corpora. §. 5. His adiecta eſt diuiſio contrarietatum in actiuas et paſſiuas, et breuis hactenus dictorum repetitio, (§. 6.) *b*) Adiecit nonnulla, quae omnia ad corpora quaſi ſecundaria pertinere videntur. §. 7 - 10. *c*) Generationem primorum corporum breuiter adumbrauit §. 11; deinde vberius expoſuit §. 13 - 21. ita tamen haec leguntur, vt §. 12. primi corporis natura rurſus ſit inculcata. His abſolutis, nonnulla monentur de cauſa generationis. §. 22. 23. Si ita ordo conſtituatur, non dubito, quin, etſi non lucidus, tamen haud adeo obſcurus dici recte poſſit.

§. 1.

1. Ἐπεὶ δὲ — γενέσεως) Vizzanius inſcripſit: *Vbinam generatio ſit et generationis cauſa;* et in ſequenti

quenti textu: *Vniuerſi in ſuas partes diuiſio.* Male; hic enim nihil de iſto *vbi*, ſed ſola diſtinctio inter γένεσιν et αἰτίαν τῆς γενέσεως, earumque natura hic explicatur; alterum actiuum, alterum paſſiuum eſt. Neque hic *Vniuerſi* occurrit partitio, ſed partitio *rerum* in Vniuerſo *occurrentium*; quarum aliae ſunt περὶ τὴν γένεσιν, vel, vt poſtea ait, περὶ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν, aliae περὶ τὴν αἰτίαν. Omnem autem huius loci ſenſum euertit D'Argenſius, quum verteret: *C'eſt dans le Tout ou dans l' Vniuers, qu'eſt la génération, et la cauſe de la génération. La génération eſt là*, etc. Nam tali modo non ſolum disiunctiua diuiſio perit; ſed etiam non apparet, cur haec adiecta ſint ab auctore. Immo locus vertendus: *Quum autem, quidquid in Vniuerſo eſt, aut generatio ſit, aut generationis cauſa; quumque generatio ſit, vbi mutatio et exitus est ſubiectorum; cauſa vero generationis, vbi idem ſubiectum manet: apparet* etc. Caeterum Nogarola haec annotauit: „Hanc naturalium cauſarum diſtinctionem, aliis tamen verbis, ſic in Academicis [Lib. I. c. 6. §. 24.] expreſſit Cicero: *De natura autem (id enim ſequebatur) id dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera quaſi huic ſe praebens; eam, qua efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant, in eo autem quod efficeretur, materiam quandam.* Idem primo de Finibus [fortaſſe c. 6. §. 18.] et in Topicis [fortſſ. c. 14 et 15. §. 58.] Ex quibus quidem locis [?] facile colligi poteſt, vere locutum Ariſtotelem, quum in libro de ortu animalium et alibi dixit, veteres naturae interpretes, quos ſequitur Cicero, duas rerum tantummodo vidiſſe cauſas, effectricem et materiam".

2. Καὶ γένεσις μ. — ὑποκειμ.) i. e. Quumque generatio tum, aut ibi, locum habeat, et inueniatur. ἔκβασις Vizzanius *egreſſus*; immo apertius: *exitus.* In Noſtro hoc vocabulum eſt ἅπαξ λεγόμενον, ſed aperte ſignificat idem, quod ſupra διέξοδος. c. I. §. 4. 6. 12. atque occurrit apud Ariſtot. de Coelo. I, t. 4. τὰ ὑποκείμενα autem h. l. non ſunt materia *omnibus rebus* ſub-

iecta et omnibus quasi se praebens „ de qua §. 3. sed sunt res mutationibus obnoxiae, substantiae, quae vocantur subiectae, quia patiuntur generationem, eique tanquam materia subiectae sunt. Vizzanius ad h. l. in aliis pag. 93. ita: „Sed cur subiecti, singulariter, dum ortus caussam, pluraliter vero, dum ortum contemplaretur, meminisse voluit Ocellus? illam scilicet ibi dicens vigere, vbi identitas *subiecti*, hanc vero, vbi mutatio *subiectorum*. idcirco id auctorem praestitisse reor, quia in inferiori parte vniuersi plura adsunt indiuidua, quae assidue oriuntur, et intereunt, eaque idcirco plurali voce subiectorum opus fuit expressisse, quod in coelis cur non erat praestare? quia hic induunt vnius subiecti rationem, vnus in iis, ac idem quum vigeat operandi modus, ac ille hic obseruetur; eoque magis, quod Soli munus hoc praecipue assignabit. et obseruandum, quod licet vsus sit nomine ταὐτότης, vbi de coelis erat sermo, non vti voluit nomine ἑτερότης, quod illi opponitur, vbi materiam inferiorum considerabat, ne quis scilicet inde opinatus fuisset, diversae rationis materias subiici formis horum inferiorum, e quo inde euerteretur mutua illa inter ipsa immutatio, per quam dictum est superius caducis entibus aeternitatem attribui, et quam inter prima corpora succedere mox diffuse docebimur; nam quae inuicem immutantur, communem sortiantur materiam oportet, 1. *de gen.* t. 1." Hactenus Vizzan. ingeniose magis, quam vere; nam vereor, vt Ocello vocula ἑτερότης, qua nusquam, quantum constat, vsus est, in mentem venerit, quum haec scriberet; quare nec videtur ita deliberasse. Quid? quod sunt etiam hic vestigia confusionis notionum, apud antiquissimos philosophos toties obuia; supra enim *generationem* et *caussam* generationis opposuit, quamuis accurata ratio ibi postularet, vt non generationem, sed generatum, nominaret, quod postea etiam magis definite scripsit, τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν. Solet autem vsu euenire, vt, qui de re dicunt non nisi confuse concepta et intellecta, deinceps, quum varia ex parte eam considerauerunt, perspi-

eue dicere laborantes, rectioribus tandem et accommodatioribus voculis vtantur. —

3. περὶ μὲν τὴν — κινεῖσθαι) h. e. *in caussam cadere; caussae proprium esse.* Eadem sententia reperitur apud Aristot. de Gen. et Corr. II, t. 53. τῆς μὲν γὰρ ὕλης τὸ πάσχειν ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι, τὸ δὲ κινεῖν καὶ τὸ ποιεῖν ἑτέρας δυνάμεως. quem locum attulit etiam Vizzanius. Notandum est autem, auctorem h. l. non ὕλην dixisse, sed δεχόμενον τὴν γένεσιν.

§. 2.

1. In hac paragrapho auctor non tam id egit, vt Vniuersum in suas partes distingueret, quam vt, partitione Vniuersi proposita, caussae efficienti pariter ac generationi et corruptioni sedem assignaret. Caussa efficiens supra lunam est; quae infra lunam reperiuntur, mutabilia sunt et caduca omnia.

2. αἱ δὲ μοῖραι) Discrepantes interpretum sententias haec vocula procreauit, quas, quo melius lectores iudicare possint, adiiciam. Nogarola vertit: *Fata autem ipsa — distinguunt* etc.; quam versionem amplexus Vizzanius in Commentario pag. 95. ita explicauit: „Voce μοίρας hic fata certe expressa nemini dubium erit: at quid fatorum nomine significare voluerit, certo asserere difficillimum, hac enim voce auctorem alibi vsum fuisse non apparet. crediderim sane, ipsum pro lege eorum, quae in Vniuerso eueniunt, et per prouidentiam reguntur, fati nomen vsurpasse, quo fere pacto a veterum plerisque videmus acceptum *apud Plutarchum de plac. l. I. c.* 28. idque eo magis, quod inter Pythagorae dogmata hoc praecipue scimus refulsisse *ex Laërtio in vita Pyth.* [VIII. Sect. 27. διὸ καὶ προνοεῖσθαι τὸν θεὸν ἡμῶν, εἱμαρμένην τε τῶν ὅλων εἶναι, καὶ τὰ κατὰ μέρος, αἰτίαν τῆς διοικήσεως. vbi vid. Casaub.] quod in Deo inferiorum prouidentiam pie simul ac erudite quum col-

locaret, fato omnium per partes adminiſtrandorum cauſam, munusque adſcriberet: vnde forſitan Pythagoreus Archytas percitus aiebat, *στρατεύματος μὲν ἀγεῖται στρατηγὸς, πλωτήρων δὲ κυβερνάτης, τῷ δὲ κόσμῳ θεὸς, τᾶς ψυχᾶς δὲ νόος, τᾶς δὲ περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας Φρόνασις*, nec ab auctoris eleganti abhorret inſtituto, qui infra c. *vlt. t.* 2. viuidos homini appetitus a Deo inſitos, ac per ipſum perennitatem in ſingulis entium ſpeciebus ſuppleri quum ingenioſe profiteatur, *c. praec.* certe videtur auctorem cunctorum, Deum apertiſſime fateri, eo fere pacto, quo et Philoſophum ſcimus aſſeruiſſe, dum *alias allato t.* 38. 12. *met.* ait, *ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἤρτηται ὁ ἐρανὸς, καὶ ἡ Φύσις.* quem ſequutus Manilius et ipſe vniuerſum profeſſus aeternum, canebat. Aſtron. [II, 80-82.] — — — — omnia toto

Diſpenſata manent mundo, dominumque ſequuntur.

Hic igitur Deus, et ratio, quae cuncta gubernat.“

Et poſtea pag. 97. „nec dubitet aliquis, an hunc cauſſarum nexum, quo vniuerſum exactiſſime regitur, fati nomine voluerit Ocellus expreſſiſſe, quia voce *εἱμαρμένη* is potius ſignificari conſueuerit: et vox *μοῖρα*, qua hic vtitur auctor, illum potius cauſſarum ordinem prae ſe ferre videatur, quo ſingulis entibus ſua conditio a ſummo numine praeſcribitur, quod Pythagoreus Hierocles, exponens Pythagorae carmen illud: *Ὧς ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως Φέρε, μηδ᾽ ἀγανάκτει*, videtur obſervaſſe, dixit enim: *εἶναι δὲ τὴν ἑκάστῳ ἀπονεμηθεῖσαν ἀξίαν, τὴν νῦν λεγομένην μοῖραν, ἠρτημένην τῆς τε προνοίας τῦ θεῦ, καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως. εἰ μὴ γὰρ εἴη θεῦ πρόνοια, ἐκ ἂν εἴη τάξις ἐν κόσμῳ, ἣν καὶ εἱμαρμένην ἂν εἴποι τις.* etc. licet enim *μοίρας* nomine vniuerſale etiam fatum expreſſum apud pleroſque auctores intueri, quorum abunde exempla afferunt lexicographi, ad idque mens auctoris, ideo congrue referenda; eoque magis, quod longe aptius hic loci nomen *μοῖρα*, quam *εἱμαρμένη*, poterat collocari, dum hic ſectionis partium vniuerſi occurrat mentio,

Deumque ipſum μοῖραν dictum ἀπὸ τῦ μεμερίσθαι acute prodiderit auctor libri de mundo *c. vlt.* — nec tam rigido ponderandae examine, ac grammaticali trutina a Philoſopho acceptae dictiones, non voces, at res ipſas conſiderante *a*), quibus quemcunque vſum Grammatici adſcripſerint, hic ſane μοῖραν Ocellum aſſumſiſſe aſſerendum, pro eo naturali ordine, quo in coeleſtem mundus diuiditur, ac inferiorem partem.“ Hactenus Vizzanius, cuius vltimis verbis vſus videtur *D'Argenſius* ad concinnandam explicationem ſuam, Ocellum nimirum, mundi aeternitatem ſtatuentem, id tantum dixiſſe, quod ex hac aeternitate neceſſario conſequeretur; puta, omni tempore ita conſtitutum fuiſſe, vt mundi pars mutationibus haud obnoxia ſupra lunam, ſeparata fuerit a parte mutabili infra eandem *b*). At enim ſi Ocellus hanc voluiſſet afferre ſententiam, equidem non video, qui potuiſſet obſcurius dicere, quam verbis iis, quibus est vſus; neque vero h. l. quaeri videtur, quae ſit huius ordinis et deſcriptionis cauſſa, ſeu cur et a quo haec ſit orta partitio? ſed potius id ſolum videtur agere auctor, vt doceat, vbi ſit τὸ ἀεπαθὲς μέρος τῦ κόσμου et τὸ ἀεκίνητον. Non valde diſcrepat ab hac explicatione *Batteſii* expoſitio, hunc in modum ſcribentis: *Nous avons traduit* μοῖρας *par les deſtins; il auroit fallu traduire, ſelon l'etymologie, les partages mêmes, mais quoique le mot deſtin* faſſe *un ſens tres- obſcur, celui de partages en fait un plus obſcur encore. Le deſtin eſt dans les diſſertations théologiques des Anciens, ce que*

a) Hoc ſi nihil aliud ſibi vult, quam philoſophos ſaepe non eſſe ſecutos loquendi vſum a Grammaticis introductum: non habeo quod contra moneam; ſin e rebus ipſis quandam coniecturam ſenſus fieri poſſe, eamque explicationi verba ſequenti praeferendam eſſe voluit: haud ſcio, an nihil omnino ſit, quod omnem interpretationem magis euertat, quam hoc.

b) Pergit D'Argens: *La penſée d'Ocellus ſe préſente naturellement ainſi en diſant que les deſtins ont ſeparé la partie du monde etc. c'eſt dire que tout tems la partie du monde impoſſible a été deſtinée à être ſeparée.* etc. p. 55.

sont les qualités occultes dans leur expositions physiques: c'est-à-dire la cause indéterminée et inconnue d'un effet connu." Aliter etiam *Meinersius* Vir Illustris in diiudicatione editionis Battaesii in Bibliotheca philolog. Goetting. T. I. Part. IV. pag. 97. sq. qui quum e Censorino de die Natali, c. 8. partitionem Zodiaci attulisset, et Censorini locum: *sunt autem hae particulae in vnoquoque signo tricenae, totius vero Zodiaci numero CCCLX, has Graeci μοίρας cognominarunt,* adiecit: *Man weiss, dass der Thierkreis ein Streifen am Himmel ist, in welchem sich alle Planeten befinden. Könnte also die angeführte Stelle nicht soviel sagen, dass der Zodiacus die Gränzlinie der Verwesung und der Unsterblichkeit sey.*" De hac vocis significatione conferri potest D'Oruille in edit. Chariton. Lips. p. 651 ad Manethonis Lib. III, vs. 419.; eandemque ipse inveni apud Cleomedem in κυκλ. θεωρ. qui ita: εἰ δὲ ἦν ὑψηλοτέρα [ἡ γῆ] τοῦ μέσου, οὔτ' ἂν τὸ ἡμικόσμιον ὑπὲρ γῆς ἐφαίνετο, οὔτε ἓξ ζώδια καὶ ρπ μοῖραι. Sed explicatio ipsa sequentibus aperte repugnat; affirmat enim auctor noster, non Zodiacum, sed lunae cursum, esse immortalitatis et interitus terminum; Zodiacum vero non solum Ocellus infra §. 22. coll. 23. supra solem, ideoque etiam supra lunam posuit, sed alii etiam scriptores, rei natura sic iubente, id fecerunt. cf. Auctor de Mundo, c. 2. Cicero Somn. Scip. c. 4. Macrob. Somn. Sc. I, c. 21. p. m. 99. Cicero Tusc. Quaest. I, 28. Quae quum ita sint, non dubitaui nouae explicationis facere periculum. Μοῖρα igitur non solum ponitur de *parte, quam accipit aliquis aut accepit,* verum etiam *de parte totius;* de *parte, quae toti opponitur.* Ita iam Homerus de noctis diuisione, variisque eius partibus inde ortis Iliad. K, 253.

— — παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ,

Τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

vbi Schol. minora: δηλονότι τὸ τρίτον μέρος ὅλου· ita de variis hominum agminibus, gentis diuisione ortis, He-

rodot. I, 94. δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων· deinde de *partibus terrae*, quum *minoribus* Herodot. I, 82, τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας, ἐούσας τῆς Ἀργολίδος μοίρης, et Lib. III. c. 91. πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων· tum etiam maioribus. Auctor de mundo c. 3. fin. καὶ τὰς νήσους οἱ μὲν ἐξαιρέτους ποιᾶσιν, οἱ δὲ προσνέμουσιν ταῖς γείτοσιν ἀεὶ μοίραις, nimirum Europae, Aſiae, Africae. Cleomedes in κυκλ. θεωρ. ſcripſit: ταύτας τοίνυν τὰς μοίρας τῆς γῆς οἱ φυσικοὶ ζώνας καλᾶσι. quid? quod ponitur de partibus Vniuerſi. Philo de mundo, pag. 892. G. Colon. τῷ τοι καὶ τὸ σῶμα ἀνεγερθὲν πρὸς τὴν καθαρωτάτην τᾶ παντὸς μοῖραν οὐρανὸν τὰς ὄψεις ἀνέτεινεν, et de mundo non interituro pag. 731. D. de terra: ἀλλ᾽ ἐν ὁμοίῳ μένει νεάζουσα ἀεί, διότι τετάρτη μοῖρα τᾶ παντός ἐςι. Iam vero vulgaris non noſtri ſolum, ſed graeci etiam ſermonis conſuetudo Vniuerſum in duas partes ſecat, in coelum et terram; quid? quod Auctor libri de mundo c. 2. κόσμον definit: ἐςι σύςημα ἐξ οὐρανᾶ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. et cap. III. de terra et regione ad terram pertinente addit: καὶ τᾶτ᾽ ἐςι τᾶ κόσμου τὸ πᾶν, ὃ καλᾶμεν κάτω. Haec autem reputantes, et ad hunc locum transferentes, dubitare vix poſſumus, quin Ocellus has partes intellexerit; nam vſus loquendi non repugnat, contextus vero hanc explicationem flagitat; quum duae in ſequentibus afferantur vniuerſi partes, quarum altera mutationibus obnoxia infra lunam ſit poſita, altera vero ſupra lunam immutabilis ſit et deorum ſedes. Ipſa quoque tempora διορίζουσι καὶ τέμνουσι, hanc explicationem poſtulare videntur; nam ſi auctor voluiſſet ſignificare, fata huius ſeparationis eſſe cauſſas, ſine dubio praeteritorum quoddam, aut aoriſtum poſuiſſet. His accedit, quod auctor ipſe, §. 3. initio μέρη vocat, quae hic μοῖραι nominantur; quodque ſtatim pergit ἰσθμὸς γὰρ etc. quae quidem probant, terminum et fines generationis et immortalitatis a partibus Vniuerſi conſtitui, ita vt altera pars aeterna, altera caduca ſit; minime vero ſuadent, fata huius rei eſſe in cauſſa. Particula γὰρ autem hoc loco vix poteſt eſſe continuatiua. Quod autem admiſſa hac expli-

catione partibus istis quaedam tribui videtur actio, quippe quae *separent*, id, parum arbitror, obstabit, quo minus ea probetur. διορίζειν eadem fere significatione reperitur Aristot. Physs. IV. c. 6. t. 56. conf. Lucian. de scrib. hist. c. 7.

3. τὸ ἀειπαθ. μ. τ. κ. κ. τ. ἀεικίν.) ἀεπαθὲς est inferior regio, terra, et aëris pars ad eam pertinens, ἀεκίνητον est coelum. Haec lectio et interpretatio est praeferenda; consentit enim cum Ocelli vsu. cf. III, 5. τῆς μὲν ἀεκινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀεπαθοῦς. et in fragmento de Legibus: τὸ ἀεκίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀεπαθὲς κυβερνᾶται. atque cum vsu multorum Pythagoreorum. Sic diuisum est Vniuersum a *Critone* Pythagoreo in libro de prudentia et felicitate [Gale. in Opusc. Mythol. etc. pag. 699. edit. 1688.] ἔν τε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φυσίων, τᾶς τε ἀεκινάτω φύσιος, καὶ τᾶς ἀεπαθέος κόσμος ἐντί· [Vid. Stobaeum de prudentia pag. 43. lin. 40. sqq.] a *Theage* Pythagoreo in libro de virtutibus [Gale l. l. pag. 683. fin.] συντέτακται γὰρ τὸ χέριον ἕνεκα τῶ βελτίονος· ὡς ἐν τῷ κόσμῳ τὸ ἀεπαθὲς πᾶν μέρος, ἕνεκα τῶ ἀεκινάτω. Haec fere ex Vizzanio. cf. de voc. ἀεκίνητον Schol. Aristoph. Nub. vs. 94. Aristot. Phys. IV. t. 32. Nihil igitur moror explicationes vulgaris lectionis, secundum quam ἀπαθὲς μέρος coelum. cf. Aristot. de Coelo. I, t. 22. ἀκίνητον vero terra, quae non moueatur. cf. Auct. de mundo, c. 3. Aristot. Phys. III. t. 51. Cicero Somnio Scip. c. 4. Macrob. in Som. Sc. I, c. 19. p. 89. et c. 22. Timaeus Locr. c. 3. §. 1. D'Argens.

4. ἰσθμός) Vsitata huius vocabuli significatio nota est; dicitur vero etiam de termino et fine. Lucian. de scribenda histor. c. 7. ἀγνοοῦντες, ὡς οὐ στενῷ τῷ ἰσθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον. Nec a solis recentioribus. Plato enim in Timaeo To. IX. pag. 387. Bip. ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς.

5. ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος) Hoc l. paraphrasis Genitiui. Sic infra. c. 3. §. 4. ἡ περὶ τὴν γῆν διακόσμησις, et supra §. 1. περὶ τὴν αἰτίαν, i. e. τῆς αἰτίας. Cf. quae de Pythagorae decretis Diogenes Laërt. VIII, 26. habet: τόν τε περὶ τὴν γῆν ἀέρα ἄσειστον καὶ νοσερὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα θνητά· τὸν δὲ ἀνωτάτω ἀεικίνητόν τε εἶναι, καὶ καθαρὸν, καὶ ὑγιᾶ· καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα καὶ διὰ τοῦτο θεῖα. ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς. et quae deinceps dicenda sunt. Transiit autem haec distinctio etiam ad Latinos. Seneca, Epist. 60. fine: *talis est sapientis animus, qualis mundi status super lunam; semper illic serenum est.* Lucan. Pharsal. II, 272. sqq. *Minimas rerum discordia turbat; pacem summa tenent.* cf. antecedentia, et Ciceron. Somn. Scip. c. 4.

6. τὸ μὲν γὰρ ἄνωθεν — γένος) Ordo est: τὸ γένος θεῶν κατέχει τὸ - πᾶν. Dii supremam regionem tenent, ibi habitant. „Supremam partem Diis veluti sedem adscribit, in ea et ipsam lunam complexus, ne quis eam quasi corruptioni obnoxiam cum inferiori parte putaret coniungendam, in quo placito conuenerunt antiqui, vt alias obseruauimus ex Aristotele 2. *coeli t.* 2. quod pariter testabatur 1. *coeli* 22. dicens: πάντες γὰρ ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸν ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι, καὶ βάρβαροι καὶ ἕλληνες, ὅσοιπερ εἶναι νομίζουσι θεοὺς, δηλονότι, ὡς τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συνηρτημένον.“ Haec Vizzanius. pag. 109. His addi possunt plura loca ex auctore de mundo. c. 2. c. 3. c. 6. Aristot. de Coelo. I, t. 96. Vnum adscribam ex Aelio Aristide Oratt. Tom. I. p. 4. Edit. Sam. Jebb. quem Clar. Bardili pag. 188. attulit, ad notandam in genere scribendi varietatem: Θεοὺς μὲν ἐν οὐρανῷ οἷον ἐν ἀκροπόλει τοῦ παντὸς οἰκεῖν, ὃ δὴ κάλλιστόν τε καὶ λαμπρότερον, οἰκητηρίων ἁγνότατον. Quaeri etiam potest, vtrum Ocellus plures deos admiserit, an vnum tantum statuerit; maxime, quum infra c. IV. §. 2. vnius Dei mentio fieri videatur. Vizzanius quidem ad c. I. data occasione ita hac de re disseruit pag. 47. „nec quispiam

turbetur, quod ibi [c. 3.] plurali numero Ocellum videat locutum, illud enim vulgari infiftens rationi protulit: fapientis quippe intellectus Deorum multitudinem nefcit excogitare, at vnum ipfum cum Ariftotele praedicabit 12 *met. vlt.* dicente: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἷς κοίρανος. quum *fuperius ibid.* t. 50. primi motoris vnitate tradita, dixiffet, caetera, quae de Diis confinxerat antiquitas, μυθικῶς ἤδη προσήχθη πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν, καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν. is fcilicet, qui primus tam ftolida Diis adfcripfit, populisque fuafit, non prorfus infanos ethnicos arbitratus, illa excogitauit, verum, vt aiebat Ifocrates *in Bufir. laud.* [pag. 331. med. Wolf. Fol.] ἅμα μὲν ἐθίζειν οἰόμενος δεῖν τὸν ὄχλον ἅπασιν ἐμμένειν τοῖς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων παραγγελλομένοις, ἅμα δὲ βουλόμενος πεῖραν λαμβάνειν τοῖς φανεροῖς, ἥντινα περὶ τῶν ἀφανῶν διάνοιαν ἔχωσιν. ἐνόμιζε γὰρ τοὺς μὲν τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν· τοὺς δ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως ἐμμένοντας τῇ τάξει βεβαιώσεσθαι τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν ἐπιδεδειγμένους. his autem abfurdis, per quae Deorum turba effingeretur, licet non adhaereret Ariftoteles, voluit tamen Deos plurali nomine expreffiffe, vt vulgarem, fcilicet, loquendi modum fectaretur." Ego vero his rationibus nondum potui commoueri, vt Ocellum putem vnum tantum Deum ftatuiffe, nam in contrarias partes trahitur deliberando animus, totius fyftematis rationem et iftum locum e capite quarto confiderans. cf. quae ibi dicentur.

7. ὑποκάτω σελήνης) cf. Plutarch. de decret. philoff. II, 4. §. 2. Ἀριστοτέλης, τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην τοῦ κόσμου μέρος παθητὸν, ἐν ᾧ καὶ τὰ περίγεια κηραίνεται. vid. Ariftot. de Gen. et Corr. II, t. 51. καὶ ἡ γένεσις τυγχάνει οὖσα ἐν τῷ περὶ τὸ μέσον τόπῳ.

8. νείκους καὶ φύσεως) Contentionis, certaminis et generationis. Vox νεῖκος, quae hoc vno in loco apud Noftrum legitur, videtur profpicere ad ea, quae infra de generatione primorum corporum, et de pugna contrarietatum dicuntur. Lucanus l. l. *difcor-*

diam vocauit. Meinerſius in *Geſch. d. Wiſſ. Gr. und Roms. T. I. p.* 585. dogma de rebus ſub luna mutabilibus, Pythagoreum eſſe cenſet, dicendi vero rationem aliunde, et non ab aequalibus antiquiſſimorum Pythagoreorum eſſe petitam. Sed hanc ſententiam parum probabilem eſſe iam annotauit Clar. Bardili, Epoch p. 183. qui monet, νεῖκος antiquum vocabulum eſſe, quo iam Heſiodus vti ſolitus ſit; de Heraclitica vero inimicitiae lege nihil habere Ocellum, ideoque hanc voculam apud Noſtrum non pro termino ſectae proprio haberi poſſe, qualis fuerit apud Heraclitum et Empedoclem Ariſtot. Met. I, c. 4. Addo equidem, Homerum iam eandem voculam ſaepe adhibuiſſe, de contentione et concertatione. cf. Iliad. η, 95. γ, 87. φ, 513. Odyſſ. ω, 542.; nec facile concludi poſſe, quod ab Empedocle haec vox ſit adhibita, propterea a Pythagoreorum vſu eam fuiſſe alienam; Empedocli autem hanc vocem propriam fuiſſe, non ſatis poſſe demonſtrari.

9. τὸ μὲν γὰρ etc.) Voculam διαλλάττεσθαι etiam Empedocles adhibuit: διαλλάσσονται διαμπερές. Ariſtot. Phyſ. VIII, t. 2. deinde etiam vocabulum διάλλαξις in fragmento ab Ariſtotele ſaepe laudato, de Gen. et Corr. I, 1. pag. 683. C. pag. 720. B. de Xenoph. Zenone et Gorg. c. 2. pag. 1195. et plenius Metaph. V. c. 4. p. 1286. A. διαλλαγὴ autem, quae eſt alioquin reconciliatio (Plato Sympoſ. XXX, 9. Plut. de aud. poët. XVI, 9.) aut pax (Herodot. I, 22.) h. l. denotat *deſtructionem et interitum*. De varietate ſententiarum in quaeſtione, vtrum γένεσις et φθορὰ omnino locum habeant, cf. Plutarch. de Decret. Ph. Lib. I. c. 24. Similem vero ſententiam Pſeudo-Origenes tribuit Empedocli et Heraclito. vid. T. I. Opp. Orig. p. 884. A. ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἔφη κακῶν μεςὸν εἶναι, καὶ μέχρι δὲ σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν, ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου ταθέντα, περαιτέρα δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος· οὕτω καὶ τῷ Ἡρακλείτῳ ἔδοξεν. cf. tamen Ariſtot. Met. IV. (al. III.) c. 5. p. 1277. B.

ἔτι δ' ἄξιον ἐπιτιμῆσαι τοῖς οὕτω ὑπολαμβάνουσιν, (ſc. οἱ φάσκοντες Ἡρακλειτίζειν) ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων τὸν ἀριθμὸν εἰδότες οὕτως ἔχοντα (nimirum fluere et mutabilia eſſe.) περὶ ὅλου τοῦ οὐρανοῦ ὁμοίως ἀπεφήναντο. ὁ γὰρ περὶ ἡμᾶς τοῦ αἰσθητοῦ τόπος ἐν φθορᾷ καὶ γενέσει διατελεῖ μόνος ὤν.

§. 3.

1. Toto mundo, et quod apud Ocellum idem valet, toto Vniuerſo in duas partes diuiſo, quarum aeterna ſit altera, altera mutationibus obnoxia: aeternam partem nunc reliquit auctor, vt de ea ageret, in qua generatio et interitus reperiatur. Attulit autem ante omnia quae ad generationes et mutationes *requirantur;* hac paragrapho *materiam*, in ſqq. vero ea, quae praeter materiam, vel potius in materia, adeſſe debeant.

2. φύσις καὶ γένεσις) h. l. Synonyma. cf. ad I, 1, 2. et notas crit. ad h. l.

3. τρία- ὑπεῖναι) Nimirum primum corpus, deinde contrarietates; denique ſubſtantiae ſeu prima corpora. In vocula ὑπεῖναι, quae infra, c. 3. §. 2. quoque legitur, particula ὑπὸ non valde premenda videtur. debent ineſſe, adeſſe, ſubeſſe.

4. τὸ — σῶμα) Triplici ratione haec vocula apud Noſtrum dicitur: 1) πρῶτον σῶμα dixit rudem iſtam atque indigeſtam molem, quae nunquam ſola adfuit, ſed tantum cogitatur; in qua omnia inſunt δυνάμει, quam hic deſcribit. cf. infra. §. 6. 7. fin. 12. Legimus quoque πρῶτον τῶν σωμάτων apud Ariſtotelem de Coelo I, c. 3. t. 22. ſed illud non de materia intelligendum, corpus enim ſignificat praeſtantiſſimum, diuinum, aeternum. vid. ſqq. 2) πρῶτα σώματα appellat ignem, aquam, aërem et terram. c. 2. §. 21., quae quidem etiam οὐσίαι vocantur. §. 5. Eodem nomine ignem et reliqua ab Ariſtotele nominata videmus, cf. de Gen.

et Corr. II, c. 3. t. 16. vbi πρῶτα σώματα, ἁπλῶς φαινόμενα σώματα, ἁπλᾶ σώματα nominantur; et de Coelo I, t. 7. Haec prima corpora infunt in ifto primo corpore, et quidem δυνάμει, atque dicuntur πρῶτα, quia reliquae res ex iis componuntur et oriuntur. 3) Denique σῶμα vocauit Ocellus, quod ita etiam vulgaris confuetudo appellat; velut corpus hominis. vid. c. 4. §. 9. Hoc corpus dicitur:

5. ὑφιζόμενον πᾶσι τοῖς εἰς γέν. ἐρχ.) Voculam ὑφίζεσθαι in alio auctore non reperi; fed ὑφιζάνω dixit Euripid. Phoen. vf. 1391. et ἵζω et ἵζομαι paffim leguntur apud Homerum, Herodotum aliosque auctores, inprimis tragicos. Dubitari autem non poteft, quin ὑφιζόμ. σῶμα idem fit, quod alias ὑποκείμενον vocatur. §. 12. cf. §. 6. πᾶσι εἰς γέν. ἐρχομ. autem denotat: *omnibus, quae prodeunt, quae procreantur et generantur*, nimirum εἰς γένεσιν ἔρχεσθαι non fignificat actiue, *generare velle*; fed paffiue. Ita Aelian. V. H. XIII, 46. εἰς μέγιστον δὲ μέγεθος ἐλθών. Xenoph. Mem. Socr. III, 6, 16. ὅπως μὴ τῶ εὐδοξεῖν ἐπιθυμῶν εἰς τοὐναντίον ἔλθῃς. Herodot. I, 120. ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται. Γένεσις autem h. l. fumitur, vt fupra I, 3. καλεῖται δὲ τὸ ἀφ' οὗπερ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις. Addidit auctor:

6. τὸ πρὸς ἀφὴν ὑφ.) I. e. fine dubio, quod αἰσθητόν ἐστι πρὸς ἀφήν, *quod tactu fentiri poteft, quod tactui fubiectum eft*. cf. §. 7. et 12. Nec erat, opinor, cur Vizzanius h. l. laboraret hunc in modum fcribens pag. 105. „additque tactui inferuire, non quafi inter obiecta tactus enumeretur: (nemini enim ignotum, id muneris qualitatibus tangibilibus demandatum fuiffe, has, quas *text. feq.* auctor monet effe fecundum, quod in rerum ortu occurrit; et quia fuadet materiam, et fubiectum hoc, de quo nunc eft fermo, illas qualitates anteire, et praecedere, non potuit fubiecto adfcribere, quod fecundum fe foret tangibile) fed id eatenus dixit, quatenus res tantum tangibiles quum fint, et contrectabiles, prout materia illis molem elargitur, quam inde iam dictae qualitates concomitentur; hac ideo ratione

tactus etiam particeps videbitur materia in rebus, quae oriuntur, eoque magis, quod ipſam οὐ χωριστὴν, ἀλλ᾽ ἀεὶ μετ᾽ ἐναντιώσεως eſſe docuit philoſophus 2 *de Gen.* t. 6." At tamen Ocellus ad conſenſum cum Ariſtotele nec vi, nec arte cogendus. Vizzanius autem, cuius annotationem ingenioſam eſſe non nego, et quia ad comparationem cum Ariſtotele facit, adſcripſi, in voculis πρῶτον, δεύτερον temporis quandam ſignificationem videtur inueniſſe, quae, ſi quid video, nulla eſt. Nam quum Ocellus mundi aeternitatem etiam in ordine et diſpoſitione affirmaret: inepto modo ſibi contradixiſſet ipſe, ſi primum corpus prius, quam reliquas res, ad generationem neceſſarias eſſe putauiſſet. Quare has voculas h. l. ſolummodo numerum indicare arbitror. Auctor ipſe mentem ſuam explicat: διὸ καὶ τὸ πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται δυνάμει, αἰσθητόν ἐστι πρὸς ἁφήν. Caeterum cf. Ariſtot. de Gen. et Corr. II, t. 3. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ποιοῦντες μίαν ὕλην παρὰ τὰ εἰρημένα, ταύτην δὲ σωματικὴν χωριστήν, ἁμαρτάνουσι. ἀδύνατον γὰρ ἄνευ ἐναντιώσεως εἶναι τὸ σῶμα τοῦτο αἰσθητὸν ὄν, ἢ γὰρ κοῦφον, ἢ βαρύ, ἢ ψυχρὸν, ἢ θερμὸν. ἀνάγκη εἶναι τὸ ἄπειρον τοῦτο, ὅ λέγουσίν τινες εἶναι τὴν ἀρχήν. Quo loci haud ſcio, an Ocelli rationem reſpexerit; omnia certe bene in eam cadunt.

7. πανδεχὲς) *Quod omnia admittit; ex quo omnia fieri poſſunt.* cf. §. 6. et 12. Timaeus Locr. c. I. §. 5. p. 4. vocat ὕλαν δεχομέναν πᾶσαν μορφάν. Seneca Epiſt. 66. *materia iacet iners, res ad omnia parata.* Cicero d. l. ad §. 1. n. 2. *altera, quaſi huic ſe praebens.* Voculam habet Ariſtot. de Coelo III, t. 67.

8. ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως) Nog. *et ipſius generationis habetur effigies.* Chriſtian. *ipſius generationis exemplar.* D'Argens. *et qu'il ſoit l'image de la génération, même à l'egard des choſes nées de lui.* quae quidem omnia vix poſſunt intelligi. Elegantius Battaeſ. *vne cire qui ſe prête à tout;* et rectius Vizzan. in paraphr. *et id eſt, in quo generatio effingitur.* ἐκμαγεῖον autem primo denotat: *materiam, cui aliquid imprimitur et imprimi poteſt:* velut in qua annulus et ſi-

gnum exprimitur; cera, terra ſigillata. Sic apud Timaeum Locr. c. I. §. 4. τὰν δ' ὕλαν, ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας ούσίας. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα ἐς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν ἀποτελεῖν πάντα τὰ γεννάματα. Eodem ſignificatu legitur apud Platon. Theaetet. T. II. p. 154. Bip. Θὲς δή μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐν κήρινον ἐκμαγεῖον· τῷ μὲν μεῖζον, τῷ δ' ἔλαττον· καὶ τῷ μὲν καθαρωτέρου κηροῦ, τῷ δὲ κοπρωδεςέρου καὶ σκληροτέρου, ἐνίοις δὲ ὑγροτέρου, ἔςι δ' δ' οἷς μετρίως ἔχοντος — καὶ ἐς τοῦτο — ἀποτυποῦσθαι ὥσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐνσημαινομένους. Ab hoc κηρίνῳ diſtinguit σημεῖα, quae ſint in eo expreſſa. cf. pag. 158. et Ruhnken. ad Tim. Gloſſ. Plat. pag. 25. edit. ſec. nec non Ariſtot. M. I, 6. pag. 1236. F. τὸ δὲ δυάδα ποιῆσαι τὴν ἑτέραν φύσιν, διὰ τὸ τοὺς ἀριθμοὺς ἔξω τῶν πρώτων, εὐφυῶς ἐξ αὐτῆς γεννᾶσθαι, ὥσπερ ἔκ τινος ἐκμαγείου. Inde orta eſt altera ſignificatio: qua indicat *materiam cum forma impreſſa*, ſimulacrum. Philo περὶ ἀφθαρσ. κόσμ. p. 729. B. Colon. ἀπ' ἀρχετύπου νοητοῦ παραδείγματος μίμημα αἰσθητὸν, πάνθ' ὅσα ἐκεῖνα νοητὰ περιέχοντα ἐν αὐτῷ, τελειοτάτου πρὸς νοῦν, τελειότατον ἐκμαγεῖον πρὸς αἴσθησιν. ad quam ſignificationem fortaſſe referenda ſunt Platonis loca Theaetet. T. II. p. 161. et de Legg. VII. p. 345. Tom. VIII. Bip. Noſtro loco haec vocula intelligenda eſt de materia, quae omnem formam *poteſt* admittere et accipere. Caeterum Vizzanius pag. 106. ſq. qui principes Philoſophorum hoc nomen hinc hauſiſſe ſuſpicatur, attulit Plutarch. de decret. Philoſ. I, 8. [c. 9.] Timaei Locri l. l. et Platonem in Timaeo [pag. 344. T. IX. Bip.] ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων etc.

9. ὡς ὕδωρ πρὸς χυλὸν) Primum illud corpus, inquit, ita ſe habet ad ea, quae inde oriuntur, vt aqua ad χυλὸν, i. e. hoc loco ad *ſuccum*. Vertunt: *vt aqua ad ſaporem*. quod ferri poteſt, dummodo recte intelligatur; χυμὸς enim ſeu χυλὸς eſt τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τοῦ εἰρημένου ξηροῦ πάθος ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς γεύσεως τῆς κατὰ δύναμιν ἀλλοιωτικὸν εἰς ἐνέργειαν, quod monet Ariſtot. de ſenſu et

ſenſili c. 4. p. 1437. C. aquam autem etiam ex Ariſtotelis ſententia ſine ſapore videri eſſe, annotauit iam ex eodem capite Vizzanius. Ariſtoteles tamen plura philoſophatus eſt hac de re, hunc in modum: ἡ μὲν οὖν τοῦ ὕδατος φύσις βούλεται ἄχυμος εἶναι. ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ γένη τῶν χυμῶν, ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν, ἢ ὕλην τοιαύτην ἐνεῖναι, οἷον πανσπερμίαν χυμῶν.

10. σιγὴ πρὸς ψόφον) ψόφος, ſtrepitus, de variis rebus dicitur. ψόφος τροχιλίας Plutarch. de aud. poët. IV, 7. ſtrepitus januam pulſantis Plato Sympoſ. XXX, §. 1. edit. Wolf. Viri Excell. ποταμοὶ ψοφοῦντες. Plato de Republ. III. p. 281. T. VI. Bip. de vocibus animalium Ariſtot. de Anim. II. c. 8. et t. 87. vbi φωνὴ ψόφος τις ἐστὶν ἐμψύχου, vnde recte colligi poteſt, hanc voculam omnem ſonum et ſtrepitum in genere denotare. cf. de Interpret. Sect. I. c. 2. atque inprimis Hiſtor. Animal. L. IV. c. 9. initio; quamuis ſtrictiore ſignificatu φωνὴν excludat. Ocellus certe ſtatim dixit: πρὸς ψόφον καὶ λέξιν καὶ μέλος. Vizzanius pag. 108. ita: „aër enim cum nullam ex ſe adſciſcat formam ſonoram, quendam gerit ordinem ad ſonum, locutionem et melos, quae in ipſo ex colliſis corporibus formantur. 2 *de an.* 78. et *ſeqq.* vbi *t.* 83. per ſe inſonus aër dicitur c), vt hic exprimere contendit auctor, dum ipſum vocat informem, qui talem aëra, vbi quieſcat, nec vllo agitetur ictu, vocat ſilentium, quia ſicuti praedictus aëris motus, ſonus dicitur. *d. t.* 83. ita pariter idem aër vt quieſcens, ſilentium iure vocabitur, et a Pythagoreo praecipue philoſopho, cui ex ſcholae inſtituto frequens huius mentio et reuerentia.“ Bene. Quod tamen vltimo loco dixit, id equidem frigidum eſſe putauerim.

11. σκότος πρὸς φῶς.) σκότος h. l. abſentia lucis et coloris; φῶς vero lux et color. Olim locum ita mihi

c) Αὐτὸς μὲν δὴ ἄψοφος ὁ ἀὴρ, διὰ τὸ εὔθρυπτον, ὅταν δὲ κωλυθῇ θρύπτεσθαι, ἡ τούτου κίνησις ψόφος.

mihi explicaui: Varia ſunt lucis genera, velut ſolis, ignis, lunae; ſolis vero lux et ſplendor impedit, quominus lampadis lux et ſplendor conſpiciatur. Sed male; nam auctor infra ad *colores* haec refert, quare potius de *coloris abſentia* et *de colore* hic cogitandum; colorem autem eodem modo vocat lucem, quo ſupra aërem ſilentium. Non ſatis lucem et colorem diſtinxit; vt mentem eius capiamus, vtrumque quodammodo coniungendum.

12. *ὕλη πρὸς τεχνιτὸν*) Materia, vnde artificis ſolertia ſtatuae et ſimulacra poſſunt efformari, ad haec opera vere elaborata. Etiamſi enim non ex quouis ligno fiat Mercurius: tamen materiam omnino poterat dicere rem ad omnia paratam. Quae hactenus breuiter ſunt indicata, eorum relationem auctor nunc accuratius et copioſius explicare incipit:

13. *ἀποιόν*) Qualitatis expers. Haec non ad viuum ſunt reſecanda, ſed de certa quadam et definita qualitate intelligenda, velut de dulcedine etc. Alias aqua non dici poteſt qualitatis expers, a nobis, qui qualitatis nomen latius vſurpamus, quam Graeci ſuam *ποιότητα*.

14. *ἀνάλογον*) Analogia aquae et ſuccorum inde effectorum in eo eſt poſita, quod aqua nondum infecta omnem ſaporem facile admittit et accipit; et dulcis reddi poteſt et amara. Sed dulcis aqua difficilius amara reddetur, quum dulcedo ſuperari, et tum demum contrario ſapore infici debeat.

15. *δριμύ*) Quod acri guſtu eſt. cf. Timaeum Locr. pag. 558. Gal. *ἐκπυρεῦντα δὲ, καὶ διαιρέοντα* (al. *διαῤῥέοντα*) *τὰν σάρκα δριμέα.*

16. *ἁλμυρὸν*) Salſum. *ἁλμυρὸν ὕδωρ* ex Homero ſatis notum. Odyſſ. δ, 511. ε, 100. ſaepius. Timaeus Locr. pag. 558. *ἀποτάκοντα δὲ καὶ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν, στρυφνὰ φαίνεται· μετριάζοντα δὲ τᾷ ῥύψει, ἁλμυρά.* cf. p. 561. vbi *ὀξὺ, ἁλμυρὸν* et *δριμὺ* diſtinguuntur. Ariſt. de

ſenſu et ſenſ. c. 4. pag. 1438. B. τὸ δὲ ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν σχεδὸν τὸ αὐτό. ὁ δὲ δριμὺς καὶ αὐστηρὸς καὶ ὀξὺς ἀνὰ μέσον.

17. ἀὴρ ἀδιατύπωτος.) Supra idem vocauit σιγήν. Ad voculam ἀδιατύπ. *qui informatus et effictus non eſt, informis*, Stephanus in Indice pag. 273. ſolam Ocelli auctoritatem adſcripſit. ψόφος autem hoc loco ſtrepitus non diſtinctus, λέξις dictio, elocutio proſaica.

18. σκότος ἄχροον etc.) Vizzan. laudauit Ariſtot. de Anim. II. t. 70. ſqq. maxime t. 72. Vulgatam olim lectionem, λευκὸν δὲ πρὸς — ἄλλως δέ, de qua in notis criticis dixi, ita explicare ſtuduit Vizzanius: „at quia quis hoc candoris percitus exemplo, an haec vigeat proportio, facile dubitaſſet, dum etiam ſculptoris artem candidum intueri videamus, quae tamen huius non eſt ſubiectum, idcirco diuerſa longe ratione obſeruat, candidum ab ea arte, et a tenebris reſpici; in his ſiquidem ad candorem viget ordo, velut ad ſibi congruam formam, et proprium habitum, quod allata modo expetebat ſimilitudo, ab illa vero arte candor, vt accidens ſuae materiae tantummodo conſideratur, quae vt plurimum e candido marmore ſua effingere opera conſueuit.“ Haec ille pag. 109. Sed nemo non videt, quam parum haec cohaereant, et quam dura ſit conſtructio, hac explicatione admiſſa.

19. ὕλη δὲ πρὸς ἀνδρ.) Nogar. ad haec: „τῇ ὕλῃ, quae Latine dicitur materia, verbum Ciceronis temporibus (vt ipſe innuit in Academicis [1, 7. §. 27.) non ſatis vſitatum et tritum *d*), nunquam Plato vſus eſt, praeſertim quum de ea agit materia, quae eſt rerum naturalium initium; quamuis eandem pluribus

d) Humani aliquid accidit Nogarolae; iſta enim in Ciceronis loco, quem infra adſcripſi, parentheſis non pertinet ad vocabulum *materia*, ſed ad voc. *qualitas*. cf. c. 6. et 7. initium. Quae de Mercurio Triſm. dicuntur, olim ſunt rectius conſtituta.

explicet nóminibus, quorum duo ſumſit ex Ocello et Timaeo Locro, quae ſunt πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον. τὴν ὕλην tamen et Mercurius Trismegiſtus in Poemandro et Timaeus Locrus antea vſurparunt. Verum illud addo, quod alias praetermiſi, Platonem artificioſam materiam τῆς ὕλης vocabulo nuncupaſſe, a qua etiam formavit διϋλάζω verbum, et participium διϋλασμένος. Sic in Timaeo ſcribit: "Οτ' ἐν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διϋλασμένα. Ocellus autem noſter vtramque materiam, tam artificioſam, quam naturalem, ὕλην appellauit." Hactenus Nogarolae annotatio, cuius quum mentionem feciſſet Vizzanius, addidit pag. 109. vocabulum hoc ad naturalem materiam etiam translatum eſſe ab Ariſtotele 1 Phyſ. t. 66. maxime t. 82. λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός· εἴ τι φθείρεται, εἰς τοῦτο ἀφίξεται ἔσχατον, et t. 69. Ἡ δ' ὑποκειμένη φύσις, ἐπιστητὴ κατὰ ἀναλογίαν· ὡς γὰρ πρὸς ἀνδριάντα χαλκὸς, ἢ πρὸς κλίνην ξύλον, ἢ πρὸς τὸ ἄλλο τι τῶν ἐχόντων μορφὴν ἡ ὕλη καὶ τὸ ἄμορφον ἔχει, πρὶν λαβεῖν τὴν μορφὴν, οὕτως αὕτη πρὸς οὐσίαν ἔχει, καὶ τὸ τόδε τι, καὶ τὸ ὄν. cf. etiam 2 Phyſ. t. 28. In Timaei Locri libello hanc vocis ſignificationem occurrere, [c. 1. §. 6. D'Arg.] ſupra monui; quem locum Vizzan. hic attulit, vt et Ciceron. Acad. Qu. L. I. [c. 7. §. 27.] *Sed ſubiectam putant omnibus ſine vlla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando vſitatius hoc verbum et tritius) materiam quandam, ex qua omnia expreſſa atque effecta ſint: quae tota omnia accipere poſſit, omnibusque modis mutari, atque ex omni parte: eoque etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes, quae infinite ſecari ac diuidi poſſint, quum ſit nihil omnino in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat.* Cf. Diſſ. crit. §. 26. Sententia autem huius loci ſecundum textum a me receptum foret: quemadmodum materia ad artem ſtatuariam ſe habet, i. e. quemadmodum ſtatuarius e materia varias res formare et effingere poteſt, quarum diverſarum formam materia accipit. Sed non nego, ma-

gis congruum et caeteris magis aptum mihi locum videri, ſi legatur: πρὸς ἀνδριάντα ποιητήν, *ad ſtatuam elaboratam*. ita certe proportio ſeruata: οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτῦ γενόμενα etc.

20. δυνάμει — συντελέᾳ) Sententia eſt: quamuis non omnes res, quid? quod nulla res in materia iſta et primo corpore inſit efficta et formata, omnes tamen res ex ea *poſſunt* formari, quare inſunt *potentia*, et, vt ita dicam, *poſſibilitate*. Ingenioſe et acute ad hunc locum diſputauit Vizzanius, pag. 110. „Nemo tamen veritati congruum arbitretur crimen, quod Ariſtoteli inurere tentauit Patricius, *Diſp. perip. lib. in verbo Materia*, [T. II. Lib. VI. pag. 238.] quod ſcilicet hinc ille ſua de materia dogmata prorſus hauſerit, et tamen hanc eſſe ens in potentia quum profiteatur, inde ſuo quaſi gloriabundus inuento 1. *phyſ*. 78. iactet omnem veterum e tali placito cadere ignorantiam; quum tamen Ocellum *hic* non latuerit ea materiae conditio, cuius primum auctorem ibi ſe videtur Ariſtoteles falſo profiteri: ſiquidem, licet reuera eadem materiae vterque adſcripſiſſet, iniuria tamen Ariſtotelem damnaremus, qui in iis vnquam [lege: nunquam] verbis profeſſus est, antiquos omnes eam materiae conditionem ignoraſſe, ſed eos tantummodo Philoſophos in eam lapſos fuiſſe inſcitiam protulit, qui ea perciti dubitatione, quam t. 71. propoſuerat, in id erroris deuenerunt, vt de entium ortu abſurda proferrent: quia diuiſionem, qua ens in id, quod eſt actu, et quod eſt potentia, ſecatur 3 phyſ. t. 3. numquam cognouere, ideoque praedictam materiae conditionem ignorauere, quidquid inde protuliſſet de ipſa Ocellus aliique, quos leuis illa non turbaſſet difficultas. At eſto, vniuerſaliter loquutus ſit Philoſophus; materiam eſſe ens in potentia, quoslibet antiquos ignoraſſe, ſit profeſſus, illius p[illegible]tionis ſe iactet auctorem, num falſo id illum praeſt[illegible] dicemus? non certe; longe enim diuerſa ratione ma[illegible]m nobis deſcribit Ariſtoteles. namque auctor hic ait, materiam

esse omnia potestate, quae in ipsa debent generari, non tamen inde docet, esse potentia ens. at Aristoteles *ibi* non profitetur, eam esse in potentia ad generabilia, et ad formas tantum; sed soluturus difficultatem quaerentium, an ens fieret ex ente, vel ex non ente; respondit, nec ex ente progigni, nec ex non ente, actu, at ex materia, quae sit ens in potentia, et quae per se ipsam, vt dicitur *metaph.* VII. t. 8. neque τὶ, μήτε ποσὸν, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὥρισται τὸ ὄν, quia est potentia ens, quum ad ipsum se dicatur habere, vt aes ad statuam 1. *phys.* 69. differt etiam Aristotelis assertio a positione Ocelli, quod hic materiam non disiungit a priuatione, at dum eam contemplatur aptitudinem, quae illi inest ad suscipiendas formas, quibus caret, vnum quid omnino videtur materiam cum priuatione sibi annexa censere, ideoque eam aptis exemplis declaraturus, tenebras assumit, quae luminis priuationem potius videntur exprimere, ac si idem forent omnino cum diaphano, quod est subiectum, ac veluti materia luminis, 2. *de an.* 69. et *seqq.* quam distinctionem quum exacte tradat Philosophus 1 *phys.* 58. et *seqq.* se ipsum iure illius positionis auctorem *ibid.* 79. poterit asserere." Hactenus Vizzanius. Quemadmodum autem de altera docti hominis ratione dubitari potest; (quamquam enim auctor noster nusquam dixit, materiam esse δυνάμει ὄν, tamen scripsit §. 6. ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. et §. 12. σῶμα τὸ δυνάμει πρῶτον, quae sane ab Aristotelis sententia parum recedunt.) ita prior omni assensu est dignissima. Equidem haud scio, an alio loco discriminis istius inuentionem Aristoteles sibi non tribuerit; certe nec alii eiusmodi locum annotarunt, nec ipse tale quid reperi; sed hoc scio, Phys. I, t. 78. id ab Aristotele factum non esse; nam οἱ πρότερον, quos a recta via aberrasse monuit, sane non omnes sunt philosophi ante Aristotelem, sed sine dubio Eleatici. Conf. Diss. crit. §. 28. Qui autem negare sustineat, discrimen inter δυνάμει et ἐνεργείᾳ εἶναι ante Stagiritam ignotum fuisse, is contra ipsius Aristotelis testimonium statueret, Democrito hoc

tribuentis. cf. Metaph. XII, c. 2. καὶ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἦν ὁμȣ̃ πάντα δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' ȣ̌. ὥστε τῆς ὕλης ἂν εἶεν ἡμμένοι. Caeterum notanda eſt diuerſitas in dicendi genere; Ariſtoteles enim, qui ſaepiſſime huius diſcriminis mentionem fecit, conf. in primis Phyſic. IV. t. 84. δυνάμει et ἐνεργείᾳ ſeu ἐντελεχείᾳ ὂν ſolet opponere; Ocellus vero δυνάμει et συντελείᾳ.

21. λαβόντα φύσιν) Antea: εἰς γένεσιν ἐρχόμενα. cf. not. 5. Haec τȣ̃ λαμβάνειν ſignificatio familiariſſima Noſtro eſt. cf. I, 3. 4. 15. II, 22. III, 4. quamuis in aliis etiam formulis.

§. 4.

1. Sequitur nunc alterum, quod ad generationem requiratur. Vizzanius inſcripſit: *Contrarietates generationis principium, et quae.*

2. ἐναντιότητας) *Qualitates repugnantes, contrarietates.* Nemo intelliget res ſeu ſubſtantias contrarias, quarum §. ſeq. ἐσιῶν nomine mentio facta eſt. Nec eſt, cur moneam, ex antecedentibus ſubintelligendum eſſe: δεῖ ὑπεῖναι. Infra §. 6. ἐναντιώσεις vocantur. Quamquam autem inter has voculas diſcrimen excogitari poteſt, velut ἐναντιότητα eſſe naturam contrariam, e. c. θερμόν, ψυχρόν, ἐναντίωσιν vero vim et efficaciam huius naturae, θερμότητα, ψυχρότητα, vel etiam θερμασίαν, ita vt illud magis *quid ſit* dicat, hoc vero, *quid efficiat et efficere poſſit*: in Ocello tamen diſcrimen ſtatuendum non eſt; eademque vocularum diuerſa forma etiam apud alios auctores ſignificatione haud diuerſa adhibetur; velut κάκωσις et κακότης apud Plutarch. de Aud. Poët. c. XI. §. 22. Quin etiam Ariſtoteles haec ipſa vocabula ſynonymice adhibuit. I de Coelo IV. t. 27. τὸ γὰρ ἄνω καὶ τὸ κάτω τόπου δέ ἐστι διαφορὰ καὶ ἐναντίωσις, quam poſtea t. 31. τόπου ἐναντιότητα dixit. De Gen. et Corr. II, t. 6. vbi eadem de re loquitur, ſcripſit: δεύτερον αἱ ἐναντιώσεις· λέγω δὲ οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης etc. Haec vocula au-

tem non adeo est Aristotelica, vt apud antiquiores non reperiatur eodem significatu. cf. Plato Theaetet. pag. 143. T. II. Bip. nec res ipsa fuit antiquioribus ignorata, v. Arist. Phys. I. c. 4. t. 32. ὁ μὲν [Πλάτων] ταῦτα ποιεῖ ὕλην, τὸ δὲ ἓν τὸ εἶδος· οἱ δὲ [loquitur de Physicis] τὸ μὲν ἓν τὸ ὑποκείμενον, ὕλην, τὰ δ᾽ ἐναντία διαφορὰς καὶ εἴδη. οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐνούσας τὰς ἐναντιότητας ἐκκρίνουσιν, ὥσπερ Ἀναξίμανδρός φησι. Idemque Aristoteles de Gener. et Corr. II. c. 1. t. 6. de his contrarietatibus disputans, adiecit: ἀλλ᾽ οὐδὲν ἧττον καὶ ὡς σώματος, ποίας καὶ πόσας λεκτέον ἀρχάς· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ὑποθέμενοι χρῶνται, καὶ οὐδὲν λέγουσι, διὰ τί τοιαῦται ἢ τοσαῦται. Quod autem Patricius Disc. Perip. T. II. lib. II. pag. 203. ad vocem: Contrarietas, in fine scripsit: „Sed etiam ipse Aristoteles testis est, contrarietatem a Pythagoreis plene tractatam fuisse, primo Sophiae c. 5. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ πόσαι καὶ τίνες αἱ ἐναντιώσεις ἀπεφήναντο." id quaeri potest, vtrum de *hisce* contrarietatibus sit intelligendum; superior certe scriptura alio nos ducit.

3. ἵνα) In priore membro ἵνα videri potest τελικὸν, in altero vero potius ἐκβατικῶς sumendum. Sensus videtur esse: ad explicandam generationem et corruptionem sumendae sunt contrarietates, et ita quidem sumendae, vt sit ἰσοδυναμία earum, ne altera ab altera prorsus vincatur et destruatur. cf. Aristot. de sensu et sensili c. 4. p. 1437. B. ἣ μὲν οὖν πῦρ, καὶ ἣ γῆ οὐδὲν πέφυκε ποιεῖν ἢ πάσχειν, οὐδ᾽ ἄλλο οὐδέν, ᾗ δὲ ὑπάρχει ἐν αὐτοῖς ἐναντιότης, ταύτῃ πάντα ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν.

4. μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις) Vocula ἀλλοίωσις apud Nostrum hoc vno loco legitur; Aristoteles vero eam saepissime adhibuit, eiusque significationem accurate definiuit. In Categoriis περὶ κινήσεως scripsit: κινήσεως δὲ ἐστὶν εἴδη ἕξ· γένεσις, φθορὰ, αὔξησις, μείωσις, ἀλλοίωσις καὶ ἡ κατὰ τόπον μεταβολή. Phys. II, t. 1. τὰ μὲν γὰρ φύσει ὄντα πάντα φαίνεται ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως, τὰ μὲν κατὰ τόπον, τὰ δὲ κατ᾽ αὔξησιν καὶ φθίσιν, τὰ δὲ κατ᾽ ἀλλοίωσιν· explicauit autem variis

locis; de Coelo. I, c. 3. *t.* 21. *ἔστι μὲν γὰρ ἡ ἀλλοίωσις κίνησις κατὰ τὸ ποιόν.* et quem locum Vizzanius iam attulit de Gener. et Corr. I. t. 23. *ἀλλοίωσις μέν ἐστι, ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου, αἰσθητοῦ ὄντος, μεταβάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν ἢ ἐναντίοις οὖσιν, ἢ μεταξὺ — — ὅταν δὲ ὅλον μεταβάλλῃ, μὴ ὑπομένοντος αἰσθητοῦ τινος, ὡς ὑποκειμένου τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ οἷον ἐκ τῆς γονῆς αἷμα πάσης, ἢ ἐξ ὕδατος ἀὴρ, ἢ ἐξ ἀέρος παντὸς ὕδωρ, γένεσις ἤδη τὸ τοιοῦτον, τοῦ δὲ φθορά.* cf. Phyſic. V. t. 18. et in primis VIII. t. 74. Quibus ex locis cum noſtro collatis apparet, latius patere hanc voculam apud Ocellum, quam apud Ariſtotelem. Ocellus enim, generationis et interitus rationem expoſiturus, hanc voculam hic adhibuit, quare generationem pariter ac corruptionem ea hic videtur comprehendere. Quod autem ad hiſtoriam ſignificationis huius vocabuli attinet, facio ipſe quoque cum Simplicio, qui ad Ariſtot. Phyſ. L. V. c. 2. monuit, Ariſtotelem hanc ſignificationem voculae tribuiſſe; ſi modo hoc ita intelligatur, vt voluit Gatakerus ad Antonin. X. §. 7. pag. 291. hunc in modum ſcribens: „Neque enim hoc voluit Simplicius, neminem Ariſtotele priorem de iſta motus ſpecie vocabulum illud vſurpaſſe: ſed confuſa generalique magis notione *τὸ ἀλλοιώσεως ῥῆμα* priſcos illos vſurpaſſe, dum non *τὴν κατ᾽ οὐσίαν* tantum, quam *φθορὰν* dicimus, ſed et *τὴν κατὰ ποιὸν* etiam eodem nomine comprehendebant; quod Ariſtoteles, accuratius iſta diſtinguens, ad *τὴν κατὰ ποιὸν κίνησιν* duntaxat reſtrinxit.“ Quae quidem veriſſime a Viro eruditiſſimo contra Nogarolae Simplicium reprehendentis annotationem ad h. l. dicta mihi videntur. Quamquam enim hoc vocabulum etiam apud Platonem Theaeteto, pag. 133. T. II. Bip. (*ὅταν δὲ ᾖ* (ſc. *τι*) *μὲν ἐν τῷ αὐτῷ* [*τόπῳ*], *γηράσκῃ δὲ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίγνηται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται.* etc. vbi Plato duas *κινήσεως* formas facit, *ἀλλοίωσιν* et *περιφοράν*) et de Republ. V. p. 13. T. VII. (*ἀλλ᾽ ἐκεῖνο τὸ εἶδος τῆς ἀλλοιώσεώς τε καὶ ὁμοιώσεως μόνον ἐφυλάττομεν.* Vbi tamen non *κινήσεως* formam, ſed diſſimilitudinem denotat,) ita legatur, vt ad qua-

litatem pertineat: apud eundem tamen, velut in Phaedone, c. 25. pag. 327. Fifch. latius patet, et pro μεταβολή, qua vocula Plato antea vſus fuerat, poſitum videtur, vt taceam id, quod Gatakerus d. l. iam monuit, duo iſta mutationis genera a Platone conſtituta cum Ariſtotelica ratione non conſentire. cf. etiam Timaei Locr. c. 3. §. 10. Ad hanc autem de voculae hiſtoria ſententiam probandam non videtur afferri poſſe locus Ariſtotelis de Gen. et Corr. I, 1. τῶν μὲν ἐν ἀρχαίων, οἱ μὲν τὴν καλουμένην ἁπλῆν γένεσιν, ἀλλοίωσιν εἶναί φασιν· οἱ δὲ ἕτερον ἀλλοίωσιν καὶ γένεσιν· ὅσοι μὲν γὰρ ἕν τι τὸ πᾶν εἶναι λέγουσι, καὶ πάντα ἐξ ἑνὸς γεννῶσι, τούτοις μὲν ἀνάγκη ἀλλοίωσιν τὴν γένεσιν φάναι etc. Ariſtoteles enim id, quod e rationibus adiectis facile patet, hoc loco non de vocabulo, ſed de re diſputat; non quaerit, quo ſermone veteres iſti vſi fuerint, ſed quid ex ſuis rationibus, vt conſentanea ſtatuerent, affirmare debuerint. Quod autem hic antiquioribus eundem voculae vſum tribuere videtur, monendo: οἱ δὲ ἕτερον etc. id nihil valet ad refutationem ſententiae propoſitae. Sed ne commentarium nimis diſtraham, alio loco, in diſſertatione nimirum critica, vbi de hac concludendi ratione diſſerendum eſt, alia monebo §. 24.; hoc vno nunc adiecto, Patricium Diſc. Perip. T. III. Lib. VI. p. 343. ſq. Ariſtotelis de ἀλλοιώσει doctrinam Platoni vindicare conatum, inani ſtrepitu in Ariſtotelem eſſe inuectum.

5. πάθος καὶ διάθεσιν.) Hoc loco non valde videntur differre. Fortaſſe eſt ἓν διὰ δυοῖν. Si qua differentia ſtatuenda eſſet: ita eam conſtituerem: διάθεσις ad ποιότητας pertinet, ſignificat igitur aliquid, quod certe *aliquamdiu* manet; quemadmodum autem ἕξις et διάθεσις, auctore Ariſtotele Categ. περὶ ποιοῦ, p. 34. C. ſq.; differunt ita, vt ἕξις diutius maneat, nec facile remoueatur et deleatur, διαθέσεις autem dicantur ἅ ἐστιν εὐκίνητα, καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ νόσος καὶ ὑγεία, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ita inter διάθεσιν et πάθος idem diſcrimen eſſe videtur, vt πάθος ſi-

gnificet, quod prorſus ad tempus eſt. cf. Ariſtoteles l. l. pag. 36. *ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως διαλυομένων [συμπτωμάτων] καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγεται, ποιότητες δὲ οὔ.* Sed haec ipſe improbo; quare explico: *διάθεσιν παθητικήν*; Noſtrates dicunt: *Modificationem.* Duplex autem huius loci poteſt eſſe ſenſus; aut: *quum materia modificationem* (vt ita dicam) *admittat, ſuscipiat, i. e. ſuſcipere poſſit; adeſſe debent contrarietates, vt, quum materia immutari poſſit, hae mutationes reuera fiant;* aut: *quando materia tali ratione mutatur; quando afficitur a re alia*; et hoc praefero. Videtur enim Ocellus hanc *διάθεσιν*, hoc *πάθος*, a parte mundi ſuperiore deriuaſſe, cui *τὸ ποιεῖν καὶ κινεῖν* tribuerat (§. 1.) nam ſi contrarietatibus per ſe tribuiſſet vim mutandi et efficiendi, parum conſentanea tradidiſſet, quum eas in parte mundi *patiente* collocaret. vid. §. 3. Vizzan. p. 113. ſq. ita diſcrimen conſtituit: „*paſſionem* et *diſpoſitiones* materia ſuſcipit; has enim qualitates ab agente impreſſas ſi ita ſuſcipiat, vt cum praeexiſtente forma ſubſtantiali conueniant, paſſiones dicuntur, et inde vera oritur alteratio. de Gen. et Corr. I, t. 23. et ſi vehementius in materia ab agente imprimantur, quam illi inexiſtens ſubſtantialis forma queat perferre, tunc mutationem progignunt, et diſpoſitiones dicuntur, quia materiam ita diſponunt, vt praecedens recedat forma, et recens in ſubiecto neceſſario introducatur.“ Sed de his ſane Ocellus non cogitavit. Caeterum notetur *ὕλη* ſignificatione phyſica, de naturali materia.

6. *μήτε κρατῶσιν — ὑπ' αὐτῶν*) Has phraſes eundem afferre ſenſum, ſed vario rei reſpectu, non eſt, quod moneam. voculae autem *εἰς τέλος*, *prorſus*, non ſunt cum D'Argenſii interprete et Rotermundo negligendae; his enim omiſſis, auctor ſibi ipſe contradixiſſet; nam infra de mutua contrarietatum quaſi victoria exponit. D'Argenſ. vertit *à la fin*. recte; eſt enim h. l. *prorſus*, *plane*, *penitus*. Reliquae ſignificationes, de quibus D'Orville ad Charit. p. 479. Lipſ.

huc non pertinent. Caeterum cf. Timaeus Locr. I. §. 10. p. 10. D'Arg. τὰ γὰρ καττὰν ἀρίσταν ἀναλογίαν συντεθέντα ἐν ἰσοδυναμίᾳ, οὔτε κρατεῖ ἀλλάλων ἐκ μέρεος, οὔτε κρατέεται, quae tamen ſententia non omni ex parte noſtrae eſt aequalis.

7. ἀντιπαθὰς) Huius voculae antiquam auctoritatem deſidero, niſi, quod ex Ariſtophane ἀντιπάθεια in Lexicis affertur pro ἄκος, et vocula ἀντιπεπονθὸς in Pythagoreorum diſciplina morali occurrit, ſignificatione tamen ab hoc loco aliena. Conf. Meiners Geſch. der Wiſſ. Gr. u. R. T. I. pag. 566. ſq. Recentiores habent. Vid. Stephan. Theſauro, T. III. p. 70. vnde transſcribo locum ad explicationem Ocelli vtilem e Plinio, H. Nat. XXXIV. c. 15. *A rubigine vindicatur* [ſc. ferrum] *ceruſſa et gypſo et liquida pice. Haec enim temperatura a Graecis ἀντιπάθεια dicta.*

8. Quum eorum, quae hoc capite ſecundo leguntur, magna partim ſit, partim eſſe videatur cum Ariſtotelicis decretis ſimilitudo, ad criticam rationem neceſſarium eſt, vt in ſingulis fere paragraphis accuratior inſtituatur etiam paruarum rerum comparatio. Auctor igitur noſter *conſentit* cum Ariſtotele fere in *vocabulis*, ſi excipiamus ἀλλοίωσιν, de qua dictum eſt. Deinde, quod *decretum* ab Ariſtotele de Gen. et Corr. I. t. 46. ſq. diſerte eſt allatum: τὸ γὰρ ὅμοιον, καὶ τὸ πάντῃ πάντως ἀδιάφορον, εὔλογον μὴ πάσχειν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου, ſeu: τὸ μὲν ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πᾶν ἀπαθές ἐστι. coll. de Anim. II. t. 51. et 54. eodem decreto Ocellus hic tacite vſus eſt; ratio enim dictorum reddi non poteſt, niſi hoc intelligatur; qui conſenſus tamen non ita eſt comparatus, vt alter ex altero hoc dogma hauſiſſe videri debeat; nam plurimi veterum, et teſte Ariſtotele l. l. praeter Democritum omnes, idem affirmarunt. Quae cauſſa fuit, cur Ariſtoteles, explorata acutiſſimi philoſophi ſententia, negaret, et ſimile a ſimili et res ad diuerſa genera pertinentes quidquam a ſe inuicem pati. Quodſi veriſſime dicitur, comprobante omni philoſophiae hiſtoria, mentem humanam generalibus

decretis et axiomatibus, inprimis ad logicam rationem pertinentibus, ante vti in cogitando, quam ſibi adeo fiat eorum conſcia, vt formula quadam ea concipere et in demonſtrationibus certa quadam via et ratione adhibere poſſit; deinde ambiguam rudemque proponi formulam, diſſenſu et refutationibus aliorum expoliendam propiusque ad verum adducendam; plura denique eiusmodi axiomata edita, educata quaſi et perfecta colligi et in ſyſtema redigi: ſine dubitatione affirmarem, hanc paragraphum ante Ariſtotelem eſſe ſcriptam, ſi certa quadam concluſione efficeretur, quod ab auctore non eſt diſerte *dictum*, id ab eo non eſſe diſtincte *cogitatum*, ſeu, quod eodem fere redit, quod non *dixit*, id eum non *potuiſſe* dicere. Conſenſus denique eſt in contrarietatum *numero et nominibus*; vterque enim philoſophus *θερμὸν, ψυχρὸν, ξηρὸν, ὑγρὸν* propoſuit. Sed ne in his quidem ita cum Ariſtotele facit, vt apud alios philoſophos Ariſtotele antiquiores, idem numerus, eademque nomina non reperiantur. Vid. Plato Phaedon. c. 36. *τοῦ σώματος ἡμῶν — ξυνεχομένου ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ*: atque Diog. Laërt. in Zenonis Eleatae decretis poſuit hoc, L. IX. S. 29. *γεγενῆσθαι δὲ τὴν τῶν πάντων φύσιν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ.*

Aliud vero nunc quaeritur, vtrum Ocellus has contrarietates non ſolum cogitatione a materia ſeiunxerit, quod aperte fecit, verum etiam in rerum natura eas a materia ſeparatas (*χωριστὰς*) affirmauerit. Quemadmodum enim inter omnes conſtat, Ariſtoteli placuiſſe, materiam reuera non eſſe a contrarietatibus ſeparabilem, *ἀλλ᾽ ἀεὶ μετ᾽ ἐναντιώσεως*, ita dubium eſt, quoad Ocellus hac in re cum eo conſentiat. Antequam ad hanc quaeſtionem ita reſponderi poteſt, vt dicatur, *vtram* harum ſententiarum amplexus fuerit auctor, de ipſa quaeſtionis ratione et modo pauca praemonenda ſunt, quae quidem hunc quaerendi modum parum cautum, et hanc reſpondendi rationem falſam eſſe oſtendent, ſimulque ſufficient ad id, cuius cauſſa ita

quaerendum videtur. Qui igitur, propositis sententiis repugnantibus et contradictorie, vt vocant, oppositis, respondere vult interroganti, quam tandem harum sententiarum philosophus quidam amplexus fuerit? antea semper quaerere debet: vtrum ad has rogationes philosophus animum omnino aduerterit? et, quamuis ex eo tantum quaeratur: *vtram* harum sententiarum philosophus probarit: tamen antequam hoc dicat, docere, istum *alterutram* harum sententiarum affirmasse. Fieri enim facile potest, vt philosopho, quamuis aut alterutri harum sententiarum, si ei innotuissent, calculum adiicere, aut etiam suam sententiam, vnde istae pendeant, abiicere debuisset, tamen, *quum ea de re plane non cogitaret*, eamque non attingeret, neutra harum sententiarum recte tribuatur, non quia vtramque *improbarit*, sed quia vtramque *ignorarit*. Quo magis appareat, quomodo hoc a me dicatur, exemplum adiiciam. Plato statuit ideas *esse*; quod quidem εἶναι, quum duplex sit, logicum partim, partim reale, non solum quaeri potest, sed ad nostram vsque aetatem etiam disceptatum est, quo sensu Plato ideis suis τὸ εἶναι tribuerit; vtrum eas in mente diuina tantum, an etiam extra eam, vere esse putauerit? Patet sane, ideis, si quidem sunt, alterutrum esse tribuendum; sed nondum patet, Platonem alterutrum de iis affirmasse. Quid si Plato, qui sane non omnes Eleaticorum philosophorum confusiones et tenebras explicare et dispellere poterat, duplex hoc ἐσιῶν genus non accurate distinxisset, quumque iis omnino τὸ εἶναι tribueret, vaga vocabuli significatione deceptus, prout nexus postulabat, modo hanc modo illam sententiam, non distincte perceptam, animo concepisset? Quorsum haec tam multa, quae aliena videntur? vt profecto appareat, non solum apud Platonem, antequam ad propositam quaestionem respondeatur, quaerendum esse *primo*, vtrum illud discrimen, quod est inter εἶναι et εἶναι, omnino mente conceperit? *deinde* vtrum id ad hanc de ideis disputationem accommodauerit? sed nobis etiam in hac quaestione, ad Ocellum

pertinente, eadem via esse ingrediendum. Primo igitur: Num innotuit Ocello, statuendum esse, contrarietates aut semper et necessario cum materia esse coniunctas, aut ab ea quoque vere separari posse? Nihil est, vnde hoc appareat. Sed altera harum sententiarum fortasse ignota fuit, alteram tamen temere adhibuit, quasi vnica esset; vtram igitur probauit? Ne hoc quidem apparet; monet tantummodo, ad generationem requiri, vt primo materia, deinde contrarietates, denique substantiae adsint; vtrum contrarietates a materia separari reuera possint, vt non possint esse nisi in materia, hoc non dicitur; nec argumentationibus ex eius decretis quidquam hoc in genere efficitur; semper enim dubium manet, vtrum auctor quoque tali modo argumentatus fuerit. Quid igitur statuisset auctor noster hac de re, si quis ex eo hoc quaesiuisset? Haec quaestio responsione indigna est; nam sine caussa idonea interrogatur, nec nostra interest hoc scire. Sed quid a nobis hac de re statuendum est, si eius rationem sequi, et τεκμαιρόμενοι ἐξ ὧν αὐτὸς ἔλεγεν, ita respondere velimus, vt responsio reliquis eius decretis sit consentanea? Vtiliter hoc quaeritur; quamquam enim non valet ad philosophum *intelligendum*, *eiusque sententiam inueniendam:* magnam tamen habet vim ad iudicandum et ad *verum* inueniendum. Ego vero ad hanc quaestionem hac in caussa fere non habeo, quod dicam. Eligas enim harum sententiarum, vtram velis, et nullam reperies contra reliqua auctoris nostri decreta repugnantiam. Sequitur igitur, Ocellum hoc placitum ignorasse? Immo vero hoc *inde* non sequitur; poterat enim scire, et tamen tacere, idque variis de caussis. Probabile tamen est, eum hoc ignorasse. Sed tamen hoc sequitur, hunc libellum scriptum esse ante Aristotelem; quum enim Aristoteles multus sit in commendando et inculcando hoc decreto, Pseudo-Ocellus aliquis, qui Aristotelem non solum secutus sit, verum etiam passim ad verbum descripserit, id sane non adeo praetermisisset; vt nullum eius vestigium appareret. At ne hoc quidem certa conclusione efficitur; poterat enim con-

fulto hoc omittere; qua de re in dissertatione critica plura dicenda sunt.

§. 5.

1. Tertium nunc persequitur, quod in altera quidem mundi parte ad generationem necessarium duxit, elementa nimirum, quae ab aliis dicuntur, eorumque a contrarietatibus differentiam declarat.

2. *αἱ ἐσίαι*) *Substantiae*, seu, vt Ocelli vsum sequamur, *πρῶτα σώματα*. cf. §. 11. „quae sunt quatuor vocata elementa, vt verbis Philosophi vtar. 2 de gen. t. 1. et 4." Vizz. p. 117. Sed de vocula *στοιχεῖον* alibi agendum est. De voc. *ἐσία* autem cf. Aristot. Metaph. III. c. 5. p. 1261. E. *ἃ δὲ ἂν μάλιστα δόξειε σημαίνειν ἐσίαν, ὕδωρ, καὶ γῆ, καὶ πῦρ, ἐξ ὧν τὰ σύνθετα σώματα συνέστηκε. τούτων δὲ* [fort. *δὴ*] *θερμότητες μὲν καὶ ψυχρότητες καὶ τὰ τοιαῦτα, πάθη, ἐκ ἐσίαι. τὸ δὲ σῶμα τὸ ταῦτα πεπονθὸς μόνον ὑπομένει, ὡς ὄν τι καὶ ἐσία τις ἐσα.* Metaph. V. c. 8. p. 1291. B. *Οὐσία δὲ λέγεται τά τε ἁπλᾶ σώματα, οἷον γῆ, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ὅλως σώματα* etc. hic vero huius vocabuli vsus tribuitur *τοῖς πάλαι*. Vid. Metaph. XII. c. 1. p. 1390. E. *οἱ μὲν ἐν νῦν τὰ καθόλου ἐσίας μᾶλλον τιθέασι· τὰ γὰρ γένη καθόλου, ἅ φασιν ἀρχὰς καὶ ἐσίας εἶναι μᾶλλον* *), *διὰ τὸ λογικῶς ζητεῖν. οἱ δὲ πάλαι, τὰ καθ' ἕκαστα· οἷον πῦρ, καὶ γῆν, ἀλλ' ἐ τὸ κοινὸν σῶμα.* quae quidem posteriora verba videri possunt de Ocello dicta, in eum certe optime cadunt. Conferri etiam potest Metaph. VIII. c. 1. p. 1337. C. *ἐσίαι δὲ, αἱ μὲν ὁμολογέμεναί εἰσιν ὑπὸ πάντων, περὶ δὲ ἐνίων ἰδίᾳ τινὲς ἀπεφήναντο. ὁμολογέμεναι μὲν αἱ φυσικαὶ, οἷον πῦρ, γῆ, ὕδωρ, καὶ τἄλλα τὰ ἁπλᾶ σώματα* etc. et praeter haec de Coelo III, t. 1. Metaph. VII. c. 1. XIII. c. 1.

3. *πῦρ — γῆ*) Sextus Empir. adu. Mathem. X, 316. scripsit: *ἐκ πέντε δὲ* (sc. *γεγενῆσθαι τὰ πάντα θέλουσιν*. vid. §. 313.) *Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης. συμ-*

*) Cf. Platon. Theaet. p. 141. T. II. Bip.

παρέλαβον γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. Olim quidem, quum et hic et in ſequentibus quatuor tantum afferri viderem ſiue elementa, ſiue prima corpora, ſuſpicabar, hanc ſententiam a Sexto certe non eſſe e *noſtro* Ocello allatam. Sed non eſt, cur dubitemus. Quanquam enim quintum illud nec hoc loco allatum, nec ſupra eodem nomine vocatum eſt, quo apud Sextum nominatur: rem tamen fere habet Ocellus, *τὰ θεῖα σώματα* in ſuperiore mundi parte; id quod vidit etiam Fabricius, dixitque ad locum Sexti. Conf. diſſ. crit. §. 10. Hoc tamen neminem negaturum eſſe arbitror, non ſatis accuratam et elegantem eſſe Sexti expoſitionem, maxime ſi ſpectemus ea, quae ex ſuperioribus ſupplenda et a me allata ſunt. De quinta autem natura iſta videndus eſt Ariſtotel. de Coelo, L. I. c. 2. et 3. vbi quintum illud corpus eſſe, non *ſumit* cum Ocello, ſed *demonſtrat.* Auctor libri de mundo, c. 2. p. 1203. E. *οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν — οὐχ ὥς τινες διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι — ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην· στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον.* quae tamen fortaſſe non accurate Ariſtotelis ſententiam referunt, cf. etiam p. 1204. C. et c. 3. p. 1205. D. Addatur Cicero Acad. Quaeſt. I. c. 7. qui ſolum nominat Ariſtotelem, et Plutarch. de decret. L. I, c. 3. §. 32. Meinerſ. Hiſt. doctr. de ver. Deo. pag. 447. ſqq. Tiedemann. Geiſt des ſpec. Philoſ. T. II. pag. 249. ſq.

4. „Hunc elementorum numerum ante Ocellum Homerus ingenioſiſſime expreſſit, Plutarcho teſte in libro de Homero. Homerum ſingula haec elementa paſſim attuliſſe et nominaſſe, id dicitur in vita Homeri apud Galeum, Opuſc. Myth. p. 324. quam vitam olim Plutarcho tributam Galeus in praefatione §. 6. Dionyſio Halicarnaſſeo vindicatum iuit. Ad iſtam ſententiam reperiuntur etiam plura apud Heraclidem p. 440. Gal. Fuerunt tamen, qui Homerum duo elementa ſtatuiſſe affirmarent. Vid. praeter Dionyſii et Heraclidis ll. ll.

Sextus

Sextus Empir. adu. Math. X. Sect. 314. qui teſtimonii loco adduxit Iliad. ξ, 201. et η, 99.] et poſt illum aſſeruit Ariſtoteles *in libr. de coelo*, *generat. et alibi.* [recte; Ariſtoteles enim ipſe, quoad mihi notus eſt, quintum illud corpus, aethera, hisce elementis non annumerauit, ſed potius ſegregauit; aether enim natura ſua, ſi Ariſtotelem audias, circulari motu fertur ſolus, quatuor iſta, de quibus nunc ſermo, habent quidem naturalem motum, ſed alterum φορᾶς γένος.] in eoque plurimi conſenſerunt apud Plutarchum de plac. L. I. c. 3. et Stobaeum, Ecl. Phyſ. L. I, c. 13.

— qui quattuor ex rebus poſſe omnia rentur
Ex igni, terra atque anima procreſcere, et imbri.

Lucret. L. I, [vſ. 715. ſq.] hunc quinimo eundem entium ordinem, quae vna coaleſcunt, vt res producantur, complectebatur Ariſtoteles 2 *de gen.* 6. dicens, ponendam materiam quandam, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριςὴν, ἀλλ᾽ ἀεὶ μετ᾽ ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται τὰ καλούμενα ςοιχεῖα. elegantiſſime pariter Timaeus imitabatur, dum ait: ἀρχαὶ μὲν ὦν τῶν γενομένων ὡς μὲν ὑποκείμενον ἁ ὕλα, ὡς δὲ λόγος μορφᾶς τὸ εἶδος. ἀπογεννάματα δὲ τουτέων ἐςὶ τὰ σώματα, γᾶ τε, καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε, καὶ πῦρ." Vizzan. pag. 117. ſq. Sed de his, praeter ea, quae inſerui, dicenda nonnulla ſunt. Et primo quidem apud Plutarchum, ſi quidem hic eſt auctor iſtius de decretis philoſſ. libelli, proprie non ſermo eſt de *elementis*, ſed de *principiis.* Quatuor tamen elementa ibi leguntur affirmaſſe *Empedocles*, §. 29. *Ariſtoteles*, §. 32. et *Zeno* Stoicae familiae auctor, §. 33. Apud Stobaeum vero, cuius caput XIII. inſcriptum eſt: περὶ ἀρχῶν, καὶ ςοιχείων, καὶ τοῦ παντὸς, recenſentur huius ſententiae fautores *Empedocles* p. 25. *Zeno* Cittieus pag. 27. l. 37. *Ariſtoteles* pag. 28. l. 7. itaque iidem, qui apud auctorem ante nominatum; nec plures nec pauciores, de quorum nemine res eſt dubia. Sed de *Xenophane* haec habet Diogenes Laërt. IX, 19. φησὶ δὲ τέτταρα εἶναι τῶν ὄντων ςοιχεῖα, quae quidem in dubium vocauit Meinerſius Vir Illuſtris Geſch.

d. Wiſſ. Gr. u. R. T. I. p. 618. quia non conſentiant cum primis huius philoſophi decretis; et haec Viri, de hiſtoria philoſophiae optime meriti, ſententia confirmari videtur Sexti Empirici auctoritate, Adu. Math. X. S. 313. ſq. et verſibus Xenophanis ibi allatis. Ita enim habet Sextus: *Ξενοφάνης δὲ κατ᾽ ἐνίους, ἐκ γῆς* [ſc. *γεγενῆσθαι τὰ πάντα θέλει*]

ἐκ γαίης γὰρ πάντα καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

ἐκ πλειόνων δὲ καὶ ἀριθμητῶν, δυοῖν μὲν, γῆς τε καὶ ὕδατος, ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, ὅτε μὲν λέγων, [ſequuntur verſus: Iliad. ξ, 201. η, 99.] *συμφέρεσθαι δ᾽ αὐτῷ δοκεῖ κατ᾽ ἐνίους, καὶ ὁ Κολοφώνιος Ξενοφάνης. φησὶ γάρ·*

πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα.

Ex his verſibus autem non poteſt certo concludi, Xenophanem aut vnum aut duo elementa ſtatuiſſe; nam quaeritur, *quem in finem* haec dixerit. Poterat enim aliorum ſententiam, velut Homeri, afferre, vt refutaret; poterat haec monere, vt declararet, omnia, quae ſunt oculis ſubiecta, caduca eſſe, et diſſolui, ſecundum vulgi quidem opinionem; poterat aliud fortaſſe etiam conſilium ſequi. Quocirca non licet affirmare, Xenophanem de numero elementorum ita diſſeruiſſe, vt aliquem numerum ipſe definiret. Quod vero de Ariſtotele, qui eundem entium ordinem complexus ſit, Vizzanius monebat, id non ſolum valde obſcure dictum, ſed, ſi ſequentia ſpectes, etiam falſum eſt; quamvis enim Ocellus quatuor iſta prima corpora etiam habeat, tamen de materia *οὐ χωριστῇ* nihil dixit, qua de re ſupra. Neque vero elegantiſſima iſta Timaei imitatio non habet multas cautiones; nam primo ſtatim adſpectu apparet, aliam Timaei, aliam Ocelli eſſe rationem. Timaeus enim quatuor prima corpora *ἀπογεννάματα* vocauit, eorumque exſiſtentiam a principiis, (materia ſc. et forma) deriuauit; cuius rei in Ocello nullum apparet veſtigium. Neminem confido futurum eſſe, qui hanc *ἀκρίβειαν* reprehendat, et, quum in mi-

nutis rebus verſetur, ſuperuacuam eam eſſe contendat. Quemadmodum enim tota eiusmodi placitorum inueſtigatio fortaſſe ſine graui eruditionis iactura plane omitti poteſt, ita omiſſa iſta diligentia et ſubtilitate non poteſt ſine multis erroribus inſtitui, tanto maiore reprehenſione dignis, quanto totum hoc cognitionis genus videtur minus eſſe neceſſarium. Idem Vizzanius poſtea pag. 123. ſq. ita: „Haec vero eadem corpora elementa quoque Pythagoras nuncupauit, et huic eidem numero, quaternarii intuitu, quem vbique quaerere ac inuenire geſtiebant, Pythagorei ſemper adhaeſerunt: Hierocl. carm. 47. Laërt in eius vita [VIII, S. 25. Alexandri quidem auctoritate. ὧν καὶ τὰ ϛοιχεῖα εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα. quae tamen non ita videntur eſſe accipienda, ac ſi Pythagoras ipſum vocabulum ϛοιχεῖον de his corporibus primis adhibuiſſet. qua de re in diſſertatione critica plura diſputanda ſunt. Vid. etiam Sextus Empir. Adv. Math. X. S. 283. qui in Pythagoreorum decretis haec habet: ἀπὸ γραμμῆς δὲ ἐπιφάνεια, ἀπὸ δὲ ταύτης, σῶμα. πλὴν ὅτω μὲν ἀποτελεῖται τὰ ϛερεὰ σώματα, ἡγουμένων τῶν ἀριθμῶν. ἀφ' ὧν λοιπὸν καὶ τὰ ϛερεὰ συνίϛαται, γῆ τε καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ καὶ πῦρ. quo loci mendum latet, ex Laërtio et Suida ibi ab interpretibus adducto, fortaſſe tollendum. conf. etiam Iamblich. de V. Pyth. S. 130. p. 109. Caeterum hoc in genere, in quo ſaepiſſime, apud veteres maxime, eſt peccatum, ſemper videndum eſt, ne Pythagorae ipſi tribuamus, quod eius diſcipulis et ſectatoribus ſolis tribuendum fuiſſet. cf. infra ad §. 21. Obſ. vlt. fine.] Ariſtoteles vbique videtur acquieuiſſe: qui congruam ipſius rationem a tangibilium complexu qualitatum, profunde 2 *de gen.* 16. e motricibus quoque qualitatibus, ingenioſe, 2 *coeli*. 18. et 19. et tandem ex ea, quam Vniuerſi ſeries in iis exigebat, aequalitate, meteor. I. *ſum.* 1. *cap.* 3. acute eduxit. cuius numeri neceſſitatem pariter in vniuerſo, eleganter ſane in Timaeo ex eo eruebat Plato, quod corporeum ipſum eſſe, viſuique, ac tactui occurrere oportebat." etc. quae quidem apud

Platonem ipſum legi poterunt in Timaeo T. IX. pag. 307. ſqq. Bip. cuius etiam conferri poteſt locus in Timaeo pag. 340.

5. διαφέρουσι — δυνάμεων) Nog. vertit: *quae quidem corpora a facultatibus longe differunt*; et Vizzanius: *differunt ipſae a potentiis.* Sed D'Argenſius, quum redderet et explicandi cauſa inculcaret: *or ces ſubſtances diférent* en dégres *de puiſſance*, eiusque Interpres etiam infelicior: *Dieſe Weſen ſind in Abſicht ihrer Kräfte nur ſtuffenweiſe von einander unterſchieden*, omnem huius loci ſenſum peruerterunt. Neque enim ſenſus eſt, haec prima corpora *inter ſe differre* contrarietatum vario gradu; ſed potius, diſcrimen eſſe inter prima corpora et contrarietates; qua in re autem cernatur hoc diſcrimen, ipſe auctor addit, nimirum prima corpora pereunt in loco, contrarietates non pereunt. Quodſi diſcrimen hoc omnino definiendum fuiſſet, Ocellus, ſi quidem hoc cogitationis genus ipſi fuiſſet notum, dicere potuiſſet: *genere* ea differre.

6. ἐν τόπῳ φθείρονται) Nogarola: *nam illa in locis ſuis viciſſim ſeſe deſtruunt et labefactant.* Vizzanius: *ſubſtantiae enim in loco corrumpuntur inuicem.* D'Argens. *car elles ſe détruiſent les unes et les autres dans leur lieu.* Batteux: *car les eſſences ſe détruiſent les unes les autres dans le lieu.* Obſcurior olim mihi videbatur ſententia, quare de latinismo hic cogitabam; in loco, pro *opportune*, *data occaſione et cauſſa*; ſed haec ſunt aliena, expedita vero omnia. Haec enim reſtrictio, *in loco* pereunt, recte adhibetur. Nam ex Ocelli mente haec prima corpora non omnino pereunt, cf. §. 11. ſed loco tantum cedunt; vbi ignis fuit, fit aër; ignis hoc quidem loco perit; vbi aër eſt, terra exſiſtit, aër cedit. etc. Cf. finem annotat. ſq.

7. αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται, οὔτε γίνονται) Vizzanius ad hunc locum ita diſputauit p. 119. ſq. „Nullus certe locus difficilior in Ocello occurrit; calidum enim, etc. mox contrarietates nuncu-

pauit, quare ſe inuicem iuxta naturam contrariorum periment, qua igitur ratione eas hic negat corrumpi? et mox t. 12. *et ſqq.* [mihi §. 13. ſqq. vbi ſane ſcripſit Ocellus: *ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ*, et *ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι*, quamuis ſaepius vocula *ἐπικρατεῖν* ſit vſus.] humorem aëris docebit perimere ignis ſiccitatem, et ſic de ſingulis, imo per interitum vnius ex his qualitatibus contrariis elementum concomitantibus, ipſum in aliud elementum dicet immutari.“ Poſt inſertam excuſationem et ſequentis diſſertationis modeſtam commendationem pag. 120. ita pergit: „Arbitrarer ego, mentem auctoris hic eſſe, elementum, puta ignem, differre a calido, et ſicco, quae ſunt illius poteſtates, quod ille gignatur et intereat, vt vnicuique patet, at quae in eo eſt ſiccitas et caliditas, vere et proprie non dicitur interire, nec etiam gigni: non quod et hae non acquirant eſſe, ac tranſeant ad non eſſe, ſed quia reuera eorum tranſitus ad eſſe, et inde ad non eſſe, ortus et interitus nomen non promereantur; quod vt facilius intelligatur, ne pigeat arbitrari, et in hoc Ariſtotelem imitari Ocellum, vt in plerisque praeſtitit, ac illico, quae nunc affero, apertiſſime eluceſcent; quod vt fiat, altius repetito principio, obſeruandum, quod, licet actio ſemper ſuccedat ratione formae agenti inſitae, tamen non formae, ſed compoſito attribuitur actio; eo quia ipſum eſt principium, quod elicit operationem, talis vero forma non producit opus, at ipſum agens per illam. Hoc perpendens Ariſtoteles dixit Met. I. t. 1. actiones eſſe compoſiti, quod etiam videtur affirmare *1 de an.* t. 64. et ſicuti actionem attribuit non formae, ſed compoſito, ſic quoque eidem ortum attribuit ac interitum, at illius incapacem profitetur formam ipſam; quod ne a me inventum quispiam arbitretur, vel ab Ariſtotele incaute prolatum, is Ariſtotelem legat Met. 8. t. 8. quo loci dicebat: *τὸ εἶδος οὐθεὶς ποιεῖ, οὐδὲ γεννᾶται, ἀλλὰ ποιεῖται τόδε, γίγνεται δὲ τὸ ἐκ τούτων.* quare quum formas videamus incipere eſſe, nulla enim ipſarum praecedit tempore compoſitum, quod ex ea conficitur, ac eas, diſſo-

luto compoſito, tranſire ad non eſſe, vno excepto intellectu. 12. *met.* 16 et ſeqq. et tamen ſtatuatur, formas non generari, neque corrumpi, patet, quod in via peripatetica continget, eas, ſi ſint oppoſitae, in ſe agendo deſtrui, nec tamen proprie corrumpi, eo fere pacto, quo 8 *Phyſ.* 46. dicebatur, indiuiſibilia poſſe aliquando eſſe, et aliquando non eſſe absque eo, quod generarentur, et interirent, et 1. *coeli,* 112 aliqua dicebantur, quum prius non forent, inde eſſe *ἄνευ τȣ̃ γίνεσθαι.* Huic igitur ſi placeat inſiſtere doctrinae, crediderim, illi innixum Ocellum modo docuiſſe, ſubſtantias differre a formis hisce contrariis, quod illae intereant, hae vero nequaquam, quas licet videamus per mutuam actionem ſe abolere, idque infra dicatur, ac iis attribuatur corruptio, dicendum illud improprie poſitum, aſſumendo interitum pro eo ſtatu, quo vergunt ad non eſſe; at hic, vbi proprie aſſignatur in hoc diſcrimen inter ſubſtantias, et tales contrarietates, iure dici eas ortu carere, et interitu: et haec ab Ocelli mente non abhorrere nobis dictat modus loquendi ipſius, quia tribuens interitum elementis, dicebat corrumpi *in loco*: quia ſcilicet corpora pereunt in loco, in quo ſunt, et in loco pariter producuntur: at id non contingit in formis, ac praecipue accidentalibus, quales ſunt hae inter qualitates locatae 5. *Met.* 19. ſi quidem illae non in loco, ſed in ſubiecto producuntur, et acquirunt ac amittunt eſſe; vt enim non ſunt vere entia accidentia, ſed entis entia, *met.* 4. t. 2. ſic non vere dicuntur eſſe, ſed potius ineſſe: et quid tale reſpexiſſe auctorem vel ex eo licet colligere, quod, huius addens diſcriminis rationem, dicebat: *rationes enim incorporeae ſunt harum.* Si enim contrarietates non dicuntur oriri, nec interire, quia earum rationes corpus non claudunt, ſunt enim qualitates, ideoque corporeo nec incorporeo gaudebunt, quum talia ſint ſubſtantiarum differentiae ex Porph. *c. de ſpecie:* et diuerſorum generum, quorum vnum ſub altero non collocetur, diuerſae ſunt ſpecie differentiae *antepraed.* c. 4. et cauete, ne conſiderantes qualitatum ſectionem penes ſcholaſticos in

reales et intentionales, eas vere corporeas dici poſſe arbitremini: non enim participes ſunt corporis, a quo queant denominari, at potius illarum particeps est corpus. Iam patet, quod compoſitis tantummodo ex materia et forma, et ideo corporibus, verum attribuit ortum et interitum."

„Quodſi alicui haec non arrideat expoſitio, tunc ad alterum ex duobus antiquorum placitis confugiendo, alterumque Ocello adſcribendo, facile hunc licebit locum exponere. Prius ſit, ex antiquis plures ſola corpora entia dixiſſe, teſtis ſit Ariſtoteles, qui, de vacuo veterum ſententias dum recenſeret 4. *phyſ.* 52 dicebat: *οἰόμενοι δὲ τὸ ὂν ἅπαν εἶναι σῶμα.* quare per ortum in ens, per interitum in non ens mutatio ex ente quum fiat, et hic contrarietates a corporum natura ſegregentur: iure verus ortus ac interitus ab iis ſecludetur."

„Alterum ſit, quod duplex ſit generatio ac corruptio, alia dicta ſimpliciter, cuius terminus eſt ſubſtantia, alia vero dicta ſecundum quid, qua ens ſecundum quid, accidens ſcilicet, *Met.* 4. *t.* 2. *et Met.* 9. *t.* 1. progignitur: quod ſequitur dogma Philoſophus 1 *de Gen.* 18. *et* 1 *Phyſ.* 62. quum igitur ſubſtantias Auctor hic ſtatuat eſſe elementa, quod non adſcribit contrarietatibus; illa ſimpliciter, hae nequaquam, orientur et interibunt: et ita veritati conſona erunt, quae hoc textu traduntur, quod ſi in *ſeqq. text.* ens interire dicitur: ibi de interitu ſecundum quid eſt ſermo, quem ab iis arcere voluit Ocellus, modo diſſerens de proprie et ſimpliciter dicto ortu ac interitu, qui licet ſuccedat ratione pugnae contrarietatum, iis tamen non adſcribitur, at compoſito; ſicut omnis actio, licet ſuccedat ratione formae 3 *Phyſ.* 17. non tamen formae, ſed compoſito ipſi attribuitur, et ita primum quum ſit materia, alterum contrarietates, iam poſtremum erunt ſubſtantiae, videlicet elementa, quae proprie quum oriantur et intereant, iam mutabuntur, vt latius etiam *ſeq. textu* exhibebit auctor, quo loci ſingula haec Peripateticis conſona principiis apparebunt."

„Tradita vero in textu ſi quis contempletur, longe facilius inſtitutam aboleri potuiſſe dubitationem cogitabit, aſſerendo, Ocellum noluiſſe ibi a contrarietatibus ortum ac interitum ſimpliciter remouere, ſed mutuam tantummodo inter eas generationem, quam in elementis tamen contingere *ſeq. text.* ſuadebit, et idcirco vſum fuiſſe dictione ἐξ ἀλλήλων (*inuicem*), et huic expoſitioni pleroſque reor prima facie adhaeſuros, quia veritati conſona et Auctoris menti videatur, *ſeqq. text.* dicentis, inuicem elementa mutari, non vero contrarietates: at quia hic dicendi modus non omnino a difficultatibus eſt immunis, eam in *ſeq. textu* diligenti examine proſequemur.“ Haec quidem Vizzanius.

In his autem contradictionis ſoluendae modis ſingulis quemadmodum ineſt aliquid, quod et vere dicitur et ad rem facit: ita nulla harum rationum plane et tota probanda eſſe videtur; quis enim vnquam Ariſtotelicorum decretorum imperitus haec talia potuiſſet intelligere? et quo tandem modo auctor, ſiue ante Ariſtotelem vixit, ſiue libellum poſtea finxit, ita ſcribere potuit, aut voluit et debuit, vt ſine Ariſtotele ne intelligi quidem poſſet. Facilior videtur ſuppetere ratio ſoluendi et verior, quippe interpretationi legitimae ſuperſtructa. Οὐσίαι (quae quidem conſtant materia et contrarietatibus) pereunt in loco, et fiunt et generantur *ex ſe inuicem*, (id enim addendum eſſe in notis criticis monui) h. e. quae materiae particula ante calida et ſicca, i. e. ignis fuit, eadem poſtea frigida fit et ſicca, i. e. terra; ignis materiam praebet aëri, aër aquae etc. Voculae ἔκ τινος, ἐξ οὗ etc. ſupra quoque ita adfuerunt, vt materiam potius, quam efficientem cauſſam, indicarent. Quod vero de hisce primis corporibus recte affirmatur, id de contrarietatibus dici non poteſt; hae non poſſunt ita in loco ex ſe inuicem fieri, vt altera alteri materiam praebeat, quia non habent materiam; quia ſunt ἀσώματοι. Repetendum enim eſt ex ſuperioribus: οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται ἐξ ἀλλή-

λων. Atque decreti, contraria non poſſe ex ſe inuicem oriri, paſſim fit apud Ariſtotelem mentio; Plato etiam in Phaedone id attigit, bene explicauit, et ab ambiguitate vindicauit. Quocirca arbitror, Ocellum hic non *omnino* generationem et corruptionem contrarietatum negare, ſed *eam* tantum ſiue generationem ſiue deſtructionem, quae ἐξ ἀλλήλων fit, in qua vna contrarietas *materiam* praeberet alteri, id quod in primis corporibus, ſecundum eius ſententiam, locum habet. Cf. quae dixi ad §. 6. nota 6.

8. λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων) Chriſtianus: *rationem enim corporis expertem ſunt ſortitae.* Nogarola: *ſiquidem ipſarum rationes corporis ſunt expertes:* Vizzanius: *rationes enim incorporeae ſunt harum.* D'Argens: *car les cauſes de ces puiſſances ſont incorporelles.* et in notula ſubiecta: C'eſt à dire, ſont ſimples, et par-là elles ne ſont point ſujettes à la deſtruction. Batteux: *car ce ne ſont que des rapports et des manières d'être, qui ne ſont pas corps.* Quaeritur h. l. ſolummodo, quid λόγος denotet? Nimirum id videtur, quod recentiores *eſſentiam* rei vocant, a *natura* eam diſtinguentes. Hac ſignificatione certe paſſim hoc vocabulum legi videtur apud Ariſtotelem; cf. Phyſ. III, t. 40. εἰ γάρ ἐστι σώματος λόγος, τὸ ἐπιπέδῳ ὡρισμένον. Metaph. IV, 2. τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ τι ἦν εἶναι, καὶ τὰ τούτων γένη. de Partib. Anim. L. I. c. 1. p. 1101. διοριστέον περὶ τούτων [τῶν αἰτιῶν], ποία πρώτη καὶ δευτέρα πέφυκε. Φαίνεται δὲ πρώτη, ἣν λέγομεν ἕνεκά τινος. λόγος γὰρ οὗτος. ἀρχὴ δὲ ὁ λόγος, ὁμοίως ἔν τε τοῖς κατὰ τέχνην καὶ τοῖς φύσει συνεστηκόσιν. ἢ γὰρ τῇ διανοίᾳ, ἢ τῇ αἰσθήσει ὁρισάμενος ὁ μὲν ἰατρὸς τὴν ὑγίειαν, ὁ δ' οἰκοδόμος τὴν οἰκίαν ἀποδιδόασι τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας οὗ ποιοῦσιν ἑκάστου, καὶ διότι ποιητέον οὕτως. de Anima L. I, t. 15. τὰ πάθη λόγοι ἔνυλοί εἰσιν. et L. II. t. 24. ἡ ψυχὴ δὲ, τοῦτο, ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα πρώτως. ὥστε λόγος τις ἂν εἴη καὶ εἶδος, ἀλλ' οὐχ ὡς ὕλη καὶ τὸ ὑποκείμενον. cf. t. 30. Senſus igitur eſt: ſunt incorporea; cogitantur tanquam corporis et materiae expertes, non ſunt σώ-

ματα, non ἐσίαι, quid igitur? λόγοι, quam cogitationem vereor ne Ocellus ipſe non potuerit *diſtincte* explicare. Cauſſarum cogitatio ab hoc loco et a ſermonis conſuetudine aliena eſt. ἀσώματος h. l. mihi eſt: ſine materia ea, de qua §. 3. dixit.

§. 6.

1. Hac paragrapho continetur diuiſio qualitatum contrariarum, et breuis repetitio eorum, quae hactenus ſunt dicta. Sed hic locus variis implicitus eſt difficultatibus, nec facile apparet, quae ſit vera ſententia, nec quorſum haec ſpectent, et cur hic dicta ſint. Vizzanius ita cum praecedentibus connectit. „Ea in praecedentibus auctor quum enumerauerit, quae ortus et interitus in inferiori regione vera dixerat principia, et inter haec calorem, frigus, humorem, ac ſiccitatem recenſuerit: ne quis eorum ſingulis pariter adſcriptum contrarietatis nomen obſeruans, eodem quoque pacto principii munia obire cogitaret, eas longe diuerſa ratione id opus exercere nunc ſuadet, indeque *hoc cap.* hucusque tradita eleganti claudit epilogo, vt ad explicandam elementorum naturam facilior nobis via ſternatur." Haec ille, p. 125. ego vero confiteor, me diuerſam iſtam principii rationem in ſequentibus prorſus deſiderare; nec ſtratam iſtam viam faciliorem reperire. Singula ſcrutabimur, ita fortaſſe lux aliqua apparebit.

2. τῶν δὲ τεσσάρων.) Quatuor allatae ſunt contrarietates, §. 4. quatuor etiam exhibita ſunt prima corpora, §. 5. De quibus igitur hoc dictum eſt ab auctore? Videtur de contrarietatibus, quarum nomina ſtatim addit: τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν etc. At enim poſtea, vbi mutuam elementorum generationem diſputat, nullum apparet huius diſtinctionis veſtigium; ſiccum enim et humidum non minus ſuperant et vincunt, quam ſuperantur et vincuntur. Num igitur auctor parum ſecum ipſe conſentit, an ſupplenda hic et intelligenda ſunt prima corpora, τὸ θερμὸν, ſc. σῶμα, ignis etc. Non eſt inuſitatum hoc di-

cendi genus. cf. Ariſtot. de Gener. et Corr. I. t. 51. *διὸ καὶ εὔλογον ἤδη, τό τε πῦρ θερμαίνειν, καὶ τὸ ψυχρὸν ψύχειν*, vbi non *ψυχρὸν*, ſed *ὕδωρ* debuiſſet dicere, ſi eodem modo voluiſſet et ſine ambiguitate potuiſſet loqui, quo antea, vbi non *θερμὸν*, ſed ignem, poſuit. His accedit, quod infra §. 11. Ocellus ſcripſit: *ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν*; ideoque non binas ſolum ſingulis elementis, ſed etiam ſingulas ſingulis contrarietates attribuit; deinde quod contrarietates a materia ita diſtinxit, vt eas non ſolum corporis expertes eſſe ſtatueret, §. 5: ſed materiam quoque ab iis mutari, et *πάθος καὶ διάθεσιν* accipere moneret; quod denique primorum corporum mentio proxime ante facta eſt. Quibus rationibus ſane effici videtur, *τὸ θερμὸν* etc. hoc loco non eſſe contrarietatem, *θερμότητα*, ſed contrarium ipſum. Quodſi quis nolit de igne, aëre, terra et aqua cogitare, quia his tamen in ſequentibus *binae* contrarietates adſcribuntur, ei non repugno, auctor potius ſum, vt de *corpore* calido, frigido, humido, arido cogitet, ſiue ignem ſiue aquam, ſiue alio quocunque nomine vocare id velit; tantummodo ne cogitet de contrarietate ſola, ſine corpore. Obiici poteſt: haec corporum diſtinctio nihil facit ad explicandam primorum corporum generationem; ad hanc requiritur, vt dicatur, non quid corpora agant aut patiantur, ſed quid contrarietates, ex quibus haec corpora conflata dicuntur, efficiant. Recte hoc monetur, ſed nihil facit ad refutandam hanc explicationem; hic enim de corporum primorum generatione ſermonem eſſe, non ſolum ſine idonea probatione ſumeretur ab eo, qui talia obiiceret, verum etiam repugnat proxime ſequentibus, quae quidem, ſi ad primorum corporum ortum et interitum pertinere putentur, denſiſſima caligine ſunt tecta. Nimirum auctor nondum ad hanc generationis primorum corporum mutuae explicationem peruenit; agit potius adhuc omnino de parte vniuerſi altera, mutationibus et interitui obnoxia; exponit de generatione omnino; eiusque cauſſis; addit nonnulla, quae

partim attentio ad naturam rerum ſingularum, partim ratio et cogitatio eum docuerat; quod haec omnia ad mutuum elementorum ortum et interitum pertinere videntur, propterea accidit, quia non ſolum maxima huius capitis pars eam rem tractat, ſed quia etiam eadem vocabula vaga et parum diſtincta ſignificatione vbique leguntur, nec ordo tractationis ab auctore ita eſt indicatus aut inſtitutus, vt lucidus vere vocari poſſit.

3. ποιητικὰ — παθητικὰ) Prope abfuit a vera (vt arbitror) explicatione Vizzanius, quum p. 127. ſcriberet: „Haec vero non ita aſſeruntur, ac ſi ita humidum et ſiccum ab actione arceantur, quod eam inuicem non exerceant omnibus attributam contrariis, quae mutuo ſe expellere quum conſueuerint, *Met.* V, 16. inuicem profecto vt agant et patiantur, 1 *de gen.* 51. oportebit, vnde Ouidius *Metam.* I. [vſ. 19. ſq.] canebat:

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,

Mollia cum duris, ſine pondere, habentia pondus.

Sed eatenus Ocellus, et inde Ariſtoteles, praedictis qualitatibus haec munia collata aſſeruere, quatenus, ſi mixta corpora accipiamus, quae ex elementis, ſeu potius eorum virtutibus coaleſcunt, 2. *de p. an. cap.* 1. in iis calor et frigus agentis, humor vero et ſiccitas patientis potius ac materiae vices gerant, vt abunde 4 *meteor.* c. I. indicatur.“ Nihil haberem, quod contra dicerem, ſi ſemper de contrariis (in concreto,) et non paſſim de contrarietatibus etiam (in abſtracto) loquutus fuiſſet. Deinde quod de mixtis corporibus dicitur, id libenter amplector, ſi nihil aliud ſignificat, quam Ocellum pariter atque Ariſtotelem mixtorum corporum contemplatione adductum eſſe, vt hoc diſcrimen ſiue excogitaret, ſiue in medium afferret; nam calor et frigus, ideoque calidum et frigidum, ſane videntur magnam habere vim in ſiccum et humidum, ad quam opinionem aeſtatis et hiemis viciſſitudines nos addu-

cunt; ſed vehementer negandum videtur, Ocellum haec tam diſtincte concepiſſe, et quod obſeruationibus didicerat, id ad eam rem, quam ante oculos habebat, reſtrinxiſſe; ſi enim hac de re ſubtilius cogitauiſſet, etiam magis diſtincte ſcripſiſſet. In rudi hac obſeruatione quid veri inſit, et quo ſenſu hoc dici poſſit, ſequens aetas vidit et expoſuit. Sed monenda ſunt nonnulla ad hiſtoriam huius decreti ſpectantia. Et primo quidem Parmenidi tribuitur decretum: *δύο τε εἶναι ςοιχεῖα, πῦρ, καὶ γῆν. καὶ τὸ μὲν δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν, τὴν δὲ ὕλης.* Vid. Diog. Laërt. IX. S. 21. cf. quae ibi adduxerunt Aldobrandinus et Menagius. Primam huius enunciationis partem, ſi a vocula *ςοιχεῖον* receſſeris, confirmat Ariſtoteles Phyſ. I. t. 41. *καὶ γὰρ Παρμενίδης θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἀρχὰς ποιεῖ, ταῦτα δὲ προσαγορεύει πῦρ καὶ γῆν.* cf. de Gen. et Corr. I, t. 18. et Lib. II. t. 18.; altera vero pars vtrum tam certa ſit, non habeo dicere. Hoc vero conſtat, hanc initiorum distributionem in *ποιητικὰ* et *παθητικὰ* ante Ariſtotelem notam fuiſſe. Vid. Ariſtot. de Gen. et Corr. II, 17. *ἅπαντες γὰρ οἱ τὰ ἁπλᾶ σώματα ςοιχεῖα ποιοῦντες, οἱ μὲν ἓν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία, οἱ δὲ τέσσαρα ποιοῦσιν. ὅσοι μὲν οὖν ἓν μόνον λέγουσιν, εἶτα πυκνώσει καὶ μανώσει τ' ἄλλα γεννῶσι, τούτοις συμβαίνει δύο ποιεῖν τὰς ἀρχὰς, τό τε μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν. ταῦτα γὰρ τὰ δημιουργοῦντα, τὸ δὲ ἓν ὑπόκειται καθάπερ ὕλη.* et Metaph. I. c. 3. p. 1230. D. *τῶν μὲν οὖν ἓν μόνον φασκόντων εἶναι τὸ πᾶν, οὐθενὶ συνέβη τὴν τοιαύτην συνιδεῖν αἰτίαν,* (puta cauſſam efficientem et agentem) *πλὴν εἰ ἄρα Παρμενίδῃ, καὶ τούτῳ κατὰ τοσοῦτον, ὅσον οὐ μόνον ἓν, ἀλλὰ καὶ δύο πως τίθησιν αἰτίας εἶναι. τοῖς δὲ πλείω ποιοῦσιν μᾶλλον ἐνδέχεται λέγειν, οἷον τὸ θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ πῦρ καὶ γῆν. χρῶνται γὰρ ὡς κινητικὴν ἔχοντι τῷ πυρὶ τὴν φύσιν, ὕδατι δὲ καὶ γῇ καὶ τοῖς τοιούτοις τοὐναντίον.* cf. de Parmenide Met. I, 5. p. 1235. A. Ariſtoteles vero ipſe ab hac diſtinctione non fuit alienus, nam eam non ſolum propoſuit, ſed etiam rationibus ſtuduit ſuffulcire. Loca huc pertinentia et a Vizzanio quoque adducta ſunt Meteorol. IV, c. 1. et de Gener. et Corr. II. t. 8. Prior ita ſe habet: *Ἐπεὶ δὲ*

τέτταρα διώρισαι αἴτια τῶν στοιχείων, τούτων δὲ κατὰ τὰς συζυγίας καὶ τὰ στοιχεῖα τέτταρα συμβέβηκεν εἶναι, ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικά, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, τὰ δὲ δύο παθητικά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν. ἡ δὲ πίστις τούτων ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. φαίνεται γὰρ ἐν πᾶσιν ἡ μὲν θερμότης καὶ ψυχρότης ὁρίζουσαι καὶ συμφύουσαι καὶ μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ καὶ μὴ ὁμογενῆ καὶ ὑγραίνουσαι καὶ ξηραίνουσαι καὶ σκληρύνουσαι καὶ μαλάττουσαι. τὰ δὲ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ ὁριζόμενα καὶ τ' ἄλλα τὰ εἰρημένα πάσχοντα αὐτά τε καθ' αὑτά, καὶ ὅσα κοινὰ ἐξ ἀμφοῖν σώματα καθέστηκεν. Deinceps Ariſtoteles haec vberius perſequitur, et, quid quodque eorum aut agat aut patiatur, enumerat. Quanquam autem hoc etiam loco dubium videri poſſit, vtrum haec de contrarietatibus in abſtracto, an de iis in concreto conceptis intelligendum ſit; nullus tamen dubito, quin in concreto ſint ſumenda omnia; auctor nominat quidem interdum ψυχρότητα, θερμότητα, ſed in his abſtractum pro concreto poſitum eſſe, propterea affirmandum puto, quia initio ſatis perſpicue non τὰ αἴτια τῶν στοιχείων, ſed ipſa στοιχεῖα, ex complexione iſtorum orta, in ποιητικὰ et παθητικὰ diuiſit. Docuit autem Ariſtoteles hanc rem non ſolum inductione, ſed etiam ex definitionibus. Quid? quod non acquieuit in eo, vt oſtenderet, hoc diſcrimen *vere adeſſe*, ſed monuit etiam, *id adeſſe debere.* Ita enim habet de Gen. et Corr. l. l. δεῖ δὲ ποιητικὰ καὶ παθητικὰ εἶναι ἀλλήλων τὰ στοιχεῖα· μίγνυται γὰρ καὶ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα. θερμὸν δὲ καὶ ψυχρόν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται. Cf. Cicero Acad. Q. I. c. 6. §. 26. *ergo illa initia, et, vt e Graeco vertam, elementa dicuntur: e quibus aër et ignis mouendi vim habent, et efficiendi: reliquae partes, accipiendi et quaſi patiendi: aquam dico et terram.* Caeterum plane aliud eſt, quod alio loco Ariſtoteles diſſeruit, Categor. περὶ ποιοῦ καὶ ποιότητος, p. 35. C. ſeqq. τρίτον δὲ γένος ποιότητος, παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη, ἔστι δὲ τοιαῦτα, οἷον γλυκύτης τε καὶ πικρότης, καὶ στρυφνότης, καὶ πάντα τὰ τούτοις συγγενῆ, ἔτι δὲ καὶ θερμότης καὶ ψυχρότης etc. — ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, οὐ

τῷ αὐτὰ τὰ δεδεγμένα πεπονθέναι τι, τῷ δὲ κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἑκάστην τῶν εἰρημένων ποιοτήτων πάθους εἶναι ποιητικὴν, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται. etc. Haec, inquam, non pugnant cum decretis ante allatis; iſta enim ad phyſicam, haec ad logicam rationem pertinent, et in abſtracto ſumenda ſunt.

4. ὡς ὕλη καὶ παθητικά) In hoc quidem loco mira ratione afficior; aegre enim ab opinione, fortaſſe nimis audaci, mentem meam liberam et alienam reddere poſſum, quae etiam atque etiam ſtatuit, Ariſtotelem ad hunc locum reſpexiſſe, eumque non ſolum ex parte in ſuam rem conuertiſſe, ſed etiam ex altera parte improbauiſſe et refutaſſe. Ocellus τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν vocauit ὕλην καὶ παθητικά. Ariſtoteles vero de Gen. et Corr. II, t. 6. haec ſcripſit: ἡμᾶς δὲ φαμὲν ὕλην τινὰ τῶν σωμάτων τῶν αἰσθητῶν. ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστὴν, ἀλλ᾽ ἀεὶ μετ᾽ ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται τὰ καλέμενα στοιχεῖα. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐστὶν ἐκ τῆς ὕλης τὰ σώματα τὰ πρῶτα, διοριστέον καὶ περὶ τέτων, ἀρχὴν μὲν καὶ πρώτην ὑποθεμένοις εἶναι τὴν ὕλην, τὴν ἀχώριστον μὲν, ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις. οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὐδὲ τοῦτο τῷ θερμῷ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχὴ etc. Ariſtoteles nimirum videtur improbaſſe, quod h. l. contraria *tanquam materia* afferuntur, quum tamen materia a contrarietatibus ſit diſtinguenda. παθητικὰ vocat ipſe etiam Ariſtoteles, ſed non vocat materiam, et ſunt haec ſane diſtinguenda; quamuis enim omnis materia eſt παθητικόν τι, tamen non omne παθητικὸν eſt materia; nec facile apparet, quomodo ξηρὸν καὶ ὑγρὸν materia vocari poſſint. Rationes autem, cur Ariſtotelem haec refutaſſe putem, hae ſunt: Apud Ariſtotelem ſtatim hunc locum excipiunt verba, quae eadem apud Ocellum ſtatim ſequuntur; deinde non facile apparet, cur Ariſtoteles eo loco de materia *tali modo* diſputet; cur moneat, calidum non eſſe materiam frigidi, diſcrimen vero inter contrarietates et prima corpora non

eodem modo persequatur. Illud nimirum fecisse videtur, quia, vt statim postea contra Empedoclem et alios, ita hic quoque contra aliquem disputabat; hoc vero omisit, quia in his cum aliis consentiebat. Sed nihil certi definio, quia haec indicia mihi quidem non sunt satis certa, et Aristoteles non dixit: οὐ γὰρ τὸ ὑγρὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὔτε τοῦτο τῷ ὑγρῷ, sed exempla petiit e contrariis agentibus et efficientibus. Hoc tamen non possum non monere, parum probabile mihi videri, hominem aliquem, qui haec talia ex Aristotele descripsisset, ita descripsisse, vt apud Ocellum legimus; sane ὕλης non fecisset mentionem hoc loco.

5. ὥστε πρῶτον τὸ δυν. σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή.) Paucis verbis nunc repetit, quae hactenus disseruit; itaque in parte mundi generationi et interitui obnoxia haec debent adesse. etc. τὸ δυνάμει σῶμα, potest intelligi, quod *potentia* est corpus, non *actu*; potest etiam τὸ δυνάμει ad πρῶτον referri; quod potentia est primum; quod tanquam primum cogitandum est, quamuis contrarietates et prima corpora simul cum materia semper sint et fuerint; et hoc mallem propter §. 12. vbi legimus: καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον. cf. quae dixi ad c. 2. §. 3. n. 20. Quod legitur Aristot. Phys. VIII. t. 32. τοῦτο γὰρ δυνάμει πρῶτον ἤδη κοῦφον, καὶ ἐνεργήσει γε etc. id aliud est, nec huc facit. Caeterum hunc locum Aristoteles tantum non ad verbum exhibuit de Gen. et Corr. II. t. 6. Consensus horum locorum tantus est, vt forte fortuna non potuerit oriri; Ocellus antea ἐναντιότης, et ita Aristoteles saepissime; h. l. vterque habet ἐναντιώσεις· apud vtrumque idem initium, idem ordo dictorum, eadem sententia. Quocirca necesse est, sit alterum de duobus, vt aut alter alterum respexerit et fere descripserit; aut e communi fonte vterque hauserit. De communi eiusmodi fonte non est, cur cogitemus; quare manet, aut Pseudo-Ocellum ex Aristotele, aut Aristotelem ex vero Ocello hausisse. Equidem non diffiteor, probabilius mihi videri, ex vero Ocello haec in Aristotelem transiisse, maxi-

maxime ſi hoc vno in loco haereo, caetera non curo; Ariſtotelica enim dictio magis culta, elaborata et concinna eſt, quam haec Ocelli verba. Ariſtot. ὥςε πρῶτον μὲν, Oc. omiſit μέν. Articulum ante ἐναντιώσεις Ariſtoteles habet; eundem in Ocelli loco exhibet Stobaeus ſolus; Ariſt. vt ſolet, λέγω δὲ, οἷον. Oc. ſolum οἷον. Ariſtot. duas ſolummodo contrarietates exempli loco attulit, nec erat, cur hic plures nominarentur. Oc. omnes repetiit. Ariſtot. τρίτον δὲ ἤδη (al. ἅμα) πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. Ocellus: τρίτ. δὲ (αἱ ἐσίαι) et omnia etiam hic repetiit. Ariſtot. ταῦτα μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα. Oc. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλ. atque hic in mentem mihi venit Fiſcheri V. Exc. annotationis ad Platon. Phaedon. c. 19. n. 16. „*Scilicet Graeci nominibus Pluralibus neutrius generis, primo verba et Singularia et Pluralia, ſed maxime tamen haec, addiderunt, vt Homerus: deinde Singularia, vt Plato, Xenophon, et alii: tandem iis viſum eſt reuocare priſcam rationem.*“ Poſt ἄλληλα Ariſtot. addidit: καὶ ἐχ ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἕτεροι λέγουσιν. ἐδὲ γὰρ ἂν ἦν ἀλλοίωσις. haec deſiderantur apud Ocellum; reliqua vterque eodem modo. Sed aliud quoque eſt, quod hanc ſententiam confirmat; Ariſtoteles enim, quaſi ſua hanc in rem merita voluiſſet lectoribus ante oculos ponere; et quid ab ipſo ſit ad hanc rationem, ab aliis olim propoſitam, allatum docere, pergit deinceps: ἀλλ᾽ οὐδὲν ἧττον καὶ ὡς σώματος ποίας καὶ πόσας λεκτέον ἀρχάς, οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ὑποθέμενοι ΧΡΩΝΤΑΙ, καὶ οὐδὲν λέγουσι, διὰ τί τοιαῦται ἢ τοσαῦται. quid obſtat, quominus haec quoque in Ocellum dicta putentur? et quid cauſſae fuit, cur deſcriptor ſequentem diſſertationem adeo negligeret, et prorſus non attingeret?

6. ταῦτα γὰρ — αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.) Ex antecedente membro repetendum atque ſupplendum cenſeo εἰς ἄλληλα. Sic ſenſus in aperto: prima corpora mutua generatione et interitu oriuntur ἐκ ſe, quia ſcilicet materia iis eſt ſubiecta, vt

idem, quod antea calidum et ſiccum fuerat, nunc fiat calidum et humidum; ſed contrariae vires *ex ſe inuicem* non oriuntur, calidum non fit frigidum, ipſe calor non fit frigus; nec humor fit e ſiccitate, quia *λόγοι ἀσώματοι τȣ́των εἰσί.* Vizzanius vero, pag. 128-130. qui haec ita accepit, ac ſi contrarietates mutationis dicantur *omnino* expertes, difficultatem vario modo tollere ſtuduit, et primo quidem monuit, ſubiectis tantum, non formis mutationem adſcribi, nec qualitatibus, quae potius mutationis termini dicantur; obſeruandumque cenſuit, neque Ocellum, nec Ariſtotelem contrarii nomen, ſed contrarietatis in hac materia vſurpaſſe, nec calidum nec frigidum, ſed calorem potius ac frigus, quibus non ſubiectum, quod iis potiretur, ſed contrariae formae potius indicentur. At hoc non omnino verum eſt. Ocellus enim poſtea §. 13. ſcripſit: *ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ* ʼΕΝΑΝΤΙΟΝ *φθαρῇ*, §. 16. *ὅτε- δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι.* §. 13. *ὅταν μία* ʼΕΝΑΝΤΙΟΤΗΣ *φθαρῇ*, quibus locis contrarietates ſane non poſſunt in abſtracto concipi, i. e. quatenus mente et cogitatione ſeparantur; ſed in concreto, quatenus ſubiectis inſunt, neceſſario accipi debent; quumque iis interitus tribuatur, negari non poteſt, mutationem quoque iis concedi. Sed hoc voluit Ocellus, vt dixi: non oriuntur ex ſe inuicem, quemadmodum ſubſtantiae. Deinde Vizzanius difficultatem tollit lectionis mutatione, auctoritate Stobaei et Cod. Vat. *οὐ* omittentium. vid. not. crit. vt ſenſus ſit: *haec enim inter ſe mutantur, contrariis mutantibus.* Sed ita *μεταβάλλειν* eodem in loco partim actiue, partim paſſiue intelligendum eſſet, quod nemo tali nexu facile feret; Ocellus enim ab eiusmodi minutis in dicendo argutiis alienior eſt, quam qui hoc conſulto poſuiſſet, et acutior, quam vt ambiguitatem tam apertam non ſenſiſſet; deinde locus II. §. 5. fin. plane eſſet immutandus, ne noua pugna oriatur; ſed hoc criticae rationi contrarium. Conf. quae ſupra diſputata ſunt ad §. 5. n. 7.

§. 7.

1. Quae ſequuntur §§. vſque ad 10., multas habent difficultates, non tam in vocabulis, quam in ſententiis. Nam difficile dictu eſt, quorſum haec ſpectent, et quomodo cum reliquis decretis conſentiant. Ne multis atque longis ambagibus opus mihi ſit, omiſſis iſtis periclitationibus et conaminibus, quibus ad tenebras hasce lucem admouere ſtudui, breuiter dicam, quid ſentiam, et quae expediendi ratio commodiſſima mihi viſa ſit. Vocabula nimirum ignis, aëris, aquae, terrae *duplici ſignificatu* mihi occurrere videntur; auctor haec corpora conſiderat *partim tanquam pura*, atque ita ignis non eſt niſi calidus et ſiccus; aqua non niſi humida et frigida; aër non niſi humidus et calidus: *partim ita, vt reperiuntur in rebus ſub ſenſus cadentibus;* ita enim non ſunt pura, ſed ex pluribus aliis compoſita, velut aër, quem ore trahimus, a quo circumdati ſumus, aqua, quam bibimus etc. Quodſi hoc diſcrimen non prorſus ſit effictum: hac quidem paragrapho auctor numerum qualitatum ignis, aquae, aëris, terrae, altera ſignificatione ſi ſumſeris, et de ſecundariis cogitaueris, definire ſtuduit. Rationes, quae ita me cogunt ſtatuere, deinceps explicabuntur. Sed Vizzanius inſcripſit: *Differentiae corporum in priores et poſteriores diuiduntur.* et conſilium auctoris ita expoſuit: „Contrarietates inter ortus primordia quum collocaſſet, easque quatuor eſſe in praecedentibus recenſuiſſet, quae tactui occurrant: longe plures eſſe facillimum erat vnicuique aſſerere, ſicque vel omnino falſam, vel ſaltem imperfectam, iam traditam qualitatum ſectionem ſuſpicari. Ocellus ideo et reliquas enumerat qualitates, ac ſimul primatum nequaquam ſibi vindicare quum erudite profiteatur, eas iure eo loci omiſſas teſtatur, in quo non qualitates ſimpliciter, at veluti rerum ortus ac interitus principia collocabantur.“ Haec ille; ego vero nec affirmare haec, nec negare ſuſtineo.

2. *αἱ δὲ διαφοραὶ τ. σ.*) Vizzan. vertit: *at corporum differentiae in duplici ſunt genere collocatae*. *διαφορὰ* h. l. idem eſt quod *ἐναντιότης*, contraria et pugnans qualitas; de diſcrimine, differentia et diuiſione corporum h. l. non dicit auctor. cf. finem §phi, vbi legimus *ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται δυνάμει*, et quae ſupra de contrarietatibus dicta ſunt. Eodem ſignificatu occurrit hoc vocabulum apud Ariſtot. 2 de Gen. et Corr. c. 3. t. 16. *διανέμεσθαι τὰς διαφορὰς τοῖς πρώτοις σώμασι*. et 2 de Anima, c. 11. p. 1407. F. t. 118. *λέγω δὲ διαφοράς, αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμόν, ψυχρὸν* etc. Animadvertendum autem eſt, Ariſtotelem magis diſtincte hac de re diſſeruiſſe; monuit enim de Gen. et Corr. II. t. 7. *ἐπεὶ οὖν ζητοῦμεν αἰσθητοῦ σώματος ἀρχάς, τοῦτο δ' ἐστὶν ἁπτοῦ, ἁπτὸν δέ, οὗ ἡ αἴσθησις ἁφή· φανερόν, ὅτι οὐ πᾶσαι αἱ ἐναντιώσεις σώματος εἴδη καὶ ἀρχὰς ποιοῦσιν, ἀλλὰ μόνον αἱ κατὰ τὴν ἁφήν· κατ' ἐναντίωσίν τε γὰρ διαφέρουσι καὶ κατὰ τὴν ἁπτὴν ἐναντίωσιν* etc. quae quamuis ita ſecutus eſt Ocellus, vt non niſi tactui ſubiectas qualitates afferret: tamen non monuit, cur reliquarum, velut dulcedinis et colorum, mentionem non fecerit.

3. *αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γενομ. ἐκ τούτων*) Vizzanius poſt verba n. 1. allata pergit: „Tangibiles igitur has corporum differentias, quas ſubſtantiarum, quae mouentur, *πάθη* dicebat Ariſtoteles Met. V, 19. idcirco monet auctor, alias eſſe *τῶν πρώτων*, alias vero *τῶν γενομένων ἐκ τούτων*, quae verba duplicem ſortiri interpretationem quum valeant, vel quod ſcilicet earum aliae ſint principes, aliae vero ex iis ortae; vel quod aliae primorum ſint corporum differentiae, aliae vero illorum potius, quae ex iis prodeunt, qualia ſunt mixta: priori malim adhaerere, quam huic poſteriori, quae prima facie occurrit vocem *πρώτων* ad vocem *σωμάτων* referendo: eo quia et veritati, et auctoris doctrinae illam magis conſonam comperio. Veritati quidem, quia leue et graue non ſecundis tantummodo, at primis etiam corporibus adſcripta intuemur, et tam congrua contemplatione, vt inde

primorum corporum numeri elegantem eductam 2 coeli 18. videamus rationem. Auctoris vero magis confonam doctrinae pariter dixi, quia *feq. textu* primis quoque corporibus has qualitates adfcriptas adfpicio, in Peripatetica vero fchola ne minimum quidem huic permittit dubitationi locum vere tradendis dogmatibus aptiffimum Ariftotelis eloquium; hic enim 2 de Gen. t. 8 et 9. calidum, frigidum, humidum ac ficcum dum enumeraffet, *ibid. t.* 10. reliquas, quae tactui occurrunt, qualitates ab iisdem prodire docuit. Huic igitur inhaerendo expofitioni, recenfitas in praecedentibus contrarietates principes docet qualitates; graue vero et leue, rarum ac denfum, caeterasque huiusmodi ex iis prodiiffe.“ Hactenus Vizzanius, et concedendum eft, multum commendationis habere hanc explicationem, maxime propter Ariftotelis locum allatum, qui non folum fcripfit: *διαιρετέον, ποῖαι πρῶται διαφοραὶ καὶ ἐναντιώσεις*, etc. fed poftea etiam fecundarias ad primarias retulit, et, quomodo ex iis oriantur et pendeant, oftendit. Etenim fiue Ariftoteles Ocellum refpexit, fiue Pfeudo-Ocellus Ariftotelis locum fere defcripfit, conuenientia inter hos videtur affumenda, nifi quis fufpicari velit, Ocellum ab Ariftotele male effe intellectum. Ita cepit locum etiam Nogarola, qui vertit: *corporum differentiae duae funt, aliae primae, aliae ex primis ortae*, et adfcripfit: „Cicero in Academicis [L. I. c. 7. §. 26.] qui Ocelli forte opufculum viderat [immo haec ex Ariftotele hauferat], hanc qualitatum diuifionem fic diftributam interpretatur: *earum igitur qualitatum funt aliae principes, aliae ex iis ortae: principes funt vniusmodi et fimplices, ex his autem ortae variae funt et quafi multiformes.*“ Quaeret igitur quispiam, cur adhuc in hoc loco haeres? Quia nimirum perfuadere mihi non poffum, non quaefitam et non coactam effe hanc explicationem, quae non folum ita locum concipere iubet: *αἱ μὲν γὰρ*, fc. *διαφοραὶ εἰσὶν τῶν πρώτων*, fc. *διαφορῶν*, quamuis *σωμάτων* proxime anteceffit, ad quod *πρώτων* maxime pertinere videtur; fed etiam illud *εἰσὶν* nos cogit accipere fignificatione

Ocello non vſitata, qui potius §. 8. huc ſine dubio reſpiciens, ſcripſit: τὸ μὲν ἓν θερμὸν etc. πυρὸς ἐςὶ etc. Quid igitur? Num πρῶτα h. l. nominata ſunt, quae infra §. 10. ἄκρα dicuntur; γενόμενα ἐκ τȣτῶν vero, quae poſtea vocantur μεσότητες, quibus μικτὴ σωματοποιΐα tribuitur? At hoc prorſus eſt alienum, nec illuſtrat, ſed obſcurat. Num πρῶτα ſunt elementa ſaepe nominata, ex his orta vero, velut animantium corpora, arbores, farina etc.? At hoc propter §. ſeq. non poteſt admitti, vt recte vidit Vizzanius. Quum autem ſequentia nos cogant diſtinguere inter ignem, qui eſt πρῶτον σῶμα, et ignem inde ortum, qui in rerum natura apparet: dubitari vix poteſt, quin hoc diſcrimen huc quoque pertineat; quare ſupplendum cenſeo σωμάτων, vt ſenſus hic exeat: *Sunt vero plures corporum qualitates contrariae, quam adhuc recenſui, pro corporum ipſorum diuerſitate: Calor, frigus, humor et ſiccitas ſunt primorum corporum contrarietates, ignis, aëris, aquae et terrae, ſi tanquam elementa et pura ſpectentur. Sed in igne, aqua, aëre et terra, vt habentur in rerum natura, vt compoſita ſunt, et ex primis iſtis orta, non hae tantum quatuor, ſed, praeter has, multo plures deprehenduntur, nunc enumerandae.* Neque vero eſt, cur, admiſſa hac explicatione, Ariſtoteli malam obiiciamus interpretationem; manet enim diſtinctio inter qualitates primas et ex primis ortas, nec negatur, ſecundarias ex primariis oriri; ſed cum hac diuiſione coniuncta eſt etiam corporum diuiſio. Quodſi cui mirum videatur, et nimis quaeſitum, nihil obſtat, quominus aut in Vizzanii explicatione acquieſcat, aut meliorem afferat. Sed hae contrarietates nunc diligentius excutiendae ſunt.

4. μανὸν) De hac vocula vide Ruhnken. ad Timaei Gloſſ. Platon. p. 176. ſq. editionis ſecundae, cuius diligentiam ne hic quidem Ocelli locus potuit effugere. Timaeus autem h. v. explicat per ἀραιόν· quin etiam Ocellus poſtea huius vocabuli loco poſuit ἀραιὸν, eique oppoſuit πυκνόν. Eadem oppoſiti ratio depre-

henditur apud Ariſtot. de Coelo, III. t. 10. τὸ δὲ πυκνὸν μανῦ διαφέρει, τῷ ἐν ἴσῳ ὄγκῳ πλείω ἐνυπάρχειν. Ariſt. Categ. de Qualitate p. 37. A. τὸ δὲ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον δόξειε μὲν ἂν ποιόν τι σημαίνειν. ἔοικε δὲ ἀλλότρια τὰ τοιαῦτα εἶναι τῆς περὶ τὸ ποιὸν διαιρέσεως. θέσιν γάρ τινα μᾶλλον φαίνεται τῶν μορίων ἑκάτερον δηλῦν. πυκνὸν μὲν γάρ, τῷ τὰ μόρια σύνεγγυς εἶναι ἀλλήλοις, μανὸν δέ, τῷ διεστάναι ἀπ᾽ ἀλλήλων, καὶ λεῖον μέν, τῷ ἐπ᾽ εὐθείας πως τὰ μόρια κεῖσθαι, τραχὺ δὲ τῷ τὸ μὲν ὑπερέχειν, τὸ δὲ ἐλλείπειν. cf. etiam Philonis Iud. locum infra ad §. 8. n. 2. adſcriptum. Sed haec oppoſitorum ratio non vbique ſeruatur; ἀραιὸν τῷ παχεῖ opponitur, et de nebulis dicitur. Auctor de Mundo, c. 4. p. 1208. A. ἔστι δ᾽ ὁμίχλη μὲν ἀτμώδης ἀναθυμίασίς τις, ἄγονος ὕδατος, ἀέρος μὲν παχυτέρα, νέφους δὲ ἀραιοτέρα, et ἀραιὸν explicatur per λεπτόν. Hom. Iliad. Σ, 411. κνῆμαι ἀραιαί, Schol. αἱ δὲ ἀσθενεῖς καὶ λεπταὶ αὐτῦ κνῆμαι. Iliad. E, 425. χεῖρα ἀραιήν· Sch. ἀσθενῆ, σημαίνει δὲ καὶ λεπτήν. Iliad. Π, 161. λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ. Sch. λεπταῖς. Odyſſeae K, 90. ἀραιὴ εἴσοδός ἐστι. Sch. λεπτὴν καὶ στενήν. Quid, quod Ariſtoteles de Coelo III, c. 5. t. 43. has voculas fere ſynonyma eſſe declarauit: Ἔτι δὲ τὸ μὲν πυκνότητι καὶ μανότητι τ᾽ ἄλλα γεννᾶν, οὐθὲν διαφέρει, ἢ λεπτότητι καὶ παχύτητι, τὸ μὲν γὰρ λεπτὸν μανόν, τὸ δὲ παχὺ βέλονται εἶναι πυκνόν. etc. Hac in re ſine dubio cauſſa ſita eſt, cur Ariſtoteles in enumeratione harum contrarietatum πυκνὸν καὶ ἀραιὸν ſeu μανὸν omitteret, et παχὺ καὶ λεπτὸν tantum afferret. Vizzan. quidem monuit, Ariſtotelem πυκνὸν et μανὸν inter tangibiles qualitates numeraſſe, 2 de Part. Anim. c. 1. ſed eas in libro de Gen. et corruptione omiſiſſe, quia non ſingulas, ſed tantum magis praecipuas qualitates ſe recenſere profeſſus eſſet; ſed hoc parum mihi valere videtur, et in loco iſto a Vizzanio allato legimus: βάρος καὶ κουφότης, καὶ πυκνότης καὶ μανότης, καὶ τραχύτης καὶ λειότης, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα πάθη τῶν σωμάτων. Quare hic παχὺ καὶ λεπτὸν omiſiſſe videtur Ariſtoteles, eorum ſynonymis adhibitis. Magis ad rem facit, quod addit Vizzan. „rarumque et denſum craſſo et te-

nui maxime propinqua videbantur, magisque partium dispositionem in qualitate, quam qualitatem, prae se ferebant.“

5. σκληρὸν καὶ μαλακὸν) Aristot. de Coelo, III, t. 11. μαλακὸν μὲν γὰρ τὸ εἰς ἑαυτὸ ὑπεῖκον, σκληρὸν δὲ τὸ μὴ ὑπεῖκον, et de Gen. et Corr. I. t. 67. τὸ γὰρ ὑπεικτικὸν μαλακόν. Plato de Legg. I. p. 45. T. VIII. Bip. ἄλλας δὲ [μηρίνθους] σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς· τὴν δὲ μαλακὴν, ἅτε χρυσῆν, οὖσαν. Anacreon Od. 22, 4. ἁπαλὰς σεῖε δὲ χαίτας Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ. vbi vid. Fischerus. σκληρὸν nimirum proprie est *rigidum*, quod flecti non potest; deinde durum: h. l. prius.

6. λεπτὸν κ. π.) Metaphoricam significationem hic, vt alibi, taceo. cf. Hom. Iliad. κ, 226. ψ, 590. Sed dixit Homerus Iliad. σ, 595. αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας ἔχον. Sch. διαφανεῖς. Iliad. υ, 275. ᾗ λεπτότατος θέε χαλκὸς, Λεπτοτάτη δ' ἐπέην ῥίνος βοός. et vs. 497. ῥίμφα δὲ λεπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ πόσσ' ἐριμύκων, scil. κρῖ λευκὸν, quod triturant boues. Odyss. ζ. 264. λεπτὴ εἰσιθμὴ, sc. in portum. Aelian. V. Hist. IX, 14. λεπτότατος τὸ σῶμα, ita vt a ventis abripi et vehi possit. cf. Lucian. de Scrib. histor. c. 1. et quae monui in Indice. Itaque recte verti potest: *tenue;* et Ocellus ita videtur, non contra sermonis consuetudinem, distinxisse, vt μανὸν sit, cuius partes parum cohaereant, sed spatio interiecto seiunctae sint; λεπτὸν vero id, quod omnino parum corporis habeat, et non multum spatii impleat.

7. ὀξὺ καὶ ἀμβλὺ) τῷ ὀξεῖ opponitur ἀμβλὺ, et βαρύ. posterius, quod de voce et sono dicitur, huc non pertinet. ὀξὺ vero, cui ἀμβλὺ opponitur, dicitur et ἐν χυμοῖς et ἐν ὄγκοις. Posterius hic intelligitur, nam τὸ ἐν χυμοῖς ἀμβλὺ cognoscitur γεύσει, illud vero ἀφῇ. Cf. Aristot. Top. I. 13. p. 268. C. et F. et p. 270. C. D.

8. Τούτων δὲ γνωστικὴ κ. κριτικὴ π. ἁφή.) cf. Tim. Locr. c. 4. §. 8. D'Arg. Ἁ μὲν γὰρ ἁφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμεις, θερμότατα ψυχρότατα, ξηρότατα ὑγρότατα, λεῖο-

τατα τραχύτατα, ἔικοντα ἀντίτυπα, μαλακὰ σκλαρὰ, [quae fortaſſe ſunt Gloſſemata ad duo praecedentia.] βαρὺ δὲ καὶ κᾶφον. ἁφὰ μὲν προκρίνει, λόγος δ᾽ ὁρίζει. etc. Qui recentioribus philoſophis operam dedimus, miramur et offendimur, quum ſenſibus et tactui aliquam adſcribi videmus κρίσιν. Sed ita fere ſolebant Graeci, propter voculae ſignificationem, quae non ſolum *iudicare*, ſed etiam omnino *diſcernere*, denotat. Ariſtot. Top. II. c. 2. p. 279. E. τὸ αἰσθάνεσθαι κρίνειν ἐστὶ, κρίνειν δέ ἐστιν ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς. et poſtea: τὸ γὰρ κρίνειν γένος τᾶ αἰσθάνεσθαι. Phyſ. IV. t. 78. τῇ γὰρ ἀφῇ ἡ κρίσις τᾶ ἁπτᾶ. Caeterum monendum eſt, huius qualitatum diſtinctionis in ſequentibus nullum eſſe vſum, nec Ocellum eius rurſus feciſſe mentionem.

9. Reſtat comparatio cum Ariſtotele. Ocello cum hoc philoſopho *commune eſt:* *a*) Quod vterque has contrarietates ad tactum refert, nec affert, quae tactu non ſentiantur. cf. Ariſtot. de Anim. II, 11. t. 118. *b*) Quod eodem ordine hae res apud vtrumque tractantur; nam quae §. 6. Ocelli continentur, ea leguntur de Gen. et Corr. II. t. 6. et paucis interiectis, quae maxime ad ordinem illuſtrandum valent, t. 8. exhibet ea, quae ad hunc locum pertinent. *c*) Quod vterque reliquas contrarietates ad quatuor iſtas primas referre videtur; atque vocula διαφορὰ h. de re vſus eſt. Et haec quidem conuenientia non potuit caſu quodam oriri. Reperitur tamen etiam haud parua *diuerſitas a*) *in numero;* Ariſtoteles enim XIV affert; Ocellus vero XVI. *b*) Ariſtoteles ex parte *alias* attulit. εἰσὶ δ᾽ ἐναντιώσεις κατὰ τὴν ἁφὴν αἵδε· θερμὸν ψυχρὸν, ξηρὸν ὑγρὸν, βαρὺ κᾶφον, σκληρὸν μαλακὸν, γλίσχρον κραῦρον, τραχὺ λεῖον, παχὺ λεπτόν· omiſit igitur πυκνὸν καὶ μανὸν ſeu λεπτὸν, cuius ratio ſupra apparuit; deinde ὀξὺ καὶ ἀμβλὺ, quorum in locum ſubſtituit γλίσχρον καὶ κραῦρον, quae apud Ocellum deſiderantur, et ab Ariſtotele ita explicantur t. 11. ſq. τὸ μὲν γλίσχρον, τᾶ ὑγρᾶ· τὸ γὰρ γλίσχρον ὑγρὸν πεπονθός τι ἐστὶν, οἷον τὸ ἔλαιον. τὸ δὲ κραῦρον τᾶ ξηρᾶ· κραῦρον γὰρ τὸ τελέως ξηρόν. Quaerit Vizzanius,

cur Ocellus aridi et lubrici non meminerit, et refpondet p. 135. „quia haec forfitan rari et denfi vel tenuis et craffi nomine complectebatur, dum lubricum pariter ad humidum eo fere pacto, quo tenue, redigatur.“ etc. At num inepta foret refponfio: quia in mentem ei non veniebant, ipfe vero in numero quaternario quater repetito libenter acquiefcebat. Cur vero Ariftoteles ὀξὺ et ἀμβλὺ omiferit, ita difputauit Vizzanius p. 140. allato enim Ariftotelis loco, de Anim. II. t. 86. quo dicitur: acutum et graue in voce ἀνάλογον ἔχειν τῷ περὶ τὴν ἁφὴν ὀξεῖ καὶ ἀμβλεῖ· τὸ μὲν γὰρ οἷον κεντεῖ, τὸ δὲ ἀμβλὺ οἷον ὠθεῖ, διὰ τὸ κινεῖν τὸ μὲν ἐν ὀλίγῳ, τὸ δὲ ἐν πολλῷ: addit: „hinc patet, cur non meminerit acuti et grauis Ariftoteles 2 *de ortu* 8. — quia fcilicet inter differentias tangibiles immerito collocabatur, tum quia in folo tactu non obferuabatur, tum vlterius, quia potius modum, quo tactum a fuo affici contingeret obiecto, quam tangibilis obiecti differentiam, inde exprimi contingeret.“ etc. Diuerfitas quaedam cernitur quoque in eo, quod *c*) eas ipfas contrarietates, quas attulit, *alio ordine* collocauit. Sed hoc parum et minutum eft; maximum vero cenfeo *d*) quod Ariftoteles harum qualitatum naturam explicauit, et quomodo e primis oriantur, et quomodo ad primas fint referendae, vberius expofuit; quae omnia ab Ocello funt praetermiffa. Quae quum ita fint, nemo facile dubitabit, quin alter horum auctorum alteri profuerit. Quumque haec ratio apud Ariftotelem perfectior fit et magis polita, apud Ocellum vero rudis et inchoata; quumque non fine probabilitate doceri poffit, cur Ariftoteles Ocelli rationem reliquerit: vel propter hunc vnum locum non ineptum eft ftatuere, Ariftotelem ex Ocello profeciffe.

§. 8.

1. Vizzan. infcripfit: *Vnicuique elemento propriae qualitates adfcribuntur.* Sed haec §. quum in fronte videatur, et Vizzanio quoque vifa fit, facillima, mul-

tas habet in receſſu difficultates, vbi quaerimus, quae ſit huius diſtributionis ratio et cum reliquis Ocelli placitis conuenientia. Singula ante videamus, probabilem ſoluendi modum poſtea inueſtigaturi.

2. Igni tribuitur θερμὸν καὶ ξηρόν. ita quoque infra, §. 11. ita quoque Ariſtoteles ll. ll. in his non haerendum! Sed ex ſecundariis qualitatibus additur

a) ἀραιὸν, idem quod μανόν. vid. §. 7. n. 4. ne hoc quidem aut naturae, aut auctoris decretis contrarium, aut inauditum eſt. cf. Ariſtot. Phyſ. IV. t. 81. τὸ γὰρ μανὸν κοῦφον, διὸ καὶ τὸ πῦρ μανὸν εἶναι ΦΑΣΙΝ. Philo Iud. περὶ Ἀφθαρσ. κ. p. 957. B. Frcf. πάντων εἰς πῦρ ἀναλυθέντων κοῦφον μέν ἐστί τι καὶ μανὸν καὶ θερμὸν, ἴδια πυρὸς ταῦτα, βαρὺ δ' οὐδὲν ἢ ψυχρὸν ἢ πυκνὸν τὰ τοῖς λεχθεῖσιν ἐναντία. Vizzanius pag. 137. ita: „rarum pariter eſſe [ſc. ignem] vel aëris in ipſum immutatio oſtendit, quae tunc praecipue contingit, quum vel ictu celeri inter ſilicem et ferrum deprehenſus, vel motus velocitate agitatus rareſcit, indeque igneam aſſumit naturam; cuius frequentiſſimi euentus, quo plumbeos ſagittarum mucrones liquefieri affirmauit Philoſophus 2 coeli, 42. et pariter obſeruauit Virgilius, penes quem Aceſtes in aethera telum quum contorſiſſet, Aeneid. V. [vſ. 525 ſq.]

— volans liquidis in nubibus arſit arundo,
Signauitque viam flammis.

et in plumbo funda velociter proiecto euenire dictabat Ouidius, canens Metam. II. [vſ. 727. ſqq.]

Non ſecus exarſit, quam cum balearica plumbum
Funda iacit: volat illud, et incandeſcit eundo,
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.

ratio elegantiſſime aſſignatur *meteor.* 1. Sum. 1. *cap. vlt.*" Additur ab Ocello:

b) ὀξύ. Vizzanius pag. 138.: „Figuram ignis fortaſſe pyramidalem Ocellum obſeruaſſe quis ſuſpicabitur,

indeque igni acumen attribuiſſe: pyramides enim apud Marcellinum Lib. 23. [L. XXII. p. 250.] inde ſcimus deductas, quod τῦ πυρὸς ſpeciem nec obſcure exercerent.“ [cf. tamen Iablonsk. Panth. Aegypt. in Prolegom. pag. LXXX. ſqq.] Sed hanc rationem ipſe Vizzanius improbat, cenſetque, propter vim ignis actiuam, qua vehemente ſenſus tactus excitetur, ὀξύτητα igni ab Ocello eſſe tributam, et confert Homer. Odyſſ. XIX. [516. ſq.] vbi ὀξεῖαι μελεδῶναι· a Pindaro, Pyth. Od. I. epod. 1. obſeruat niuem, quae longe vehementius ſenſum percutit, quam aqua, hic eadem ex cauſa obtuſa dicta, acutam eſſe appellatam. Platonem etiam adducit in Timaeo: [pag. 369. T. IX.] πρῶτον μὲν ὖν εὖ [Bip. ᾗ] πῦρ θερμὸν λέγομεν, ἴδωμεν ὧδε σκοπῦντες τὴν διάκρισιν καὶ τομὴν αὐτῦ περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν γιγνομένην ἐννοηθέντες· ὅτι μὲν γὰρ ὀξύ τι τὸ πάθος, πάντες σχεδὸν αἰσθανόμεθα.

3. *Aquae* tribuit τὸ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, vt infra §. 11. et Ariſtoteles *d. l.* Addit vero etiam τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλὺ, i. e. vires viribus igni tributis oppoſitas. Hactenus bene; nihil molimur contra.

4. Sed aëri tribuit τὸ μαλακὸν, λεῖον, κῦφον, λεπτόν. Quid tandem ſecutus? ſenſus ſcilicet, qui docent, aëri haec adiudicanda eſſe. At quid infra? §. 11. aër vocatur θερμὸς καὶ ὑγρός· has eſſe praecipuas eius qualitates, edocemur. Cur igitur hic omittuntur? Cur omittitur id ipſum, quod infra aëri proprium eſſe dicitur, τὸ ὑγρόν? τὸ μαλακὸν Ariſtoteles de Gen. et Corr. II, t. 13. deducebat ab humido: ἔτι τὸ μὲν μαλακὸν τῦ ὑγρῦ — μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον εἰς ἑαυτὸ, καὶ μὴ μεθιστάμενον, ὅπερ ποιεῖ τὸ ὑγρὸν, διὸ καὶ ὖκ ἔστι τὸ ὑγρὸν μαλακὸν, ἀλλὰ τὸ μαλακὸν τῦ ὑγρῦ. Aquae igitur, quae etiam humida dicitur, μαλακὸν poterat tribui. τὸ λεῖον cur aëri et non etiam aquae tribuatur, dictu difficile eſt. τὸ κῦφον eſt aëris; quis de eo dubitabit? Sed quis negabit, καὶ τὸ πῦρ εἶναι κῦφον. Philonem certe ad ignem id retuliſſe vidimus. τὸ λεπτὸν ab Ariſtotele deducitur ἀπὸ

τῦ ὑγρῦ. vid. l. l. t. 10. Eaedem vero dubitationes impediunt ea, quae terrae esse dicuntur; quamuis enim nemo negabit, ea, quae hic de terra affirmantur, vere ei tribui posse: mirabuntur tamen omnes, cur primae contrarietates τὸ ξηρὸν καὶ ψυχρὸν omissae sint, cur non addatur certe ξηρὸν, quod §. 11. terrae proprium nominatur? Nimirum hoc turbasset puerilem et ludicram harum contrarietatum distributionem hominis inepti, cui placuit qualitates antecedente paragrapho enumeratas sine ratione idonea corporibus primis ita addicere, vt in singula corpora quatuor cadant; et nullus dubito, quin haec, si vel totus liber ex Aristotele sit compilatus, tamen ab aliena manu sint adiecta; compilatoris enim, (si quis fuit) de meliore luto finxit praecordia Titan. Idem autem scriptor vix commisit, vt et proxime antecedentibus et sequentibus tam aperte contradiceret. Obiici fortasse potest, primas istas qualitates h. l. igni quidem et aquae tribui; sed ita nondum negatum esse, eas ad aërem quoque et ad terram pertinere; nullam igitur esse contradictionem. At vero quum istis tribuuntur, his sane abiudicantur; ista enim distributio, nisi hanc habeat vim, profecto ludicra est, et, vt dixi, puerilis. Infra alia est distributio, accuratior ea quidem, et ab Aristotele etiam, vt videbimus, exhibita, sed huius ludicrae in Aristotelis libris nec vola nec vestigium apparet. Ita olim scripseram, et parum abfuit, quin hanc ῥῆσιν e textu eiicerem. Nec placare me potuit Battaesii annotatio: *Si cette répartition des qualités n'est pas juste, il faut avouer du moins qu'elle est ingénieuse et qu'elle présente une symmétrie agréable: la même symmétrie continuera dans ce qui suit.* Sed quamuis ab initio aut hunc locum, aut §. 11-21. ab alio auctore repetere volebam: tamen non potuit se mihi probare nimia ista licentia, quae ex rationibus, quas vocant, internis, iisque solis, non verbulum aut phrasin, sed insignem quendam locum, et scripti partem reprobat, ab aliisque adiectam statuere non dubitat. Omnes enim istae rationes, quae ex eo sunt repetitae, quod auctor *potuisset* et *de-*

buiſſet facere, non ſolum multas afferunt diſputationes, quando docendum eſt, auctorem *potuiſſe*, aut *debuiſſe*; ſed etiam, ſi hoc vel facillimum probatu ſit, non ſatis concludunt rationem; ſed hac de re alibi, iam vero periculum faciam, contradictionem iſtam ſine falce aut gladio ſoluendi. Diſtinguendum nimirum videtur inter duplicem corporum nominatorum ſignificationem; ita, vt ignem πρῶτον σῶμα ab igne, qui ex hoc ortus ſit, (§. 7.) ſeiungamus. De primis autem corporibus auctor infra, §. 11. ſqq. vberius exponit, de ſecundariis vero §. 7 - 10. nonnulla adiecit, quae quidem ſalua tractatione reliqua omittere potuiſſet, ſed, neſcio cur, non omiſit. Hac diſtinctione admiſſa, non ſolum in huius loci, verum etiam in ſequentium paragraphorum explicatione commodius verſabimur. Et hoc quidem loco ita non eſt contradictio; nam de alia re ſermo eſt; hoc loco igni, aëri, aquae, terrae, vt ſunt in rerum natura, et ſenſibus ſubiecta, qualitates tribuuntur; poſtea vero §. 11. igni etc., tanquam primis corporibus, quae nihil alieni admiſtum habent. Concedo equidem, ne ſic quidem in omnibus ſatis apparere rationem, cur Ocellus hoc et non alio modo diſtribuere qualitates voluerit, et aëri vni adſcripſerit, quae aut igni aut aquae etiam tribuere potuiſſet. Sed hoc ne valde miremur, Battaeſii annotatione et ſymmetriae ſeu concinnitatis ſtudio in ea obſeruato efficitur; hoc enim ſtudio non ſolum oratores, verum etiam philoſophi, paſſim videntur adducti, vt aut adderent omittenda, aut addenda omitterent.

§. 9.

1. Vizzanius inſcripſit: *Exceſſus qualitatum quibus elementis competant*; et recte. τῶν ἐναντίων enim vocabulo hic aperte vocantur διαφοραὶ ſeu ἐναντιότητες ſupra dictae, vt ſenſus ſit: igni et terrae contrarietates ſuas eximio quodam modo, et, vt ita dicam, gradu, competere; ita vt ignis et terrae contrarietates magis in ſenſus occurrant, quam reliquorum corporum diffe-

rentiae. Quae demonſtrationis loco ſubiiciuntur, locum aliter intelligi non ſinunt. Sed habet varias difficultates; quare etiam Vizzanius hunc locum dixit re vera difficillimum. De his deinceps dicendum, vt, cognitis omnibus, ſolutio felicius procedat; et *primo* quidem ſententia non eſſe integra, ſed aliquid deeſſe videtur. Ignem extremum eſſe *docet*, de terra, de qua idem affirmauerat, nihil amplius dicit, nec eius facit mentionem. Quumque Ocellus vſus ſit formula τὸ μὲν, veriſimile videtur Vizzanio, eundem in textu ſubdidiſſe ἡ δὲ γῆ, quod tamen in eo non legatur; quare ei non videtur a ratione alienum, ſuſpicari, textum eſſe imperfectum. Quod ad alteram rationem attinet, quae nos ad omiſſionis ducere poſſit ſuſpicionem, ea non magni eſt ponderis, nam μὲν interdum ita ponitur, vt δὲ non reſpondeat. Vid. Fiſcherus ad Platon. Phaedon. c. 3. n. 13. p. 243. ad c. 35. n. 20. p. 357. Hoogeveen. de particulis edit. Schützii V. III. p. 453. ſqq. atque ita voculas μὲν οὖν adhibuit Iſocrates ad Demonic. p. 4. l. 54. Wolf. Fol. vt non ſequatur δὲ, quod ad *hoc* μὲν referatur. Sed quod integra ſententia abeſſe videtur, maioris momenti eſt. Quamquam enim ab oratoribus et poëtis interdum conſulto omittitur aliquid, quod lector et auditor ſubintelligat; a philoſopho tamen tali in nexu hoc non facile exſpectatur. *Deinde* lector ad diſſertationis ſeriem attentus, ex latebris neſcio quibus, glacie quaſi petitur, et movetur atque ſtupet, quum neſciat, vnde haec huc venerit; terram deſiderat, glaciem reperit. *Tum* nos turbat, quod inter ignem et terram et inter aquam et aërem h. l. ea ſtatuitur differentia, quaſi ignis et terra eximio quodam gradu praedita ſint contrarietatibus; in ſequentibus vero huius diſcriminis nullum apparet veſtigium, ita vt §. 11. auctor eorum omnium videatur oblitus, quae paullo ante ſcripſerat. *Denique* dubitationem excitat Ariſtoteles, apud quem haec ſectio, ſi exceperis initium, iisdem verbis legitur, et quae apud Ocellum ſequuntur, ibi quoque adiecta ſunt. Ariſtoteles enim, quum nonnulla hiſtorice monuiſſet de iis,

qui vnum, aut duo, aut tria, aut quatuor elementa ſtatuant, non ſine ſaltu, vt mihi certe videtur, t. 20. pergit: *Οὐκ ἔστι δὲ τὸ πῦρ, καὶ ὁ ἀὴρ, καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἁπλοῦν, ἀλλὰ μικτόν· τὰ δὲ ἁπλᾶ τοιαῦτα μέν εἰσιν, οὐ μέντοι τ' αὐτά. οἷον τὸ τῷ πυρὶ ὅμοιον, πυροειδὲς, οὐ πῦρ, καὶ τὸ τῷ ἀέρι, ἀεροειδὲς, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. τὸ δὲ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ καὶ κρύσταλλος ψυχρότητος· ἡ γὰρ πῆξις καὶ ζέσις ὑπερβολαί τινες εἰσὶν, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος· εἰ οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτ' ἐκ πυρός. Ὄντων δὲ τεττάρων τῶν ἁπλῶν σωμάτων, ἑκάτερον τοῖν δυοῖν ἑκατέρου τῶν τόπων ἐστί. πῦρ μὲν γὰρ καὶ ἀὴρ τοῦ πρὸς τὸν ὅρον Φερομένου, γῆ δὲ καὶ ὕδωρ τοῦ πρὸς τὸ μέσον. καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀὴρ, καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις ἐναντία. πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ· ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημάτων συνέστηκεν. Οὐ μὴν, ἀλλὰ ἁπλῶς γε τέσσαρα ὄντα ἑνὸς ἕκαστόν ἐστι. γῆ μὲν γὰρ ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ, ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ, ἀὴρ δὲ ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ, πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ·* deinceps vero aggreditur explicationem modi, quo prima corpora ex ſe oriantur.

Varia feci pericula has difficultates tollendi: *primo* ſollicitaui lectionem, et pro *πῦρ καὶ γῆ* legendum cenſui *πῦρ καὶ ὕδωρ*. Tali modo non ſolum apparebat, cur glaciei mentio fieret, ſed membra quoque erant ſalua; glacies nimirum pro aqua videbatur nominata. Quemadmodum autem, hac lectione admiſſa, nonnullae tolluntur difficultates, ita et maxima remanet e contradictione, et noua oritur ex initio ſequentis paragraphi, vbi haec ſententia breuiter videtur repeti. Alia ratione lectionem tentaui, corrigens: *τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ ἀὴρ, ὕδωρ δὲ καὶ γῆ* etc. vt, aqua et aëre adiectis, ita ſenſum conſtituerem: In ſingulis iſtis corporibus primis vna vis eximio quodam modo reperitur, ignis prae reliquis eſt calidus, aqua ſeu glacies frigida; haec nempe illuſtrationis cauſſa videbantur adiecta, reliqua vero lectori ad intelligendum relicta. His admiſſis con-

consentit Aristoteles, et ratio omissionis reddi posse videbatur; quodsi enim textu sequente de alia re sermo esset, nimirum de loco in rerum natura, homo, qui id non intelligeret, haec poterat delere, ne contradictio oriatur. Sed haec prorsus sunt improbanda, nam auctor nullo modo scripsisset τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν etc. sed τὰ δὲ τέσσαρα ταῦτα etc. vt taceam nimis licenter haec mutari; et sensum non erui, sed vi inferri. *Deinde* totum locum abiiciendum et ex Aristotele male descriptum arbitrabar; haec tamen sententia non potuit se mihi prorsus probare, quia Aristotelem ipsum h. l. obscuriorem esse videram, et committere nolebam, vt Ocelli γνησιότητα, quae vindicanda esse videtur, ferro potius et amputando, quam rationibus et explicando, vindicasse videar; atque omnino, quemadmodum cautioris critici solertiam probo, et bonis artibus vtilissimam iudico, ita promti sectoris temeritatem detestor, atque nocere video.

Quamobrem nunc explicando assequi studeo, quod abiiciendo consequi non possumus. Vizzanii pag. 143. ratio non probabilis, afferenda tamen: „dicamus, auctorem quidem duobus his elementis tribuere, quod contrarietatum sint excessus: id tamen non intuitu primarum tantummodo qualitatum, quibus gaudent, at potius secundarum, considerando scilicet in igne nedum calorem et siccitatem, at praeterea raritatem et acumen: in terra vero, non frigidum et siccum, at potius duritiem, grauitatem et asperitatem; idque satis suadere videtur praecedens textus, in quo terrae ac igni eas qualitates assignauit, ac illico in primis huiusce textus verbis intulit contrarietatum esse excessus; quia, si illae considerentur in iis elementis, easdem quam maxime vigere, et praestantissime pollere videbimus.“ etc. Non probabilia haec sunt, nam, si quid video, difficultates non soluunt, et auctor exempla allata sumsit e contrarietatibus primis, non e secundis. Itaque redeo ad distinctionem inter ignem et ignem etc. cuius iam feci mentionem; et sensum hu-

ius loci hunc eſſe arbitror: Quamquam autem, vt infra docebitur, primis corporibus ſingulis binae vires ſeu contrarietates competant: tamen hoc non ita eſt accipiendum, ac ſi prima iſta corpora in rerum natura eodem modo reperiantur, ac apud nos in arte et diſciplina. Mixta potius in mundo ſunt, aqua traxit aliquid a terra et igne, aër ab aqua etc. Haec tamen admiſtio non in omnibus eodem modo locum habet; *in igne enim et in terra admiſtio iſta minus eſt conſpicua, quam in aqua et aëre: velut ignis non ſolum calidus eſt, ſed ſummum etiam habet calorem; aqua contra ea, quamuis igni oppoſita, quum proprium habeat frigus, vid.* §. 11. *tamen non ſummum frigus continet; congelatio potius et ſummus humidi et frigidi gradus non in aqua eſt, ſed in glacie: glacies ſolummodo frigida eſt et humida, aquae vero color admixtus eſt.* Quodſi ita hic locus accipiatur, omnis tollitur difficultas, nec futurum arbitror, qui hanc explicationem coactam arbitretur; nam vt verba hunc ſenſum efficiant, nihil requiritur, niſi hoc, vt ὁ κρύσαλλος cum quadam emphaſi legatur, quaſi ſcriptum ſit: ὥσπερ ὁ κρύσαλλος, καὶ ὀ τὸ ὕδωρ. Hoc vero monendum etiam duxi, Ariſtotelem eodem modo eſſe intelligendum; nam niſi inter aquam tanquam ἁπλῦν σῶμα, et inter aquam, quae in fluuiis, in mari, in fontibus habetur, diſtinguamus, ne Ariſtotelem quidem a repugnantia et inconſtantia poterimus defendere; quid quud ipſe haud obſcure illud diſcrimen innuit, quum ſcribat: Οὐκ ἔςι δὲ τὸ πῦρ, καὶ ὁ ἀὴρ, καὶ ἕκασον τῶν εἰρημένων ἁπλῦν, ἀλλὰ μικτὸν, τὰ δὲ ἁπλᾶ [ſc. πῦρ, ἀὴρ etc.] τοιαῦτα μὲν εἰσιν, ὀ μέντοι ταὐτά. Ita legitur. Ego vero legendum arbitror, ὀ μέντοι ταῦτα. nimirum ignis, quem videmus, non eſt *ipſe* ignis, obiectum conceptus generalis, ſed eſt natura quaedam ignea. Quamvis autem Ariſtoteles Platonicam rationem idearum non probaret, poterat tamen ita dicere; atque hic locus fortaſſe illuſtratur loco Platonis in Timaeo, p. 343. ἀεὶ ὃ καθορῶμεν, ἄλλοτε ἄλλῃ γιγνόμενον, ὡς πῦρ, μὴ τῦτο, ἀλλὰ τὸ τοιῦτον ἑκάςοτε προσαγορεύειν πῦρ. Vid. ante-

cedentia et ſequentia. Quod autem Ocellus rem de terra non eodem modo perſecutus eſt, quo de igne, nemini mirum videbitur, qui breuitatis ſtudium vbique fere conſpicuum conſiderare voluerit.

2. ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες.) Haec noſtro loco non videntur valde differre; nec plane aliud eſt, quod ſequente §. ἄκρον dicitur. Auctor hisce voculis non ſolum exceſſum qualitatum, ſed etiam extremum ſitum, declaraſſe videtur. Caeterum cf. Ariſtot. de Anim. II, t. 118. Plutarch. de Educ. III, 13.

3. κρύσαλλος) Auctor de Mundo, c. 4. p. 1208. B. κρύσαλλος δ' ἀθρόον ὕδωρ ἐξ αἰθρίας πεπηγός. Timaeus Gloſſ. Plat. voc. πάχνη· κρύσαλλος τὸ ὑπὸ κρύους συνεσαλμένον καὶ πεπηγός.

4. οὐδὲν ἐκ κρυσάλλου γίνεται, οὐδὲ ἐκ πυρός.) Haec et antecedentia in Ariſtotele iisdem verbis legi, non eſt, cur hic repetam. At quomodo cum his conſentiunt, quae ſupra, c. 1. §. 13. dicta ſunt: πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ; Sed nimirum hoc loco non agit auctor de generatione primorum corporum, ſenſus potius eſt: nullum animal, nec vlla res alia ex igne et glacie poteſt oriri; id quod Ariſtoteles, monente Vizzanio, tum l. l. tum 2 de Ortu Animal. c. 3. [p. 1251. B.] affirmauit: διὸ πῦρ μὲν οὐδὲν γεννᾷ ζῶον, οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις, οὔτ' ἐν ὑγροῖς οὔτ' ἐν ξηροῖς οὐδέν. Attulit Vizzanius quoque Ouid. Faſt. 5. ſed legendum Faſt. VI, vſ. 291. ſq. cf. Lactantius Inſt. diu. I, 12. §. 5. Caeterum Ariſtoteles non videtur a ſe ipſo diſſentire, qui de Hiſtor. Anim. V. c. 19. p. 946. E. et pag. ſq. narrauit, in niue vetuſtiore, et in Cypro, vbi Chalcites lapis crematus ſit, in igne beſtiolas naſci, easque mori, ſi iſtae a niue, hae ab igne dimoueantur. Recte enim monuit Vizzanius pag. 146. ſq. glaciem non eſſe niuem; et aliud eſſe *in* igne naſci, aliud naſci *ex* igne; id quod vidit etiam Caſaubon. ad Athenaeum L. VIII. c. 13. p. 619. Hunc vero Ariſtotelis locum non ſolum Pli-

nius Hiſt. Nat. XI. c. 35. et 36. de quo neſcio quid in nota ad Ocellum ſomniauit Nogarola, ſed etiam Cicero de Nat. Deor. I, 37. *) ante oculos habuit.

§. 10.

1. Haec paragraphus cum antecedente arctiſſime cohaeret; auctor enim, quod in antecedentibus effeciſſe ſibi videbatur, breuiter repetiit, adhibita particula οὖν, de aëre et terra nunc contrarium oſtenſurus: quare male inſcripſit Vizzanius, quaſi de alia re ſermo eſſet: *inter elementa, quaenam extremi et medii habeant rationem.*

2. ἄκρα—μεσότητες) Negauit Vizzanius, haec ita dici reſpectu ad ſitum, quo in vniuerſo collocentur; nec ratione primarum qualitatum hoc ab Ocello vult affirmatum; quia ignis et terra in ſiccitate conueniant, ac ideo harum intuitu extremorum vires non aſſumant; quare etiam hic qualitatum, quas t. 8. elementis tribuerat, i. e. ſecundariarum, Ocellum rationem habuiſſe putat; „quarum ratione ignem et terram extrema corpora eſſe *in praec.* docuimus, aqua vero et aër mediam quandam ſortientur rationem, et iure dicuntur *mixtam* habere corporis ſtructuram, quia raritatem, grauitatem, leuitatem et pleraſque alias qualitates ignis et terrae videntur admiſcere." Ita Vizzanius p. 155. Ego vero ad ſitum in vniuerſo putauerim reſpici; in eam ſententiam nos ducunt loca parallela apud Ariſtotelem, de Ortu II, 22. πῦρ μὲν γὰρ καὶ ἀὴρ τοῦ πρὸς τὸν ὅρον φερομένου· γῆ δὲ καὶ ὕδωρ, τοῦ πρὸς τὸ μέσον· καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ· μέσα δὲ καὶ μεμιγ-

*) *Sunt quaedam etiam* (beſtiae) *quae igne naſci putentur, appareantque in ardentibus fornacibus ſaepe volitantes.* vbi non videtur de beſtiolis, quas Hausgrillen vocamus, cum Kindervatero ad h. l. cogitandum eſſe; neque enim apud Ariſtotelem, ad quem Cicero reſpicit, de hoc animalium genere ſermo eſt.

μέσα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ. Timaeum Locr. c. 3. §. 11. pag. 207. D'Arg. τὸν κόσμον κατεσκεύαξεν ἁπτὸν μὲν διὰ τὰν γᾶν, ὁρατὸν δὲ διὰ τὸ πῦρ, ἅπερ δύο ἄκρα. δι' ἀέρος δὲ καὶ ὕδατος συνεδήσατο δεσμῷ κρατίστῳ etc. et Manilium Aſtron. I, 149 - 161. Quodſi cui haec explicatio non placeat, et de exceſſu qualitatum ſolo cogitandum videatur: non eſt, cur vehementer contra diſputem. Aqua nimirum et aër (naturalia ſc. corpora, non elementa prima) mixta vocantur, quia aliorum elementorum qualitates admittunt; velut aër ſaepe frigidus, quum proprie ſit calidus; aqua, quae frigida eſt, habet tamen aliquid caloris. Nec obſto, quo minus haec admiſtio ad ſecundarias qualitates extendatur; dummodo non cogitetur de hiſce ſolis.

3. μικτὴν γὰρ ἔχ. τ. σωματοποιΐαν) Fortaſſe ita ſibi hanc notionem informauit: Quae in medio ſunt poſita, ex vtrisque elementis ab vtraque parte adiacentibus aliquid poſſunt trahere, quod admiſceatur, extrema vero non niſi ab vna parte poſſunt affici. Ignis, ſi quid alieni trahat, non poteſt niſi ab aëre vicino trahere; terrae non poteſt aliunde admiſceri quidquam, niſi ab aqua; aqua vero, quae duabus rebus terminatur, a terra poteſt et ab aëre corrumpi; aëris ſubſtantia qualitates ſumere poteſt cum ab igne tum ab aqua: mixta igitur ſubſtantiae ratio medietatem arguit; quemadmodum medietas mixturam affert. Nil moror haec, quippe quae a me ex coniectura potius, quam ex legitima argumentatione, ſunt ad illuſtrationem argumenti adiecta; ſed Ariſtoteles habet ſimilia: Metaph. X. c. 7. p. 1367. A. εἰ δ' ἔστιν ἐν αὐτῷ γένει τὰ μεταξὺ, ὥσπερ δέδεικται μεταξὺ ἐναντίων, ἀνάγκη καὶ αὐτὰ συγκεῖσθαι ἐκ τούτων τῶν ἐναντίων, id quod deinceps probare ſtuduit. et antea: μεταξὺ μὲν γὰρ ταῦτα λέγομεν, εἰς ὅσα μεταβάλλειν πρότερον ἀνάγκη τὸ μεταβάλλον. cf. Phyſ. V. c. 3. t. 22. Quidquid igitur medium eſt, id ex extremis eſt compoſitum. et noſter auctor inuerſa ratione videtur argumentatus: quidquid ex extremis et contrariis compoſitum eſt, id eſt medium;

iam vero aër, a quo circumdati ſumus, et aqua, qua vtimur, habent in ſe quod terrae et quod igni debent; erga ſunt media.

4. ἔτε δὲ ἐν — μεσότητες) His verbis auctor probare ſtuduit, quatuor iſta corpora, non ſola extrema, verum etiam media, adeſſe debere. Eodem argumentandi ratione vſum eſſe Ariſtotelem, conſtat, et primo τὰ μεταξὺ oppoſita eſſe τοῖς ἄκροις videmus Phyſic. V. t. 6. ἐκ δὲ τῦ μεταξὺ μεταβάλλει ὡς ἐναντίου, χρῆται γὰρ αὐτῷ ὡς ἐναντίῳ ὄντι πρὸς ἑκάτερον, (puta ἄκρον) ἔστι γάρ πως τὸ μεταξὺ τὰ ἄκρα, διὸ καὶ τῦτο πρὸς ἐκεῖνα καὶ ἐκεῖνα πρὸς τῦτο λέγεταί πως ἐναντία. Deinde ipſa quoque concludendi ratio apparet ex libr. de Coelo II. t. 18. et 19. Ἀνάγκη τοίνυν γῆν εἶναι — ἀλλὰ μὴν εἰ γῆν, ἀνάγκη καὶ πῦρ εἶναι· τῶν γὰρ ἐναντίων εἰ θάτερον φύσει, ἀνάγκη καὶ θάτερον εἶναι φύσει, ἄνπερ ᾖ ἐναντίον. et t. 19. ἀλλὰ μὴν εἴπερ ἐστὶ πῦρ καὶ γῆ, ἀνάγκη καὶ τὰ μεταξὺ αὐτῶν εἶναι σώματα, ἐναντίωσιν γὰρ ἔχει ἕκαστον τῶν στοιχείων πρὸς ἕκαστα. Haec loca attulit Vizzanius. Addidi equidem, ſimilia legi apud Platonem Timaeo T. IX. pag. 307. ſq. Bip. et Philon. περὶ Ἀφθαρσ. κόσμ. p. 957. A. Francof. τῶν ἐν ταῖς συζυγίαις ἐναντίων ἀμήχανον τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μή· λευκῦ γὰρ ὄντος ἀνάγκη καὶ μέλαν ὑπάρχειν, καὶ μεγάλου βραχὺ, καὶ περιττῦ ἄρτιον, καὶ γλυκέος πικρὸν, καὶ ἡμέρας νύκτα, καὶ ὅσα τῦτοις ὁμοιότροπα. Conf. diſſ. crit. §. 32. fin.

5. Quod ad *comparationem* cum Ariſtotele attinet, praeter ea, quae ſingulis in locis iam annotata hic repetenda non ſunt, attentione noſtra dignus eſt ordo, quo ſingula haec apud Ariſtotelem leguntur. Quum Ariſtoteles in fine cap. I. ſecundi de Generatione et Corruptione libri tria iſta propoſuiſſet, quae ad generationem requirantur, materiam, contrarietates, et ἐσίας, in contrarietatibus conſiderandis c. 2. pergit, et quaenam earum corpus conſtituere poſſint, quaerit: nimirum quatuordecim iſtae tactui ſubiectae. Explicatis deinde quatuor prioribus et primariis, reliquas docet ex primis iſtis oriri, ad easque referendas eſſe, pri-

mas vero non poſſe ad ſuperiora quaedam, et principia alia referri, nec aliunde deriuari. In qua quidem diſſertatione praeter quatuordecim qualitates ab initio propoſitas nominatur quoque τὸ διερὸν, πεπηγὸς, βεβρεγμένον, t. 8-15. Finita hac quaeſtione coepit quaſi σωματοποιεῖν, docere enim conatus eſt, quatuor primarum qualitatum ſex videri, ſed quatuor reuera eſſe poſſe copulationes et coniunctiones; (συζεύξεις) atque contrarietates ita copulatas quatuor primis corporibus ineſſe; ignem enim calido et ſicco, aërem calido et humido, terram frigido et ſicco, aquam denique frigido et humido conſtare; quam quidem diſſertationem ita finit: ὥστε εὐλόγως διανέμεσθαι τὰς διαφορὰς τοῖς πρώτοις σώμασι, καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν εἶναι κατὰ λόγον. His ſtatim ſubiungit nonnulla ad hiſtoriam pertinentia, tali modo pergens: ἅπαντες γὰρ οἱ τὰ ἁπλᾶ σώματα στοιχεῖα ποιοῦντες, οἱ μὲν ἓν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία, οἱ δὲ τέσσαρα ποιοῦσιν. Atque equidem confiteor, me talia hic non exſpectaſſe, nec diſſertationem ita eſſe inſtitutam, vt illud εὐλόγως διανέμεσθαι et τὸ πλῆθος τῶν πρώτων σωμάτων εἶναι κατὰ λόγον inde ſatis appareat. Ne multa; peruenit tandem ad Empedoclem, ita diſſerens: ἔνιοι δ' εὐθὺς τέτταρα λέγουσιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. συνάγει δὲ καὶ οὗτος εἰς τὰ δύο· τῷ γὰρ πυρὶ τἄλλα πάντα ἀντιτίθησιν, et haec quidem hactenus; deinceps vero, ſine vlla annotatione, vnde aut intelligatur, vtrum aliorum recenſeat decreta, an ipſe ſuam proferat ſententiam, aut cognoſcatur, quorſum haec ſpectent, et cur hic diſputentur, ita pergit: Οὐκ ἔστι δὲ τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἁπλοῦν, ἀλλὰ μικτὸν etc. ignem et reliqua non ſimplicia eſſe, ſed mixta, et a ſimplicibus diſtinguenda; ignem eſſe ὑπερβολὴν θερμότητος, glaciem ψυχρότητος· nec ex igne nec e glacie quidquam oriri; ignem et aërem ſurſum tendere; aquam et terram medium petere; ignem et terram extrema eſſe et ſinceriſſima; aquam et aërem media et magis mixta; igni aquam, aëri terram eſſe, oppoſitam; οὐ μὴν, ἀλλ' ἁπλῶς γε τέσσαρα ὄντα ἑνὸς ἕκαστόν ἐστι, γῆ μὲν γὰρ ξηροῦ μᾶλλον, ἢ ψυχροῦ, etc. et his abſolutis demum cap. IV. morem ſuum ſecutus viam diſſer-

tationis sequentis lectoribus indicat. Atque hic duas liceat quaestiones proponere: 1) Vtrum hic ordo videatur esse Aristotelicus, et non dicam Aristotele dignus, sed Aristoteli vsitatus? 2) Si quis arbitretur, haec ab Aristotele eodem modo scripta esse, quo nunc leguntur, id quod fortasse non longe a vero abest, num hic ordo sit eius, qui libera animi contemplatione fertur, sua ipsius decreta proponit, ab aliis plane non pendet, nec habet, cur ordini ab aliis proposito se addicat; an potius eius, qui aliorum decreta, quae in suam rem conuertit, illustrare, et obseruationibus vtilibus augere conatur? Equidem nihil definio; quotiescunque enim hanc rem contemplor animo, toties coecutire mihi videor, et phantasmatibus agitari.

§. 11.

1. *τὸ μὲν οὖν*) Nunc accedit auctor ad expositionem mutationum, quibus prima corpora sint obnoxia, in qua ita versatus est, vt hac paragrapho huius expositionis fundamenta iaceret, modumque generandi obiter exemplis illustraret; *deinde* §. 13. tres huius generationis recenseret rationes, quarum primam pluribus exposuit §§. 13-15. alteram §§. 16. et 17. tertiam §§. 18. et 19. hisque absolutis §. 20. et seq. adderet generationis rationem, quae facile alicui, verborum potius copulationes quam sententiae veritatem captanti, in mentem venire posset, eamque remoueret; vt denique §§. 22. et 23. caussas generationis et originem non solum in memoriam reuocaret, verum etiam curatius indicaret.

2. *τὸ μὲν οὖν πῦρ — ψυχρὰ καὶ ξηρὰ*) Eadem iisdem fere verbis leguntur etiam apud Aristotelem de Gener. II, t. 16. apud quem tamen maior solertia vbique est conspicua; docet enim, non esse posse plures quam quatuor contrarietatum quasi coniugationes seu copulationes, *ἐπεὶ δὲ τέτταρα στοιχεῖα, τῶν δὲ τεττάρων ἓξ συζεύξεις, τὰ δὲ ἐναντία οὐ πέφυκε συνδυάζεσθαι, θερμὸν γὰρ*

καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸ αὐτὸ, καὶ πάλιν ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ἀδύνατον· Φανερὸν, ὅτι τέσσαρες ἔσονται αἱ τῶν ςοιχείων συζεύξεις etc. easdemque monet εὐλόγως attribui primis corporibus; Ocello contra ea ſufficit, enarraſſe. Eandem qualitatum diſtributionem amplexus eſt quidam Scholiaſtarum Sophoclis ad Electram, pag. 84. ed. Stephan. qui ita habet: κατὰ τὴν ἴσην ἐναντιότητα ἐςὶν ὁ μὲν ἀὴρ ἰσόμοιρος τῆς γῆς· τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ αἰθέρος. ἔςι γὰρ ὁ μὲν ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, ἐξαίρετον ἔχων τὸ ὑγρόν· ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, ἐξαίρετον ἔχουσα τὸ ξηρόν· καὶ ὁ αἰθὴρ θερμὸς καὶ ξηρὸς, ἐξαίρετον ἔχων τὸ θερμόν· τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ἐξαίρετον ἔχον τὸ ψυχρόν. — Eiusdemque laudato etiam Ocelli nomine Proclus ad Timaeum Platon. L. III. p. 150. non ſolum mentionem fecit, ſed eam etiam refutare conatus eſt. Locum adſcribo, vt *dicendi generis diuerſitas* fiat conſpicua: ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὄκκελον τὸν τοῦ Τιμαίου πρόοδον, δύο δυνάμεις ἑκάςῳ τῶν ςοιχείων διένεμον, πυρὶ μὲν, θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἀέρι δὲ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ὕδατι δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, γῇ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. καὶ ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῖδε τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ περὶ Φύσεως. τί δὴ οὖν καὶ οὗτοι πλημμελοῦσιν οἱ ταῦτα λέγοντες; πρῶτον μὲν κοινὰς δυνάμεις ἐν τοῖς ςοιχείοις εὑρεῖν ἐθελήσαντες, ἵνα διασώσωνται τὴν πρὸς ἄλληλα σύνταξιν αὐτῶν, οὐδὲν μᾶλλον κοινωνίαν αὐτοῖς ἢ διάςασιν ἀπέδοσαν, ἀλλ' ἐπίσης τήν τε μάχην αὐτῶν καὶ τὴν ἁρμονίαν ἐπρέσβευσαν. ποῖος οὖν ἔςαι κόσμος ἀπὸ τούτων, ποία τάξις αὐτῶν, ἀσυντάκτων ὄντων, καὶ ἀλλοτριωτάτων, καὶ οἰκειοτάτων καὶ συντεταγμένων; τὰ γὰρ ἰσωμέτρῳ [l. ἴσῳ μέτρῳ] πολεμοῦντα καὶ εἰρηνεύοντα, τὸν ἴσον τρόπον λύει τε καὶ συνίςησι τὴν κοινωνίαν. ταύτης δὲ ὁμοίως τῆς διαλυομένης, ὁμοίως δὲ ἐμφυομένης οὐδὲν μᾶλλον ἔςαι ἢ οὐκ ἔςαι τὸ πᾶν. δεύτερον δὲ οὐ τοῖς ἄκροις τὴν μεγίςην ἐναντίωσιν ἔδοσαν, ἀλλὰ τοῖς παρεσχάτοις πρὸς τὰ ἄκρα. καίτοι τὰ πλεῖςον ἐφεςῶτα [l. ἀφεςῶτα] πανταχοῦ, τὴν τῶν ἐναντίων ὁρῶμεν ἔχοντα φύσιν, οὐ τὰ ἔλαττον τῶν ὁμογενῶν. ἐναντιωτέρα ἄρα ἡ γῆ πρὸς τὸ πῦρ, ἢ τὸ ὕδωρ· ἡ μὲν γὰρ πλεῖςον ἀφέςηκε πυρὸς, τὸ δὲ ἔλαττον. Naturam praeterea monet ignem a terra loco maxime ſeparaſſe, quia contrariam eorum vim intellexerit; et tertium cum primo plus cognationis habere quam vltimum cognouerit; denique contra-

rios motus, quum ignis ſurſum, terra deorſum feratur, non aliunde pendere, niſi a maxima naturarum diuerſitate; interiectis vero nonnullis aliam adfert Timaei diſtributionem. Sed ipſum audiamus: *μόνος δὴ οὖν ὁ Τιμαῖος, καὶ εἴ τις τούτῳ κατηκολούθησεν ὀρθῶς, οὔτε μίαν, οὔτε δύο, τοῖς ςοιχείοις ἀπονέμει δυνάμεις, ἀλλὰ τρισσάς· τῷ μὲν πυρὶ λεπτομέρειαν, ὀξύτητα, εὐκινησίαν· τῷ δὲ ἀέρι λεπτομέρειαν, ἀμβλύτητα, εὐκινησίαν· τῷ δὲ ὕδατι παχυμέρειαν, ἀμβλύτητα, εὐκινησίαν. τῇ δὲ γῇ παχυμέρειαν, ἀμβλύτητα, δυσκινησίαν.* etc. Conf. Timaeus Locr. c. 3. §. 5. ſqq.

3. *ἴδια δὲ ἑκάςου*) Quum auctor hic igni dicat proprium eſſe calorem, parum proprie locutus eſt. Infra §. 13. 14. 15. vocabulum *ἴδιος* adhibetur in comparatione *duorum* corporum, et ibi propriam ſeruat ſignificationem; igni enim *ἴδιον* tribuitur *τὸ ξηρὸν*, ſi cum aëre componatur, aëri *ἴδιον τὸ ὑγρὸν* reſpectu ad ignem, et ita in reliquis. Sed hoc loco, vbi non duo ſolum, ſed omnia inter ſe comparantur elementa: alio quodam ſignificatu, eoque parum proprio, adhibetur pro eo, *quod initio cuidam eximio quodam modo et ſenſu conuenit*, quod Scholiaſtes Sophoclis *ἐξαίρετον* vocauit. Quam ſignificationem minus vſitatam, et notionum parum definitarum teſtem niſi h. l. admittere velimus, aperta exſiſteret in verbis proxime ſe excipientibus contradictio, qualis nemini ſcriptorum facile excidit; quod enim igni tanquam proprium adſcripſerat *θερμὸν*, id aëri quoque tributum videmus; quid? quod aperte dixit: *ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ* ΚΟΙΝΟΝ *τὸ θερμόν.* Sed ſingula perſequi longum eſſet; hoc moneo, doctius et ſubtilius, Nogarola etiam et Vizzanio iudicibus, locutum eſſe Ariſtotelem de Gener. et Corr. II. t. 23. *γῆ μὲν ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ· ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ, ἀὴρ δὲ ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ, πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ.* Num vbique tam accurate? Immo vero de ſenſu et ſenſili c. 4. p. 1437. B. vbi hanc rem leuiter attingit, quaſi Ocelli verba firmius, quam ſua, memoriae fuiſſent infixa, ſcribere non dubitauit: *ξηρὰ γὰρ ἡ τȣ̃ πυρὸς φύσις. ἀλλ' ἴδιον τȣ̃ πυρὸς τὸ θερμόν ἐςι, γῆς*

δὲ τὸ ξηρὸν, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ςοιχείων. Attentione nostra dignus quoque est locus Physic. III. c. 5. t. 44. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ τοῦτο ποιοῦσιν τὸ ἄπειρον, ἀλλ' οὐκ ἀέρα ἢ ὕδωρ, ὅπως μὴ τἆλλα φθείρηται ὑπὸ τοῦ ἀπείρου αὐτῶν· ἔχουσι γὰρ πρὸς ἄλληλα ἐναντίωσιν, οἷον ὁ μὲν ἀὴρ ψυχρὸς, τὸ δ' ὕδωρ ὑγρὸν, τὸ δὲ πῦρ θερμόν. Hic igitur aëri frigus tribuitur, quod ab eo, secundum allatam rationem, prorsus alienum est; aquae vero tribuitur humidum, quod quidem alibi etiam de aqua dicitur; sed non tanquam proprium. In lectione hic nulla diuersitas; ita legit vtraque Isingrina, ab anno 1539. et 1550. per Des. Erasm. Roterod. Fol. ita Francof. 1577. 4. et Sylburg. Francofurt. 1584. p. 52. sine varietatis annotatione, Lugdunensis ex Bibl. Casaubon. Fol. du Vall. p. 488. E. Fol. Aurel. Allobrog. 1607. 8. ita legitur in Commentariis Collegii Conimbricens. Col. 1609. pag. 487. Quid igitur? Nemo haec explicare studeat, quemadmodum vir quidam doctus, cuius annotationem Mstam reperi in Bibliotheca Vitebergensi Academica: „Aër non secundum se totum, et iuxta naturam suam propriam calidus et humidus est, sed secundum partes aliquas non permistas suae naturae recipit diuersas et inaequales qualitates. Suprema enim aëris regio est calida et sicca propter vicinitatem ignis; secunda est frigida et humida, quia est remotior ab ignis sphaera, ideo nunc frigiditas magis intenditur per Antiperistasin a calore ignis; tertia aliquando calida propter radios reflexos, aliquando frigida, propter vicinitatem aquae et terrae.“ Sed haec prorsus aliena, finguntque aërem, qui non sit aër, sed quasi aër: quare arbitror aut legendum esse: ὁ μὲν ἀὴρ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρόν, aut Aristotelem suae rationis oblitum esse, aut denique aliorum recensere sententias. Sed quisnam veterum id affirmauit?

4. *κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν.*) Hoc non ita est accipiendum, ac si substantiae istae semper sine vlla intermissione essent atque manerent, nec in loco perirent; id enim non so-

lum contra manifesta sensuum indicia, sed etiam contra auctoris nostri effata sumeretur; sensus potius est: eas ita permanere, vt non ἐς τέλος, *non prorsus*, destruantur et intereant, sed communium qualitatum ope rursus producantur, atque ita e rerum natura non tollantur. cf. §. 5.

5. ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσει) Postea ἐπικρατήσει. Eandem vero τῶν πρώτων σωμάτων ex se generationem eodem fere modo Aristoteles persecutus est, de Gen. et Corr. II, t. 24. sqq. Vocabulum ἐπικράτεια in recensione Pythagoricorum dogmatum adhibuit Diog. Laërt. VIII, 26. vbi haec: ἰσόμοιρά τε εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς, καὶ σκότος, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρόν. ὧν κατ᾽ ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν, θέρος γίνεσθαι, ψυχροῦ δὲ, χειμῶνα. ἐὰν δὲ ἰσομοιρῇ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους. et S. 27. ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεοὺς, ἐπικρατεῖ [fortasse ἐπικρατεῖν] γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς. cf. Meiners Gesch. d. Wiss. Gr. u. Roms Tom. I. pag. 524. sq. Plutarch. de decret. philos. L. III. c. 8. ab Aldobrandino ad Diogenem excitatus, qui similem Empedoclis et Stoicorum opinionem affert; atque Fabricius ad Sext. Empir. pag. 53. n. 3.

6. τὸ μὲν οὖν — ὕδατι ὑγροῦ) Exemplis nonnullis generandi rationem omnino illustrat, eandem postea vberius expositurus, si quidem omnia, quae §. 13-21. leguntur, ab eadem manu, quae antecedentia scripsit, profecta sunt. Mouet enim suspicionem aliquam, quod hac et sequenti paragrapho haec tractatio finiri videtur; atque nemo desideraret quidquam, si ista omnia essent omissa; his accedit, quod verbosior videtur expositio, quam alias consueuit Ocellus. Adde, quae monui infra ad §. 18. et 19. in fine obseruationis. Sed facile video, has rationes non sufficere ad locum haud paruum expungendum.

7. ἀνάπαλιν) h. e. retro; ordine inuerso. cf. Timaei locum infra §. 16. adducendum. Res ita se

habet: antea aëris humor ignis ſiccitatem vincebat; ita vt ex igne aër fieret; iam ἀνάπαλιν, ignis ſiccitas vincit aëris humorem, vt ex aëre fiat ignis. Infra eadem res indicata eſt voculis: ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον.

§. 12.

Quae hac paragrapho continentur, ſupra iam ad §. 3. et 6. explicata ſunt. Auctor vero haec videtur repetiiſſe, vel vt lectorum ſuccurreret memoriae, vel vt ſignificaret, rem eſſe ad finem perductam. Ad voc. δυνάμει πρῶτον conferatur Ariſtot. Phyſic. VIII. t. 32.

§. 13-15.

1. Exhibiturus vberiorem generationis iſtius expoſitionem, auctor orationem diſpoſuit, et dicenda breviter adumbrauit ita, vt mutationum diuerſitatem ad genera quaedam reuocaret; atque hoc egit vsque ad voculas τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον. Deinceps ſequitur primae partis explicatio. Vizzanius §§. 13. 14. et 15. in vnam coniecit, quam inſcripſit: *Praedictae mutationes fuſius explicantur.*

2. Γίνονται δὲ αἱ μετ. — σύμφυλον) Eſt, vt dixi, ſequentis diſſertationis adumbratio, ſed, niſi omnia me fallunt, in omnibus editionibus, multisque codd. Mſſ. corrupta, et omiſſione obſcurata. Medicinam huic loco admouere ſtudui; ſed ne quis forte arbitretur, tanto me teneri mearum coniecturarum amore, vt eas putem omnibus ſatis eſſe facturas, aliorumque explicandi ſolertiae praeferendas: adiiciam, quae hac de re diſſeruit Vizzanius pag. 165. „Duas mutationes, quae in elementis contingunt, in praecedenti textu [mihi §. 11. inde a voculis: τὸ μὲν ὂν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν etc.] recenſuit auctor, eam ſcilicet, qua ſuperius elementum inferioris naturam aſſumebat, et eam e conuerſo, qua ab inferiori ad ſuperius circulo quodam oc-

currebat regreſſus: tertium addere nunc videtur mutationis genus, ac inde praedictarum primam declarare, et ſimul exemplis illuſtrare. Elementares igitur mutationes monet inferre vel ex terra in ignem adſcenſum, vel ex hoc in aëra, caeteraque corpora ſimplicia deſcenſum, et tertio quum in vnoquoque elemento contrarium intereat, ſimulque remaneat id, quod eſt eiusdem generis et naturae. Quid per hunc tertium modum exprimat auctor, nec etiam profunda meditatione potui adinuenire (meam fateor imbecillitatem, et inſcitiam); in prioribus enim duobus modis id etiam obſeruatur, quod contrarium corrumpatur, et ſimilis qualitas permaneat, non ſecus quam in hac tertia mutationis ratione confingere ſuadeat; [ſed hoc non vere dici, deinceps, opinor, apparebit; contrarium corrumpitur in omnibus mutationis generibus, ſed non in omnibus contrarium ἐν ἑκάςῳ.] quare nil noui tertius hic modus complecti videbitur. [immo aliquid noui, quod nimirum addit τὸ ἐν ἑκάςῳ] nec etiam cum eo illa conſentit immutatio, quam *ſeq. textu* [§. 16.] κατ᾽ ἐναλλαγὴν dicet, quum ea tantum inter illa vigeat elementa, quibus nulla qualitas eſt communis. nec etiam illi poteſt adaptari immutatio, de qua t. 15. [mihi §. 18. et 19.] ibi enim ſupponitur, in altero elementorum interire etiam qualitatem communem: non tandem illi, de qua t. 16. [§. 20. et 21.] quia inde nil oritur, et eas rationes hic proponit auctor, quibus mutatio progignatur, contrariis in vnoquoque elemento pereuntibus, cuius contrarium in verbis illius textus proponitur, licet Nogarola per tertium genus mutationis eam videatur aſſumere: quare quum alius hic non recenſeatur elementaris mutationis modus, quid opinatus fuerit Ocellus ignoro, nec, ſi illa lectio ſeruetur, poſſum coniicere; at ſi eam, quam in aliis codicibus [at quaeritur, vtrum in aliis *codicibus*, an ex aliorum *coniectura*, vtrum non in *codice*, ſed in codicibus? nam Commelini ſignum eſt: *al.* quaeritur denique, vtrum ſit Codex manu ſcriptus, an typis expreſſus?] obſeruauit Commelinus, aſſumamus, in qua non τρίτον, ſed

τȣτο legitur, omnia erunt consona: tunc enim dicemus, Ocellum, quia in textus limine docuit, elementa immutari, dum viget transitus vel ex terra in ignem, vel e conuerso ex hoc in aërem, etc. nunc addere rationem, qua id contingat, et dicere τȣτο, nempe id, modo praedictum mutationis genus tunc contingere, quandocunque in vnoquoque elemento, quod immutetur, qualitas contraria pereat, et quae similis est, conseruetur: puta si ignis mutetur in aëra, siccitas ignis, quae aëris humiditati opponitur, interibit, et illius caliditas, quia similis illi, qua praeditus est aër, seruabitur eo pacto, quo docebat Aristoteles 2 *de Ortu* 25." Sed vt plura describerem non potui a me impetrare, nec ea, quae sequuntur, de meis adiecissem, nisi persuasum mihi esset, eiusmodi loca aut plane non, aut recte et diligenter legenda esse et explicanda; quin hac in caussa rerum minutissimarum contemplationi operam dare debemus, si quidem Aristotelem atque Ocellum recte et accurate inter se velimus comparare. Quod igitur profunda meditatione non potuit assequi Vizzanius, id modica et paene ludicra ad sequentem dissertationem attentio facile nobis praestabit. Duo nimirum genera mutationis auctor nobis exposuit, quorum vtrumque bipartitum est. *Vnum* est genus, vbi *vna* vincitur contrarietas, *alterum*, vbi *duae* contrarietates superantur. De singulis deinceps exponendum. Vt autem tota impeditae huius rei explicatio facilius possit animo et cogitatione comprehendi, eam rationem sequendam esse putaui, vt contrarietatum inter se pugnantium nomina cursiuis typis, vt vocant, exprimenda curarem, eamque contrarietatem, quae vincatur, tanquam moribundam, vncinis includerem.

A. Primum mutationis genus, quod in interitu *vnius* contrarietatis positum esse dixi, ab auctore expositum est §§. 13-15. ex quibus apparet, in hoc quidem genere pugnam esse inter corpora proxima. Ignis pugnat cum aëre, aër cum aqua, aqua cum terra, terra

cum igne; nam haec tanquam in gyrum ſe rotantia ſunt intelligenda. Sed in hoc genere duplex generationis ordo locum habere poteſt.

a) Oriri poteſt ignis e terra, aër ex igne, aqua ex aëre, terra ex aqua, ignis e terra, et ſic porro in gyrum. Atque huius ortus haec eſt ratio:

α) Ignis eſt *calidus* et ſiccus; Terra eſt [*frigida*] et ſicca. Sublato *frigore* manet *calor* et ſiccitas; ignis igitur eſt ortus e terra.

β) Aër eſt calidus et *humidus*; Ignis eſt calidus et [*ſiccus*]. Victa *ſiccitate*, manet *humor* et calor; aër ortus eſt ex igne. vid. §. 13.

γ) Aqua eſt *frigida* et humida; Aër eſt [*calidus*] et humidus. Superato calore, aqua progenita eſt ex aëre. vid. §. 14.

δ) Terra eſt frigida et *ſicca*; Aqua eſt frigida et [*humida*]. Victo a ſiccitate humore, terra eſt prognata ex aqua. vid. §. 15.

b) Alter ordo, breuiter indicatus ab auctore §. 16. voculis *ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον*, et §. 11. vocabulo *ἀνάπαλιν*, hic eſt: terra oritur ex igne, aqua e terra, aër ex aqua, ignis ex aëre, terra ex igne etc. hunc in modum:

α) Terra eſt *frigida* et ſicca, Ignis eſt [*calidus*] et ſiccus. Sublato calore, terra facta eſt ex igne; manent enim qualitates terrae.

δ) Aqua eſt *humida* et frigida, terra [*ſicca*] eſt et frigida. Victa autem ſiccitate ab humore, manent aquae contrarietates, et aqua eſt orta e terra.

γ) Aër eſt *calidus* et humidus, Aqua eſt [*frigida*] et humida. Victo frigore, aër natus eſt ex aqua.

β) Ignis

β) Ignis eſt *ſiccus* et calidus. Aër vero [*humidus*] et calidus. Sublato humore, ignis generatus eſt ex aëre.

Haec de primo genere, in quo *proximorum* corporum contrarietates pugnant, quarum *vna* tollitur et ſuperatur.

B. In altero mutationis genere *quatuor* pugnant contrarietates, *binae* vincuntur et *binae* vincunt, idque duplici modo, nam

a) aut *vtraque* perit *alterius vtrius* corporis primi vis, idque accidit, quando non proxima inter ſe pugnant corpora, velut ignis et aër; ſed quando vnum eſt in medio quaſi interiectum ſeu relictum, velut ignis pugnat cum aqua; aër cum terra. vid. §. 16. et quae ibi dicta ſunt de voce ἐναλλαγή. Pugnae autem et victoriae hic eſt modus:

α) Pugnat ignis cum aqua.
Ignis eſt [*calidus*] et [*ſiccus*]; Aqua eſt *frigida* et *humida;* victis et ſublatis qualitatibus a me incluſis, remanet aqua, periit ignis; id quod auctor dixit: γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή. §. 16.

β) Pugnant aër et terra.
Aër [*calidus*] eſt et [*humidus*]; Terra vero *frigida* et *ſicca.* Calore et humore ſublato, terrae manent contrarietates; facta eſt ex aëre terra.

Haec etiam poſſunt conſiderari ἀνάπαλιν, quemadmodum enim hic ex igne fiebat aqua, et ex aëre terra: ita etiam ex aqua ignis fieri poteſt, et e terra aër. Tali ratione:

Aqua eſt [*humida*] et [*frigida*]; Ignis *ſiccus* et *calidus.*
Terra eſt [*frigida*] et [*ſicca*]; Aër eſt *calidus* et *humidus.*
Sed hanc rationem inuerſam auctor non eſt perſecutus.

b) aut *alterutra* ἐναντιότης *vtriusque* corporis primi perit; in quo quidem genere rurſus pugna eſt in pro-

ximis et finitimis corporibus. Liceat et huius rei exhibere ſpecimina.

α) Ignis [*calidus*] eſt et *ſiccus*, Aër *calidus* et [*humidus*]; atque ita fieret ex vtrisque ignis. vid. §. 18.

β) Terra eſt [*frigida*] et *ſicca*; Aqua eſt *frigida* et [*humida*.] Poſt eiusmodi pugnam manebit Terra. vid. §. 19. Et haec tantum ſpeciminis loco allata ſunt; nam eadem ratione exhiberi poteſt, quemadmodum aër ex aqua, terra ex igne, ignis e terra, aër ex igne, aqua ex aëre, terra ex aqua fiat. Sed totum hoc genus B, b. nimis ludicrum atque ineptum videtur; nam cur in α calor ignis, et in β frigus terrae pereat, nec dixit auctor, nec apparet cogitantibus; deeſt enim in elementis iſtis contrarietas, quae alteram iſtam ſuperet.

Atque haec hactenus; *nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum.* Cum auctore certe luſimus, quare iſti erubeſcendum foret. Reſtat tamen quaeſtio, vt tandem perueniamus ad id, cuius cauſſa haec omnia ſiue diſputauimus ſiue nugati ſumus; nimirum qui fiat, vt Ocellus de *tribus* mutationis generibus loquatur, quum aut duo ſint, vt vidimus, aut *quatuor*, aut etiam plures. Sed in promtu eſt reſponſio. Fundamentum diuidendi aut non potuit ſeruare, aut neglexit; certe non ſeruauit. *Prima* enim ratio, quam §. 11. adumbrauit, §. 12. attigit voculis ἤτοι ἐκ γῆς — ὕδατος εἰς γῆν, atque §. 13 - 15. pluribus perſecutus eſt, tum, vt ait, locum habet, quando *vna contrarietas* perit. *Secunda* mutationis ratio eſt, vbi totum a toto ſuperatur, et duae vires vincunt contrarias, (§. 16. et 17.) ſed in diuidendo etiam ad ordinem, quo ſe excipiant elementa, reſpexit, id quod ſatis apparet e voculis: κατ᾽ ἐναλλαγήν. *Tertia* denique eſt §. 18. et 19. quando contrarietas in vnoquoque elemento pugnante perit; et relinquitur id, quod, vt cum Ariſtotele dicam, πέφυκε συνδυάζεσθαι. Quam quidem rationem nec ad primam poterat referre, quia non vnius, ſed duarum

contrarietatum interitus euenire dicitur; neque vero ad alteram, quia non totum a toto ſuperatur; nec *eiusdem* primi corporis *vtraque* vis, ſed in *vtroque* corpore *altera* vis perire dicitur. Hac diuiſione, qua Ocellus vſus eſt, admiſſa, non apparet, cur non plures eiusmodi generationes locum habere poſſint; et haec ipſa in diuidendo negligentia effecit, vt aliud mutationis genus praetermitteretur; non omiſſum ab Ariſtotele, de Gen. et Corr. II. t. 27. ἐὰν ἐν ἑκάστῳ θάτερον φθαρῇ. Pugna nimirum eſt κατ᾽ ἐναλλαγὴν, ſed non *vtraque* vincitur *alterius* corporis contrarietas, ſed *alterutra*, *vtriusque*. atque hac ratione ex duobus elementis tertium poteſt prodire, velut, ex aëre et terra poteſt ignis generari, hoc modo: Aër eſt *calidus* et [*humidus*]; Terra eſt [*frigida*] et *ſicca;* quodſi aëris *calor* vicerit *frigus* terrae, atque terrae *ſiccitas* aëris *humorem:* maneret aëris quidem defuncti *calor*, et terrae mortuae *ſiccitas*; calor autem et ſiccitas ſunt qualitates ignis. Ocellum hoc genus non conſideraſſe, annotarunt iam Nogarola pag. 525. et 526. in Opuſc. Myth. etc. Galei. et Vizzanius pag. 174.

3. καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ) *Et tertio, ſi in vnoquoque pereat contrarium.* Quodſi in vnoquoque contrarium perit, ſequitur hic quidem, vt *duae* contrarietates pereant; velut aquae frigus et aëris humor; qualia ſunt, quae §. 18. et 19. leguntur; quare dubium non eſt, quin auctor huc reſpexerit. Sed in his non amplius haerebo; hoc vnum addendum eſt: ex noſtro loco ipſo ſatis apparere, lectionem καὶ τοῦτο, quam probauit Vizzanius, vel καὶ γίνονται τότε, quod de ſuo dedit Rotermundus, locum habere nullo modo poſſe; nam ſi ſenſus eſſet: atque hae mutationes, quas indicaui, tum fiunt, quando in *vnoquoque* elemento contrarium perit, auctor ſibi contradixiſſet; nam ſtatim affert generationem, in qua in *vno* tantum elemento, *vna* vis ſuperatur. Sed nimirum interpretes non attenderunt ad ſignificationem voculae ἕκαστος.

4. ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ) Primum hoc genus eſt; ad quod pertinent etiam §. 14. et 15. §. 13. docet, quomodo ex igne fiat aër; §. 14. quomodo ex aëre aqua; §. 15. denique, quomodo ex aqua terra oriatur. Potuiſſet etiam addere, quomodo ſecundum hanc rationem e terra fiat ignis. Sed hoc reliquit lectoribus. Conf. n. 2. A, a, α.

§. 16.

1. Vizzanius §. 16-19. comprehendit paragraphi decimae quartae nomine, atque inſcripſit: *Nouum elementaris mutationis genus recenſetur.* Sed ipſe in Commentario recte vidit, non eſſe nouum genus, ſed *noua genera*; et antea quoque finem huius ſuae §. 14. laudauit tanquam §. 15.

2. ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω) Nogarolae verſionem: *contra vero, quae e terra ſurſum adſcendit mutatio, et quae per internecionem agitur, tunc accidit:* nihil moror; nec Vizzanii paraphraſin; in Commentario recte locum cepit. Senſus eſt: hactenus docui, quomodo ex igne aër, ex aëre aqua, ex aqua terra fiat, *deſcendendo*; ſed ordo quoque poteſt inuerti, e terra fieri poteſt aqua, ex aqua aër, ex aëre ignis, *adſcendendo*. Vid. ad §. 13, 2. A, b. Similia ſunt, ſi hanc ordinis mutationem ſpectes, apud Heraclitum. Diog. Laërt. IX, S. 8. ſq. de eo haec: καὶ τὴν μεταβολὴν [ſc. καλεῖσθαι] ὁδὸν ἄνω κάτω. τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην. πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι. πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι. ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ σχεδὸν πάντα, ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός. qua cum ſententia conferri poteſt Ouidii locus Metam. XV. [vſ. 245-253.] quem ad ſuperiorem paragraphum adduxit Vizzanius; vbi etiam duplicis huius ordinis mentio facta eſt.

3. κατὰ τὸ ἐναντίον) Duplici modo intelligi poteſt; vt aut nihil ſit, niſi explicatio τȢ ἄνω, et contrarius tantum ordo indicetur; aut vt his voculis mutationis et generationis ratio magis explicetur, et ſenſus ſit: in hac quidem mutatione perit vis contraria et oppoſita *ei*, quam in ſuperiori mutatione opprimi vidimus: velut ex aqua in terram mutatio ita fiebat, vt terrae ſiccitas *humorem* aquae ſuperaret; iam e terra fit in aquam mutatio κατὰ τὸ ἐναντίον, vt non ſiccitas praeualeſcat, ſed vt humor vincat *ſiccitatem*, id quod in omnibus exemplis allatis apparet, ſi pugnas ſupra §. 13. n. 2. A. a et b, *iisdem elementis graecis* ſignatas comparamus. Olim haec explicatio nimis quaeſita mihi videbatur et artificioſa; ſed quum eandem deprehendiſſem apud Vizzanium pag. 170. atque ita intellexiſſem, alios potuiſſe ſolo auctoris textu in eandem ſententiam induci: non potui eam non admittere. Quamquam enim explicationis veritas non auctoritate interpretum, ſed rationibus metienda eſt: ea tamen interpretatio, ad quam duo aut plures *vltro* adducti ſunt, multum videtur habere commendationis. Battaeſius vertit: *ce ſera le contraire en remontant de la terre au feu.*

4. Ἡ δὲ κατ᾽ ἐναλλαγὴν) Voculae ἡ δὲ reſpiciunt ad verba §. 13. ἡ μὲν Ȣν γένεσις ἀποτελεῖται. Voculam ἐναλλαγὴν varie acceperunt eruditi. Nogarola vertit: *per internecionem*, magis id ſecutus, quod in hac mutatione accidere dicitur, quam ſignificationem vocabuli; Vizzanius, qui rem recte accepit, vocabulum tamen latius explicauit, per *ordinis immutationem;* nam non omnis immutatio ordinis eſt ἐναλλαγή. Neque locum recte accepit D'Argenſius, quum initium huius ſectionis verteret: *Le changement, qui ſe fait depuis la terre jusqu' aux élémens ſuperieurs, ſe fait d'vne maniere contraire, de même que celui, qui ſe fait par alternation ou par échange: ces changemens arrivent* etc. nam duas generationis rationes confudit. Battaeſius denique vocabulum hoc euitauit, vertendo;

Il- y- a une autre sorte de génération, qui se fait, lorsque les deux qualités sont vaincues par leurs contraires etc. Discimus autem vim vocabuli ex Timaeo Locro, c. III. §. 11. p. 208. D'Arg. qui ita scripsit: δυσὶν ὧν μέσοις δύο ἄκρα προσαρμόξατο, ὅκως ἄη, ὡς πῦρ ποτ' ἀέρα, ἀὴρ ποτὶ ὕδωρ, καὶ ὕδωρ ποτὶ γᾶν· καὶ κατ' ἐναλλαγὰν, ὡς πῦρ ποτὶ ὕδωρ, ἀὴρ ποτὶ γᾶν. καὶ ἀνάπαλιν, ὡς γᾶ ποτὶ ὕδωρ, ὕδωρ ποτ' ἀέρα, καὶ ἀὴρ ποτὶ πῦρ· καὶ κατ' ἐναλλαγὰν, ὡς γᾶ ποτ' ἀέρα, ὕδωρ ποτὶ πῦρ. Videmus igitur, μεταβολὴν κατ' ἐναλλαγὴν esse, vbi non vicina et proxima pugnant elementa, sed aut primum et tertium, aut secundum et quartum. At si haec est significatio, non videntur huc pertinere sequentia, ἐὰν ὅλον ὅλου κρατήσῃ· immo vero optime cohaerent; nam si is seruetur ordo, vt aqua cum igne, terra cum aëre pugnet, alterum elementum prorsus deletur, ex Ocelli mente, quia vtrisque nihil est commune. Est quidem alia etiam mutatio κατ' ἐναλλαγὴν, quam supra attigi; ea vero Ocellum fugit. Haec proxime ad Ocellum dicta sunto; sed liceat adiicere nonnulla, quae ad explicandas voculas difficiles ἐναλλὰξ et ἐναλλαγὴ pertinent; significant enim partim id, quod nos dicimus *wechselsweise*, partim *eins ums andere*, partim *ein mal ums andere*, partim *umgekehrt.* Cf. Aristot. Top. VIII. c. 1. χρήσιμον δὲ καὶ τὸ μὴ συνεχῆ τὰ ἀξιώματα λαμβάνειν, ἐξ ὧν οἱ συλλογισμοὶ, ἀλλ' ἐναλλὰξ τὸ πρὸς ἕτερον καὶ ἕτερον συμπέρασμα. de Coelo I. c. 10. t. 102. γενόμενον μὲν οὖν ἅπαντες εἶναί φασιν, [τὸν οὐρανὸν] ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν ἀΐδιον, οἱ δὲ φθαρτὸν, ὥσπερ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φύσει συνισταμένων. οἱ δ' ἐναλλὰξ, ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον, καὶ τοῦτο ἀεὶ διατελεῖν οὕτως. de Coelo II. t. 40. λείπεται δὴ λέγειν ἐναλλὰξ εἶναι τῇ κινήσει τὸ θᾶττον καὶ τὸ βραδύτερον. Sextus Empir. Pyrrh. Hyp. I, c. 4. ἐπεὶ γὰρ ποικίλως ἀντιτίθεμεν ταῦτα, ἢ φαινόμενα φαινομένοις, ἢ νοούμενα νοουμένοις, ἢ ἐναλλὰξ ἀντιτιθέντες, vbi vid. Fabricium. Plutarch. de Educat. c. 11. §. 5. δεῖ δὲ ἐναλλὰξ καὶ ποικίλως χρῆσθαι ταῖς ἐπιπλήξεσι, καὶ τοῖς ἐπαίνοις. Phauorin. praeter alia, quae etiam apud Suidam le-

guntur, habet haec: ἐναλλάτταν τὸ μετατιθέναι τὴν τάξιν ἀντιστρόφως. ἀφ᾽ ȣ̃ ἐναλλὰξ ἐπὶ τῶν ποιȣ́ντων ἐναντία λέγεται.

5. γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή) Parum proprie et accurate dixit auctor. In hac enim concertatione et deſtructione non fit aqua ex igne, ſed ignis plane aboletur, et aqua remanet. Immo vero non ita eſt argutandum; ſenſus eſt: ea materia, quae antea ignis fuit, quia calida fuit et ſicca, nunc facta eſt aqua; quare aqua non ſolum manet, verum etiam augetur. Caeterum hanc mutationis rationem perſecutus eſt Ariſtoteles de Gen. et Corr. II, t. 26.

Paragraphus XVII. illuſtrationem non poſtulat.

§. 18. et 19.

His paragraphis noua continetur mutationis ratio, quae, ſi ordinem corporum primorum pugnantium ſpectes, non differt ab ea, quae primo loco eſt expoſita, nam pugna eſt inter corpora proxima, ἐν τοῖς ἐφεξῆς, atque ignis mutatur in aërem etc. Sed ratione interitus qualitatum differt a prima. In iſta enim *una* ſolummodo peribat ex quatuor duarum ſubſtantiarum qualitatibus; in hac vero *duas* auctor deſtruendas eſſe putauit. Illuſtrat hoc genus duobus exemplis; mutatione aëris in ignem §. 18. et aquae in terram §. 19. reliquas ſex eodem modo comparatas, aquae in aërem, terrae in aquam, ignis in terram, terrae in ignem, ignis in aërem, aëris in aquam, lectorum ſolertiae reliquit. In eligendis exemplis ſingulare acumen videtur adhibuiſſe; horum enim exemplorum alterum, quod §. 18. continetur, ſumtum eſt ex eo mutationis ordine, qui a terra ad aquam, inde ad aërem et ignem tendit; alterum vero, §. 19. ex eo petitum eſt genere, quod ab igne per corpora interiecta ad terram progreditur. Non poſſum tamen non optare, vt ad aliam rem etiam hoc acumen tranſtuliſſet, nosque docuiſſet, quo modo haec mutatio omni-

no fieri poſſit. In igne et aëre pugnatur; ignis calidus et ſiccus, aër calidus et humidus; aëris humor perit; atque video cur; nam vincitur ab ignis ſiccitate. Sed perire dicitur etiam calor ignis, atque non video, quid huic interitum adferat; nam neque a calore aut ab humore, qui ſunt in aqua, ex auctoris ratione ſuperari poteſt; neque vero ſponte et ſine cauſſa perire; iſtae enim qualitates non ſunt contrariae, ſed coniunctae. Atque non dubito affirmare, auctorem ipſum animaduertiſſe, non reperiri h. l. a quo calor vincatur; nam diſputationis rationem immutauit, et quum antea ſemper indicaſſet non ſolum victum, ſed etiam victorem, hic ſolummodo dicit, quid vincatur, et ſi quid vincatur.

Aliud etiam eſt, quod mirari nos cogit, ſi quidem rei paruitas admirationem excitare poteſt. Eo nimirum modo, quem hic perſecutus eſt Ocellus, Ariſtoteles generationem fieri poſſe *negauit*; de Gen. et Corr. II, t. 29. Ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς οὐκ ἐνδέχεται φθαρέντος ἐν ἑκατέρῳ θατέρου τῶν στοιχείων γενέσθαι μετάβασιν εἰς οὐδὲν τῶν σωμάτων, διὰ τὸ λείπεσθαι ἐν ἀμφοῖν ἢ ταὐτὰ, ἢ τὰ ἐναντία. ἐξ οὐδετέρων δὲ ἐγχωρεῖ γίγνεσθαι σῶμα· οἷον, εἰ μὲν τοῦ πυρὸς φθαρείη τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ἀέρος τὸ ὑγρόν· λείπεται γὰρ ἐν ἀμφοῖν τὸ θερμόν. ἐὰν δ᾽ ἐξ ἑκατέρου τὸ θερμὸν, λείπεται τἀναντία καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις ἐνυπάρχει τὸ μὲν ταὐτὸν, τὸ δ᾽ ἐναντίον, ὥσθ᾽ ἅμα δῆλον, ὅτι τὰ μὲν ἐξ ἑνὸς εἰς ἓν μεταβαίνοντα, ἑνὸς φθαρέντος γίνεται, τὰ δ᾽ ἐκ δυοῖν εἰς ἓν πλειόνων. Ariſtoteles igitur rem ita accepit: 1) ignis eſt *calidus* et [*ſiccus*], aër eſt *calidus* et [*humidus*]; aut 2) ignis eſt [*calidus*] et *ſiccus*, aër eſt [*calidus*] et *humidus*; atque ita negauit generationem fieri poſſe, quia aut idem aut contrarium remaneat. Sed hoc genus quoque poteſt hac ratione conſiderari: 1) ignis eſt [*calidus*] et *ſiccus*; aër eſt *calidus* et [*humidus*]; atque ita fieret ignis. aut 2) ignis eſt *calidus* et [*ſiccus*]; aër eſt [*calidus*] et *humidus*; atque ita oritur aër. Haec eſt Ocelli ratio, quam Ariſtoteles plane

ignoraſſe videtur; quum eam h. l. non afferat. Fortaſſe erit, qui Ariſtotelem hunc generationis modum negaſſe dicat et reieciſſe eadem de cauſſa, quam ſupra attuli, quia nimirum in exemplis allatis non reperitur, a quo calidum potuiſſet vinci; ſed hac de re Ariſtotelem non cogitaſſe, eius verba ſatis declarant; ipſe enim l. l. dixit: ἐὰν ἐξ ἑκατέρου τὸ θερμὸν, ſc. φθαρῇ, quod eadem de cauſſa non magis fieri poſſe videtur, quam quae habentur in Ocello. Neque tamen hinc προπετῶς concludendum eſt, Ocelli librum ab Ariſtotele non fuiſſe lectum. Fieri enim potuit, vt Ariſtoteles haec non ſatis perpenderet; nam attentio animi eum poterat hac in re aeque deſtituere, ac Ocelli interpretes; memoria eum potuit fallere; poteſt Ocelli textus male ſe habere, atque hoc non ſine probabili ratione aliquis ſtatuerit. Quid enim, ſi Ocellus hoc loco illud mutationis genus recenſuiſſet, quod deſideratum ex Ariſtotele ſupra ad §. 13. n. 2. fine, attuli; vocabula certe §. 13. ad has paragraphos proſpicientia: ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταλειφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον, huic generi Ariſtotelico magis etiam videntur accommodata, quam ei, quod vere hic legimus; quid, ſi integra haec vberior expoſitio, §. 13-21. quae ſupra ad c. II. §. 11. n. 6. ſuſpecta videbatur, ab aliena manu, explicationis cauſſa, adiecta eſſet? Aliorum ſit iudicium! ego enim, quum mihi nunc maxime probabile ſit, libellum noſtrum eſſe genuinum, vereor, ne iudicium meum corrumpatur, et probet non probanda.

§. 20. et 21.

1. Vizzanius, qui has §phos vna comprehendit, in qua inſcriberet: *Alterum mutationis elementaris genus proponitur et ſimul excluditur*, in commentario p. 173. ita dixit: „Abunde enumeratis hucusque elementorum mutationibus aliam ſuperaddit, quam quis facile excogitare potuiſſet, licet inanem, dum ex ea non prodeat elementum; vt inde ſcilicet apparet, [ap-

pareat] ipſum elementares quaslibet mutationes exacta methodo recenſuiſſe, dum eas etiam, quae nullius erant momenti, noluit omiſiſſe; et docet, quod, ſi aſſumantur duo elementa cognata qualitate praedita, et haec in vtroque pereat, nullum inde conſurget elementum, eo quia illa, quae in ſingulis permanet qualitas, alteri opponitur, ac nequeant coniungi contraria: cuius veritatis hanc aſſignabat rationem philoſophus 4 Met. t. 26. [c. 6.] quod vnum contrariorum ſemper alterius negationem claudit, et contradictoria ſimul eidem ineſſe eſt impoſſibile, quidquid opinatus fuerit Protagoras, cuius placitum *ibid.* reiicitur, *t.* 19. *ſqq.* [c. 5.]" Haec ille, ad quae moneo, primo nimiam videri exactae methodi laudem, vel ipſo Vizzanio iudice, qui deinceps de mutationis modo, quem omiſit Ocellus, egit; deinde apud Ariſtotelem locis laudatis omnino ſermonem eſſe de principio, quod vocant, contradictionis, non de elementorum mutua generatione, quamuis ad hanc quoque transferri poſſit ex Ariſtotelis quidem mente. Alia addo: et primo quidem hic etiam annotandum cenſeo, ex auctoris ratione reliqua non apparere, qui fieri poſſit, vt aëris calor, et ignis calor ſimul corrumpantur; quum nihil cauſſae appareat. Fortaſſe auctor rem non ita cepit, ac ſi haec generatio, quae fieri non poſſit, et ſuperior, quam fieri poſſe dixit, in rerum natura vere occurrat, aut non occurrat, ſed haec tantum ad mentem et cogitationem reiecit, vt ſenſus ſit: has mutationes aut cogitari poſſe, aut non cogitari; ſecundum iſtum modum generationem futuram eſſe, ſi quidem hic modus in rerum natura, obiectiue locum habere poſſet; ſecundum hunc vero, ne cogitari quidem generationem poſſe. *οὐδὲν ὁρίζω.* deinde, quemadmodum Ocellus, notante Nogarola et Vizzanio, generationis rationem, quae fieri poſſit, omiſit, ita quoque omiſit vnam, quae fieri non poſſit; eamque ab Ariſtotele *diſerte* reiectam. Nam quum Ariſtoteles loco ad §§. 18. et 19. laudato generationem fieri neget *διὰ τὸ λάπεσθαι ἐν ἀμφοῖν ἢ ταὐτὰ ἢ τὰ ἐναντία*, Ocellus eam per-

ſecutus eſt, vbi manent τὰ ἐναντία, ſed in qua ταὐτὰ relinquantur, eam ne verbulo quidem attigit.

2. πῶς δὲ, καὶ τίνων ὑποκειμένων) πῶς reſpicere videtur ad §. 11 - 21. τίνων ὑποκειμένων vero ad §. 3 - 5. quare §§. 6 - 10. in repetitione videntur omiſſae. Inde tamen non ſequitur, has ſectiones ab auctore non eſſe conſcriptas; hoc loco enim ſolummodo repetiit omnino quae ad generationem primorum corporum pertinent; quare non erat, cur has paragraphos reſpiceret ad hanc generationem non proxime pertinentes, quemadmodum nec §. 1. et 2. mentionem fecit. Deinde fieri potuit, vt has ſectiones referret ad illud τίνων ὑποκειμένων, continent enim harum rerum illuſtrationes.

3. διὰ βραχέων) Haec formula paſſim legitur, velut apud Platonem Theage T. II. p. 17. Bip. Menexeno, c. 8. Vere autem haec dixit Ocellus. Quamquam enim multis vſus eſt verbis, quae multis poſſunt ſuperuacua videri: multa tamen ſolummodo indicauit, non vberius expoſuit. Quaeritur, vtrum auctor tam vetus hoc addiderit, quum veteres iſti alioquin breuitati ſtuderent? Quidni adiecerit?

4. Comparatio cum Ariſtotele et Pythagoreis.

Ad Ariſtotelem quod attinet, multa iam in notis ſuo loco ſunt annotata, quae in diſſertatione critica colligam et quaſi vna facie et vno ſub adſpectu exhibebo. Nunc vero moneo; quae mutationis genera ab Ocello *fuſius* traduntur pluribusque exemplis illuſtrantur, ea ab Ariſtotele *breuius* proponi et vno tantum alteroue exemplo intellectu faciliora reddi. Deinde, Ariſtotelem, antequam ad ſingularum mutationum et pugnarum enumerationem accederet, communes quasdam attuliſſe obſeruationes, quas apud Ocellum fruſtra quaeſiueris. Ariſtoteles nimirum t. 24. quaerit: πότερον ἅπαν ἐξ ἅπαντος γίγνεσθαι δυνατὸν, ἢ τὰ μὲν δυνατὸν, τὰ δὲ ἀδύνατον. atque adiectis rationibus ita reſpondet et decernit: ὅτι πᾶν ἐκ παντὸς γίνεσθαι πέφυκεν, h. e. vnum-

quodque elementum ex vnoquoque fieri posse; deinde monet: *διοίσει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τῷ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολον πρὸς ἄλληλα,* [h. e. quibus contrarietas est communis, velut igni et aëri calor.] *ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν* [adde ἢ] *τὰ πολλὰ μεταβάλλειν.* etc. atque huius decreti illustrationi quasi immixta est omnis primorum corporum generationis explicatio, et ad hoc omnis reuocata.

Haec de Aristotele, a cuius comparatione diuturna qui ad Pythagoreorum cum Ocello compositionem accedat, mira quadam ratione se sentiet affectum; atque idem sibi accidisse fatebitur, quod ei eueniret, qui, quum animum aduertere, et oculorum aciem intendere debuisset, vt posset dicere, quid inter fratres simillimos discriminis intersit, subito hortaretur, vt deinceps quoque dicat, qua in re homo differat a lapide. Pudebit eum discrimina tam aperta commemorare, et nisi forte interrogatione se ludibrio habitum putabit, certe responsione censebit iniuriam se illaturum auditoribus. Itaque quum antea acumen qualecunque adhiberet, ne qua eum fugiat diuersitas, nunc quidquid est ingenii ita collocabit, vt inueniat similitudinem. Atque hac via mihi quoque video esse incedendum, nisi quod sine diuersitatis aut similitudinis *captandae* studio, quoad eius fieri potest, definiendum est, quae sit horum philosophorum cognatio. Sed, si qua in re amplissimam lectionis copiam mihi exoptaui; si quo tempore ingenii acumen desideraui; si qua de caussa memoriam omnia comprehendentem frustra in me requisiui; si denique eam solertiam, quae omnia facile inter se componit, et non coniiciendo, sed eruendo, non argumenta ad speciem conquirendo, sed feliciter ad veritatem dubitando, se exserit, a me fere alienam esse dolui: earum rerum omnium desiderio nunc in primis me fateor commoueri. Facile enim video, sine his naturae et exercitationis, et disciplinae virtutibus parum me prolaturum esse, quod veri cognitio-

nem adiuuet, et eruditorum ſe probet iudicio. Componenda ſunt haec Ocelli decreta cum ratione Pythagorica! Sed quem fugit, Pythagoreorum antiquiſſimorum decreta non ſolum propter ſuam obſcuritatem ambigua, ſed etiam propter varias doctiſſimorum hominum de iis ſententias admodum eſſe dubia; quare, ſi vel maiorem fiduciam in viribus meis ponerem, quam ſiue ſoleam ſiue debeam; tamen hic perturbarer, et mihi ipſe diffiderem. Quum tamen animus, deliberando, quem potiſſimum ducem mihi eligam, in varias trahatur partes, ſiue eruditionem eorum, qui de Pythagorae philoſophia expoſuerunt, ſiue acumen ingenii, ſiue famam meritorum, ſiue animi perſuaſionem atque aliter ſentientium reprehenſionem reſpiciam: nihil fere mihi reſtat, quam vt relictis ducibus ſolus incedam, et ipſe experiar, et, quod accidere ſolet iis, qui ſapientum conſilia reſpuunt, fortaſſe etiam damnum faciam. Sed antea audiendus eſt Vizzanius pag. 174. „quae ſingula hic ab Ocello prolata quanti ſint aeſtimanda, vel ex hoc vno cuilibet licet colligere, quod excelſa Ariſtotelis de iisdem dogmata inde firmiſſima traxerunt exordia; et licet in his ad vnitatem, dualitatem, figuras, et alia huiusmodi Pythagoreorum more, de quibus late *metaph. I. Sum.* 2. c. 3. [Met. I. c. 5.] non confugerit Ocellus, ſolidae fundamenta doctrinae in materia conſtituens, tamen quoad numerum ac naturam elementorum a praeceptoris placitis non defecit; et ille enim, Laërtio teſte, terram, aquam, aërem et ignem veluti quaedam elementa agnouit, per quae omnia ſe mutarent, quod inde dogma omnes Philoſophi ſunt amplexi, eos fere tantummodo ſi excipias, qui et nunc ad indiuiſibilia corpuſcula confugiunt, illius aſſeclae,

— — qui primus moenia mundi
Seminibus ſtruxit minimis, inque illa reſoluit,

quod placitum late recenſet Philoſophus *phyſ. I. t. 6. et ſqq. et* 1. *de ortu, t.* 1. *et* 7. *et alibi.*“ Haec Vizzanius. Sed quam vere, nunc quaeritur. *Ad vnitatem*

et dualitatem et omnino numeros non confugit. Si hoc nihil aliud fibi vult, quam Ocellum de his non differuiffe, nihil eft hac affirmatione certius; fin ea eft mens, Ocellum harum rerum nullam habuiffe rationem, in dubium vocari poffe videtur ifta enunciatio, et effici, vt aut ad negationem, aut, quod probabilius eft, ad ἐποχὴν adducamur.

Ariftoteles igitur, quem, poft acutiffimam Meinerfii vindicationem, in explicandis Pythagoreorum decretis praecipuum ducem omnes fequuntur, Metaph. I, c. 5. haec de iis dixit: τὰς τούτων (fc. τῶν μαθημάτων) ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν ἐῖναι πάντων· et poftea: τὰ τῶν ἀριθμῶν ϛοιχεῖα τῶν ὄντων ϛοιχεῖα πάντων ἐῖναι ὑπέλαβον.

Atque hic libenter concedo, parum probabilia afferre, qui numerorum difciplinam ad vexandos eos, qui ad fcholam Pythagoricam noui accederent, excogitatam effe arbitrentur; fed illud nondum potui cogitatione comprehendere, qui fieri potuerit, vt non vnus et alter homo, fed ordo multorum venerandus, non adolefcentulorum temerariorum manus, fed focietas hominum barbatorum, affirmare potuerit, coelum et terram, ignem et hominum animos, omnia omnino, quae funt atque fiunt, ita numeris conftare, ex iisque, tanquam ex fua materia, ita effe compofita, quemadmodum domus lapidibus, ligno et luto, aut corpora animantium carne, offibus et fanguine conftent. Scio equidem, quid a Cicerone in philofophos dictum fit, fed, vt taceam, id ipfum quale fit, et quam vere dicatur, nondum effe dubitatione fuperius; hoc moneo, neminem effe annumerandum Abderitis febricitantibus, antequam hoc fine iniuria fieri poffit; quare affentior Reinholdo, praeceptori meo, fere in eo, quod de *fenfu philofophico inueftigando* difputauit, (vid. Fuelleborns Beyträge zur Gefchichte der Philofophie Part. I. pag. 31. fqq.) dummodo caueamus, ne, quod Cicero de Nat. Deor. I. c. 16. in Chryfippo reprehendit, quem poëtarum fabellas ad ea, quae ipfe de diis dixe-

rat, accommodare voluiſſe ſcribit, *vt etiam veterrimi poëtae, qui haec ne ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe videantur,* id ipſum in nobis vituperari poſſit, quippe qui effecerimus, vt omnes antiqui philoſophi Kantiani fuiſſe, et quae aperte nec dixerunt nec viderunt, ea certe neſcio quo pacto, diuinati et ſuſpicati eſſe videantur; quod quidem paſſim factum eſſe ſcio, ſed quomodo accipere debeam neſcio. Immo vero non poſſum, quin etiam atque etiam affirmem, nec mixtam, vt perhibent, popularis philoſophiae rationem, nec magnam purae rationis, ſed turbidae dictionis obſcuritatem; nec Platonicam repraeſentandi facultatis ſolertiam; nec denique eorum philoſophiam, apud quos τὸ *Ego* aut non, aut noua ratione declinatur, ſed vehementer probatur, in eruendo *philoſophi ſenſu* eſſe ſequendam; non quod ea contemnam, quae a Kantio, a Reinholdo, a Fichtio ſubtiliter diſputata ſunt, ſed quia ad rem praeſentem non pertinent, in qua ita potius verſandum nobis eſſe videtur, vt accurata linguarum cognitione inſtructi, vniverſalis logicae praeceptis, quae nemo in dubium vocat, eruditi; diligenti auctoris, quem tractamus, ſtudio praediti, atque in omni interpretationis genere exercitati, omnia diligenter circumſpiciamus et examinemus, vt nobis appareat, qua vocularum et formularum ambiguitate deceptus, quo aliorum decreto male intellecto inductus, qua regula concludendi neglecta ſeductus; quibus ſophismatibus aduerſariorum irretitus, et vt ſe expediret coactus, quo ingenii vitio abreptus, qua denique inſtitutionis vitioſitate corruptus, eo peruenerit philoſophus, quo eum eſſe miremur; non vt adhibitis hisce ſubſidiis eum emendemus, et emendatam et explicatam rationem ipſi tanquam auctori tribuamus, et quae ipſe obſcure, confuſe et ſine concluſionum vera conſequentia cogitauit, ea arbitremur aut dicamus ab ipſo perſpicue, diſtincte et optimo ratiocinationum nexu eſſe cogitata; ſed vt *ipſi* intelligamus rationem, meliora nos edoctos eſſe gaudeamus, et quomodo deinceps philoſophia non ſolum *au-*

cta, ſed etiam *explicata* fuerit, hiſtorice teneamus. qua quidem methodo adhibita, cauebimus, ne aut philoſophorum antiquiſſimorum decreta abſurdiſſima nobis videantur; aut eorum nomine et loco philoſophemur; quae quidem aeque vitanda eſſe, quisque facile concedet. Neque enim recte moneri poteſt, propter mentis humanae, vt ita dicam, infantiam, et culturae defectum, et experientiae tenuitatem, homines ad abſurdiſſimas delabi potuiſſe ſententias; nam confundere diuerſa, male concludere, labi et errare ſpecie recti, puerorum eſt, et adoleſcentulorum, interdum etiam virorum et ſenum, ſed inſanire et quae ab omni ſana ratione ſeiuncta ſunt proferre, id mente captorum eſſe arbitror. Nec hoc vere dici poteſt, auctores iſtos veterrimos, quid ſibi voluerint, et quae ſit dictis eorum ſubiecta ſententia, ipſos neſciuiſſe; Nam ſi nos dicimus aliquid, quod parum intelligimus ipſi, mirum non eſt; legimus enim obſcura verba, et difficillima philoſophorum decreta; legimus, et quum non intelligamus, relegimus, atque rurſus legimus, quo facto ſi vel maxime lateat ſententia, notiſſima tamen fiunt verba. Quodſi iſta non ſolum ſine haeſitatione repetere notiſſima poſſumus, verum etiam ſimilia proferre, et quid inde conſequatur videre putamus: tandem nobis perſuademus nos intelligere, et ſcribimus etiam, quae nec ipſi intelligimus, nec alii poterunt intelligere. Sed hoc de antiquiſſimis philoſophis, de quibus nunc dicimus, dici nullo modo poteſt; quippe qui non in eo laborabant, vt, quid aliorum verba ſignificarent, *aſſequerentur;* ſed alio difficultatis genere preſſi in id incumbere debebant, vt ea, quae aut in animo ſuo, aut in rerum natura obſeruauerant, aliis *declararent.*

Hanc igitur explicandi rationem, fortaſſe viribus imparibus, ſecuturus ad Ariſtotelis explicationem accedam, ad quem rite intelligendum neceſſarium duco, vt vocularum hac de re adhibitarum poteſtates paullo diligentius excutiamus. Quod igitur primo ad voculam

lam ἀριθμὸς attinet, tenendum eſt, eam Ariſtotelis etiam aetate duplici ſignificatu, et eo quidem, vt videtur, vago, ſed ab Ariſtotele explicato, fuiſſe adhibitam; denotabat enim 1) numerum, i. e. numeratum, vel potius rerum numeratarum copiam certam et definitam, quo ſenſu nos quidem voculam *Anzahl* adhibemus; velut Herodotus Lib. II. c. 4. Graecorum calendarium atque Aegyptiorum comparans et de diebus intercalaribus differens, ſcripſit: Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τὰς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τῦ ἀριθμῦ. 2) id, *quo* numeramus; quod, quamuis etiam ambiguum ſit, et partim ciffras, partim nomina numeralia, partim etiam notionem his nominibus ſubiectam, indicare poſſit: tamen ne apud Ariſtotelem quidem diſtincte explicatum eſt. Ita enim de tempore differens Stagirita, ſcripſit: Phyſic. L. IV. c. 11. t. 102. ἀριθμὸς ἄρα τις ὁ χρόνος. ἐπεὶ δ᾽ ἀριθμός ἐστι διχῶς, (καὶ γὰρ τὸ ἀριθμούμενον καὶ τὸ ἀριθμητὸν ἀριθμὸν λέγομεν, καὶ ᾧ ἀριθμοῦμεν) ὁ δὲ χρόνος ἐστὶ τὸ ἀριθμούμενον καὶ οὐχ ᾧ ἀριθμοῦμεν. ἔστι δ᾽ ἕτερον, ᾧ ἀριθμοῦμεν, καὶ τὸ ἀριθμούμενον. Alio loco Ariſtoteles definitionem numeri attulit, ab aliis, fortaſſe a Pythagoreis, excogitatam, Met. VII. c. 13. p. 1332. A. ἀριθμὸς σύνθεσις μονάδων· quaerit nimirum ibi, quo ſenſu dici poſſit, δυάδα conſtare monadibus. et Metaph. IV. c. 2. p. 1266. E. ἔστι καὶ ἀριθμοῦ, ᾗ ἀριθμός, ἴδια πάθη, οἷον περιττότης, ἀρτιότης, συμμετρία, ἰσότης, ὑπεροχή, ἔλλειψις. καὶ ταῦτα καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ὑπάρχει τοῖς ἀριθμοῖς. quibus ex locis ſimul intelligimus, quaenam iſtarum ſignificationum fuerit vſitatior.

De vocabulo ἀρχὴ vero dubitari poteſt, vtrum eam Pythagoras, et Pythagorei antiquiſſimi adhibuerint. Pſeudo-Origenes Philoſophum, c. 6. pag. 885. A. Opp. Origenis, de *Anaximandro* monuit: οὗτος μὲν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον εἴρηκε τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον, πρῶτός τ᾽ οὔνομα καλέσας τῆς ἀρχῆς, quam quidem obſeruationem, ſi de vocabuli *inuentione* intelligatur, falſam eſſe, conſtat; in Homero enim legimus non ſolum: ἐξ ἀρχῆς,

ex multo inde tempore, Odyſſ. α, 188. β, 254. verum inuenimus etiam ita adhibitum, vt *cauſſam* ſignificet; nam de raptu Helenae, et opum abductione dicitur: ἥ τ᾽ ἔπλετο νείκεος ἀρχή, Iliad. χ, 116. Sed ſi ita accipiatur, quemadmodum ſane eam accipi voluit auctor: hoc vocabulum ad philoſophiam et phyſicam ab eo eſſe translatum, non habeo, quod contra dicam: et quamuis non propterea, quod ſcriptor iſte hoc affirmauit, id quoque credam, eiusque rei patrocinium ſuſcipiendum putem: tamen arbitror, ſuſpenſo pede incedendum, et, quod dixi, dubitandum eſſe. Fieri enim potuit, immo factum eſt, vt Pythagorei eius loco metaphoricas adhiberent voculas, velut παγά, ῥίζωμα, cf. Aurea carm. vſ. 47. ſq. vbi vid. Harles. in Anthol. Graeca, coll. Plutarch. de decretis philoſſ. I, 3, 18. deinde πατὴρ, μήτηρ, aut etiam γένεσις, quae apud Homerum habetur: Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν etc. Sed quocunque demum modo haec res ſe habeat: hoc conſtat, Ariſtotelem in recenſendis Pythagoreorum decretis hac vocula vſum eſſe, eamque ex ipſo Ariſtotele eſſe explicandam. Metaph. V. c. 1. et 2. igitur, quum vberius de hac vocula expoſuiſſet, ita pergit: ἰσαχῶς καὶ τὰ αἴτια λέγεται, πάντα γὰρ αἴτια ἀρχαί. πασῶν μὲν οὖν κοινὸν τῶν ἀρχῶν, τὸ πρῶτον εἶναι, ὅθεν ἢ ἔστιν, ἢ γίνεται, ἢ γινώσκεται· τούτων δὲ αἱ μὲν ἐνυπάρχουσαί εἰσιν, αἱ δὲ ἐκτός· διὸ ἥ τε φύσις ἀρχὴ καὶ τὸ στοιχεῖον, καὶ διάνοια, καὶ ἡ προαίρεσις, καὶ οὐσία καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. — c. 2. Αἴτιον δὲ λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος, οἷον ὁ χαλκὸς τοῦ ἀνδριάντος, καὶ ὁ ἄργυρος τῆς φιάλης, καὶ τὰ τούτων γένη· ἄλλον δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, καὶ τὰ τούτων γένη· οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἕν, (num: ἐξ) καὶ ὅλως ὁ ἀριθμὸς, καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ. ἔτι ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη, ἢ τῆς ἠρεμήσεως. — ἔτι ὡς τὸ τέλος. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα. Quo igitur ſenſu Pythagoras numeros dixit eſſe rerum initia? Reſponſuri ad hanc quaeſtionem memores ſimus, quem philoſophum interpretemur; qua aetate vixerit; quae poſt eum et ante Ariſtotelem de rerum principiis diſputata ſint. Ionici philoſophi antiqui

potiſſimum ad *materiam* animum applicauerant; Anaxagoras praeter materiam, *cauſſam efficientem*, mentem diuinam, philoſophos docuerat; Socrates in primis ad *cauſſas finales* attendere ſapientiae ſtudioſos iuſſerat; non quod reliqua cauſſarum genera prorſus ignorarent, ſed quod partim confuſe eas cogitarent; partim cogitationem deinceps explicarent, et cauſſarum genera diſerte diſtinguerent; quae autem diſciplina inprimis effecit, vt ſecundum ἀρχῶν genus explicaretur, quod ἐν τῷ τι ἦν εἶναι, in exemplaribus iſtis cernitur? Sine dubio Pythagorica. Sed quum Pythagoras aequalis fere eſſet Ionicorum, credibile non eſt, ſatis explicatam apud eum fuiſſe huius rei cogitationem; quare ſtatui non poteſt, vnam harum ſignificationum *diſtincte* et vnice ab eo eſſe conceptam, reliquas vero *diſerte* excluſas; probabile potius eſt, Samium Philoſophum, licet ingenio eſſet paene diuino, tamen propter incredibilem notionum in ſermonis conſuetudine a philoſophiae lumine nondum illuſtrata confuſionem, varia quoque cauſſarum genera vage cogitauiſſe, et non ita, vt par eſt, diſtinxiſſe. Sed qua ex parte rem potiſſimum cepit? quid ſecutus eſt prae reliquis? quaenam harum ſignificationum in mente ipſi fuit, et, vt ita dicam, mentem eius ita occupauit, vt ſua luce reliquas eodem modo obſcuraret, quo ſtellas ſcimus interdiu a ſole quaſi exſtingui? Sine dubio ſecunda iſta ſignificatio, qua ἀρχὴ quoque indicat formam, τὸ εἶδος, τὸ παράδειγμα. Quod, quum ex vno Ariſtotelis loco ſtatim adducto coniiciat aliquis, in quo auctor ad ſecundi generis illuſtrationem numeros diſerte adduxit: multo magis apparebit, ſi reliqua Ariſtotelis loca, ſi Platonicam rationem, ſi alia denique recentiorum auctorum teſtimonia collegeris, diligenterque inter ſe comparaueris. Mihi quidem, ad Ocelli comparationem haec omnia quaerenti, non licet eſſe tam prolixo; ea tamen afferenda ſunt, quae partim ad illuſtrationem, partim ad demonſtrationem pertinent. Pythagoreos igitur ſecundum cauſſarum genus, ab Ariſtotele diſtincte explicatum, prae reliquis in mente

habuisse, id apparere mihi videtur, 1) ex ordine dissertationis Aristotelicae, in qua Pythagorei separantur ab iis, qui τὰς ἐν ὕλης εἴδει ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων· de his enim philosophis primis, in quorum numero Thales, Anaximenes, Diogenes, Hippasus, Heraclitus, Empedocles, Anaxagoras etiam, *quatenus* ὁμοιομερῆ στοιχεῖα attulit, ponuntur, Aristoteles dixit Met. I. c. 3. quo loco tam caute versatus est, vt ne Anaximandrum quidem, qui τὸ ἄπειρον initium esse dixerat, afferret; varia disputatione interiecta, vbi de iis quoque egit, qui caussam efficientem materiae adiicerent, tandem cap. 5. de Pythagoreis exposuit. Qua ex re facile et recte colligi posse videtur, Aristotele etiam auctore, voculam ἀρχὴν, quando a Pythagoreis numeri dicuntur ἀρχαὶ τῶν ὄντων, aliud significare, quam quum aqua Thaletis, aut aër Anaximenis, aut ignis Heracliti et Hippasi, aut quatuor elementa Empedoclis, aut homoeomeriae Anaxagorae tanquam rerum principia afferuntur; ideoque non *ita* de *materia* cogitandum esse; multo apertius vero id, quod proposui, elucet 2) ex eo, quod loco ἀρχῆς apud Aristotelem hac in re passim vocula οὐσία adhibetur. Vid. Met. III. c. I. p. 1251. C. quaerit, πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων ἔλεγον, οὐχ ἕτερόν τι ἐστὶν, ἀλλ' οὐσία τῶν ὄντων, ἢ οὔ. cf. Met. X. c. 2. pag. 1359. C. et inprimis Met. I. c. 5. pag. 1235. D. διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν τῶν πραγμάτων. 3) ex ea ratione, quam in explicanda rerum natura Pythagorei secuti sunt. Plutarch. de decret. Philoss. I. c. 3. §. 19. καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, (φησὶν) ἐκ τετράδος σύγκειται· εἶναι γὰρ νοῦν, ἐπιστήμην, δόξαν, αἴσθησιν, ἐξ ὧν πᾶσα τέχνη, καὶ ἐπιστήμη, καὶ αὐτοὶ λογικοὶ ἐσμέν. Animam igitur quum quaternario constare affirmarent, nihil aliud sibi voluerunt, quam animam constare *quatuor rebus*, seu viribus et facultatibus insuper afferendis, e sola definitione non cognoscendis, quaternarium vero numerum in caussa esse, cur animae τὸ εἶναι et οὐσία tribuatur. Sed erunt, qui Plutarchi vel auctoris huius testimonium, cui ipse parum tribuo, reiiciant. Eandem vero rem ex Aristotele

possum confirmare. Metaph. I. c. 5. pag. 1233. τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν ἁρμονίαν εἶναι καὶ ἀριθμόν, καὶ ὅσα εἶχον ὁμολογούμενα δεικνύναι, ἔν τε τοῖς ἀριθμοῖς καὶ ταῖς ἁρμονίαις πρὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ πάθη καὶ μέρη, καὶ πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν, ταῦτα συνάγοντες ἐφήρμοττον, κἄν εἴ τί που πολὺ διέλιπεν, προσεγλίχοντο τοῦ συνηρμοσμένην πᾶσιν αὐτοῖς εἶναι τὴν πραγματείαν. λέγω δ᾽ οἷον, ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν, καὶ τὰ φερόμενα κατὰ τὸν οὐρανὸν δέκα μὲν εἶναί φασιν· ὄντων δὲ ἐννέα μόνον τῶν φανερῶν, διὰ τοῦτο δεκάτην τὴν ἀντίχθονα ποιοῦσι. Vnde satis apparet, coelum decade constare, nihil aliud esse, quam decem constare *corporibus*. Id ipsum discimus e Lib. I. de Coelo, c. 1. t. 2. καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται, τελευτὴ γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχή, τὸν ἀριθμὸν ἔχει τοῦ παντὸς, ταῦτα δὲ τὸν τῆς τριάδος. 4) quarta ratio, vnde apparet, Pythagoreos ex quatuor caussarum generibus, ab Aristotele distinctis, οὐσίαν, τὸ εἶδος, *potissimum* in mente habuisse, posita est in cognatione Pythagoricae et Platonicae rationis. Sequor hac in re potissimum Aristotelem, cui in rebus Pythagoricis plurimum tribuimus, cui etiam Platonis decreta, quem non solum legerat, verum etiam viginti annos audiverat, optime innotuerunt; atque hic de Platone disserens Met. I, 5. p. 1236. B. scripsit: οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ᾽ αἰσθητὰ περὶ τὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα· κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσι· τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα μόνον μετέβαλε· οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μίμησιν τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν. Πλάτων δὲ μέθεξιν, τοὔνομα μεταβαλών. — τὸ μέντοιγε ἓν ὡς οὐσίαν εἶναι καὶ μὴ ἕτερόν τι τὸ ὂν λέγεσθαι εἶναι, παραπλησίως τοῖς Πυθαγορείοις ἔλεγε, καὶ τὸ τοὺς ἀριθμοὺς αἰτίους εἶναι τοῖς ἄλλοις τῆς οὐσίας, ὡσαύτως ἐκείνοις. Quamuis autem Aristoteles deinceps moneat, discrimen inter Platonem et Pythagoreos quoque in eo esse, quod Plato τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ αἰσθητὰ, οἱ δ᾽ ἀριθμοὺς εἶναί φασιν αὐτὰ τὰ πράγματα, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεταξὺ τούτων οὐ τιθέασι; tamen (quum

facile appareat, Pythagoreos propter notionem confusam et parum explicatam ita locutos esse, vt Platoni de his decretis bene merendi occasio relinqueretur) nemo non videbit, qua ex parte Pythagoreorum decreta accipere debeat. Plato affirmauit, vnamquamque rem eam esse, quae est, et vnicuique rei τὸ εἶναι et ἐσίαν tribui posse propter idearum παρουσίαν· Pythagorei id ipsum; nisi quod idearum loco ponerent numeros. Atque haec ratio egregie confirmatur Sexti Empirici testimoniis Hypot. III. c. 18. §. 154. sq. Adu. Math. X. §. 276. sqq. Sed contra ea, quae adhuc de mente Pythagoreorum disputaui, si quid aliud, hoc in primis moneri potest, quod idem Aristoteles monuit, Pythagoreos numeros considerasse tanquam στοιχεῖα καὶ ὕλην τοῖς ἐσι, Met. I, 5. eosque reprehendit, quod non docuerint, quomodo e numeris pondere carentibus corpora potuerint componi et constare pondus habentia, Met. XIII. c. 8. XIV. c. 3. Sed hanc obiectionem non magni esse momenti, ita, opinor, apparebit, si loca praecipua considerauerimus integra. Met. I. c. 5. pag. 1233. D. φαίνονται δὲ καὶ ἔτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι καὶ ὡς ὕλην τοῖς ἐσι, καὶ ὡς πάθη τε καὶ ἕξεις. Dixit φαίνονται. Quamuis autem haec vocula a Graecis et in primis ab Aristotele non ita adhibeatur, vt dubitationem auctoris inferat, qui significare voluerit, sibi *tantum* hoc videri, et prope a falso abesse: tamen ipso Aristotele teste, quem hic explicamus, non adhibetur de rebus *euidentibus*. vid. de Anim. III. c. 3. t. 156. ἔπειτα ἐδὲ λέγομεν, ὅταν ἐνεργῶμεν ἀκριβῶς περὶ τὸ αἰσθητὸν, ὅτι φαίνεται ἡμῖν τἕτο ἄνθρωπος, ἀλλὰ μᾶλλον, ὅταν μὴ ἐναργῶς αἰσθανώμεθα. Quod si cui nondum satis probetur, is perpendat, quaeso, quae Met. I. 5. p. 1234. B. leguntur: ἐοίκασι δὲ ὡς ἐν ὕλης εἴδει τὰ στοιχεῖα τάττειν, atque ita non dubitabit, quin aliter scripturus fuisset Aristoteles, si sententia ista, quae numeros tanquam *materiam* rerum accipere iubet, *perspicue et distincte* in Pythagoreorum commentariis perscripta fuisset. His accedit, quod Aristoteles de Platone, quem nemo, nostra prae-

ſertim aetate, arbitrabitur affirmaſſe, ideas eſſe rerum materiam, eodem fere modo locutus eſt, Met. I. c. 6. p. 1236. C. ἐπεὶ δ' αἴτια τὰ εἴδη τοῖς ἄλλοις, τὰ ἐκείνων στοιχεῖα πάντων ᾠήθη τῶν ὄντων εἶναι στοιχεῖα. Quibus ex rebus omnibus efficitur hoc, quod ſupra iam propoſui, nunc vero, praemiſſis rationibus et locis, magis perſpicue dici poteſt, nimirum: Pythagorei antiquiſſimi, quorum rationem Ariſtoteles nobis expoſuit, quum inveſtigarent rerum ἀρχὰς et οὐσίαν, (h. e. id, quod manet in rebus, et conſtans eſt, nec mutatur; de quo, pro vario tempore, non dicendum eſt: ἔσεται, ἦν, ἐστὶ, cui potius τὸ εἶναι in praeſenti tempore conſtanter ſine erroris periculo tribui poteſt): numeros et numerorum ἀρχὰς rerum dixerunt cauſſas et initia; quia in numeris non ſolum iſtam conſtantiam et neceſſitatem, ſed etiam ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι (Met. I, 5. init.) deprehendebant. Itaque dicturi, *quid* quaeque res ſit, ad numeros confugiebant, et ad rerum omnino omnium definitiones numeros et numerorum πάθη adhibebant (Met. I, 5. fin. Magn. Mor. I. c. 1.), atque quum numeros rerum eſſentiam dicerent, fere idem ſibi voluerunt, quod nos, quando eſſentiam vniuscuiusque conceptus communis, qui ſuperiori ſubiectus eſt generi, ponimus in genere proximo et differentia ſpecifica. Quemadmodum enim nos, quum eſſentiam conceptus *hominis* conſtare dicimus genere proximo et differentia ſpecifica, non ita hoc accipi volumus, ac ſi hae res ſint *notiones* et *materia* (Inhalt) conceptus, et quaſi quidquid his rebus conſtet, id etiam conceptum de homine eſſe putemus; ſed *formam* potius, (id quod in cauſſa eſt, cur hic conceptus, conceptus communis, non ſupremus, dici debeat) in eo ponimus, qua quidem conſiderata intelligamus, *quae ſit materia colligenda et in rei definitione exprimenda:* ita fere Pythagorei in numeris non rerum materiam inueniebant, ſed id potius, propter quod rebus omnibus τὸ εἶναι tribuatur; quod in explicandis et addiſcendis rebus omnibus ſequendum ſit; vt, quando effecerant, rem tetrade aut decade conſtare, quatuor aut decem facul-

tates aut corpora colligere et conquirere ſtuderent, quibus res tanquam e ſua materia conſtet; quarum rerum quaeque *per ſe* monas eſſet, et a monadis imitatione et ſimilitudine eſſentiam (τὸ εἶναι) accipiat, quae vero *coniunctae*, eam rem conſtituant, quae ex iis dicitur conſtare *). Tota igitur haec de numeris quaeſtio, ſi ad recentiora decreta, velut Ariſtotelica, examinaueris, non phyſica erat, ſed metaphyſica, non tam motum rerum ſpectabat, quam τὸ εἶναι, quare Ariſtoteles etiam non in phyſicis, ſed in metaphyſicis libris eam expoſuit. — Sed, quum iſta aetate nondum explicata eſſent et diſtincta varia cauſſarum genera, et variae quaeſtiones de rerum initiis nondum eſſent ſeiunctae et ſeparatae; quumque non eſſet vnius hominis et ſectae, omnia haec et inuenire, et diſtincte explicare: accidit, vt varia confunderent, parum diſtincte concepta parum diſtincte eloquerentur; et res ipſas numeros dicerent. Confuderant enim formam ſeu genus cum materia ſeu re generi ſubiecta, et quae generis ipſius erat eſſentia, eandem rebus generi ſubiectis tribuerant. Vid. Ariſtot. Met. I, 5. fine: καὶ περὶ τοῦ τί ἐστιν ἤρξαντο μὲν λέγειν καὶ ὁρίζεσθαι, λίαν δ' ἁπλῶς ἐπραγματεύθησαν, ὡρίζοντό τε γὰρ ἐπιπολαίως, καὶ ὁ [leg: ᾧ] πρώτῳ ὑπάρξειεν ὁ λεχθεὶς ὅρος, τοῦτ' εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἐνόμισαν, ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο ταὐτὸν εἶναι διπλάσιον καὶ τὴν δυάδα, διότι πρῶτον ὑπάρχει τοῖς δυσὶν τὸ διπλάσιον. ἀλλ' οὐ ταὐτὸν ἴσως ἐστὶ τὸ εἶναι διπλασίῳ, καὶ δυάδι. εἰ δὲ μὴ πολλὰ τὸ ἓν ἔσται, ὃ κἀκείνοις συνέβαινε. Eadem rerum confuſione adducti ſunt, vt coelum dicerent conſtare numeris; ſol nimirum vnus eſt, (μονὰς, οὐ μοναδική)

*) Dicimus in arithmeticis, quadratum numerum *conſtare* ex ($a^2 + 2ab + b^2$) et cubum ex ($a^3 + 3a^2b + 3ab^2 + b^3$) non quod quadratum aut cubum alicuius numeri, (velut 1296) his ipſis rebus conſtare, ex iisque compoſitum eſſe putemus; ſed quod iſti numeri (velut 36X36. ſeu 900. + 360. + 36.) ex quibus iſte compoſitus eſt, his nominibus et ſignis *omnino* indicari poſſunt. Hinc ſimul apparebit, cur Pythagorei numeros pro *materia* videbantur habuiſſe.

luna monas, etc. coelum decem conſtat eiusmodi monadibus, i. e. corporibus, quorum quodque per ſe vnum recte dici poteſt, et cuius *eſſe* ab eo pendet, quod monas eſt; quumque nouem tantum eiusmodi monades in coelo conſpicerent, decimam excogitarunt. Itaque corpora numeris ſubiecta et numerabilia numeros dixerunt, (quae ambiguitas in ſermonis conſuetudine fuit et ad Ariſtotelem vsque manſit,) atque ita effecerunt, vt numeros viderentur pro materia adhibere; non quod *duplici* ſignificatu voculam accipi voluerint, vt ſignificaret 1) τὸ εἶδος et 2) materiam; et ſi quis eos, explicatis variis cauſſarum generibus, interrogaſſet, vtrum *hoc ſenſu* numeri *materia* ſint rerum, id fuiſſent affirmaturi et defenſuri; ſed quod *vago* ſignificatu voculam adhibuerunt, hac de re non cogitarunt, obſcure locuti ſunt, atque ita Ariſtoteli, non quid dicere *debuiſſent*, ſed quid *dixerant*, conſideranti, iuſtae praebuerunt reprehenſionis materiam. Quid igitur Ariſtoteles? num reprehendendus, quod male intellexerit? Minime. Quid rei philoſophicae hiſtoricus? num in compendio ſuo monebit: Pythagorei numeros habuerunt pro rerum forma, et quid quaeque res ſit, id numeris exprimi et in genere declarari poſſe putarunt, pro rerum materia numeros non habuerunt? Minime, hoc Pythagorei non ſtatuerunt, ſed ſtatuere *debuiſſent*, et fortaſſe etiam *affirmaturi fuiſſent*, ſi ad lucidam explicationem et diſtinctas notiones peruenire potuiſſent. Quid igitur? num affirmabit, materiam rerum a numeris eſſe repetitam ex iisque explicatam? neceſſe eſt enim, ſit alterum de duobus, vt numeros materiam *aut* eſſe *aut* non eſſe affirmarent; immo datur tertium, vt haec non diſtincte quaererent; quare hiſtoricus neutram iis ſententiam tribuet, ſed *eorum verbis*, quoad eius fieri poterit, *adhibitis*, ſententiam eorum *exponet*, et quum *iudicat*, negabit, Pythagoreos haec diſtincte explicaſſe, ſed hoc atque illud potiſſimum ſecutos eſſe; ſi quis vero eos vehementer reprehendendos et mente captos arbitretur, docebit: non abſurditatis, ſed obſcuritatis et

confuſionis eos eſſe accuſandos; immo vero laudandos, quippe qui philoſophiae adiumenta attulerint; obſeruabit, quidquid ex obſcuris et confuſis notionibus affirmetur, id, ſimulac notiones fuerint explicatae, aut ex parte aut totum ſaepe a ſana ratione remotum et ſeiunctum videri; ad hanc notionum obſcurarum explicationem magis dilucidam fere omnes philoſophiae ab experientia remotae, et in ſolis notionibus occupatae progreſſus videri referendos; inde etiam apparere, qui fiat, vt rationum et diſciplinarum recens inuentarum ὁμοιώματα in ſyſtematibus anteceſſorum reperiantur, atque ex hac de Pythagoreis quaeſtione ſimul apparere, cur Eleatici philoſophi eam philoſophandi rationem tenuerint, quam in iis deprehendimus. Quum enim vix credibile ſit, eos, qui locorum vicinitate cum clariſſimo Pythagoreorum foedere quaſi vna viuerent, prorſus nullam accepiſſe Pythagoricae diſciplinae notitiam; quumque Pythagoras ad ȣσίαν rerum inueſtigandam animum potiſſimum aduertiſſet, ac philoſophandi genus non ad phaenomenorum euidentiam, ſed ad notionum conſtantiam inueniſſet et in medium attuliſſet: id apparet, quod eos adduxiſſe videtur, vt notionem ȣσίας ſeu τȣ̃ ἐιναι et τȣ̃ ὄντος magis vrgerent; confuſisque variis τȣ̃ ἐιναι ſignificationibus ab Ariſtotele ſeparatis ea decreta afferrent, quae, niſi temporis et auctorum et ſtatus philoſophiae rationem habeamus, opinionum portenta et ab omni ratione aliena eſſe videntur.

Diuerſas Pythagoreorum de numeris ipſis opiniones hic nec curabo nec latius perſequar, quum ad praeſentem cauſſam non pertineant; nec qua in re mea expoſitio a Meinerſii, Tidemanni, Buhlii expoſitionibus recedat, amplius exponam, quum hoc vltro appareat diligenter comparantibus, et expoſitio ipſa ſine multorum verborum ambagibus non poſſit fieri.

Quorſum haec tam multa de Pythagoreis et numeris? quia profecto apparet, non ſine magna cautione

iudicandum esse, quando quaerimus, vtrum numerorum ratio ab Ocello plane fuerit aliena. Quum enim quaestio de numeris *metaphysica* esset, et ad τὸ εἶναι pertineret; Ocellus vero in *physicis* rebus versaretur: fieri facile potuit, vt, licet numerorum doctrinae ipse faueret, nullam tamen eius mentionem faceret, ne inepto loco et in aliena quaestione eam inculcasse videatur. Et sane numerauit omnia, *tria* debent ad generationem adesse, materia, contrarietates, corpora prima; *quatuor* sunt contrarietates primariae; *quatuor* prima corpora; *quaternarius numerus quater repetitus* dabit omnem sedecim contrarietatum numerum; *tria* sunt mutationis genera. Sed licet haec numerorum ὁμοιώματα in oculos incurrant: res tamen dubia mihi videtur. Si ab Ocello discrimen metaphysicae et physicae quaestionis tam distincte conceptum fuisset, quam post Aristotelem hoc fieri potuisset, sed diu factum non est. probabilior sententia mihi videretur; quum vero hoc discrimen antea sentiri quidem potuit, sed tam accurate seruatum non est: ne Ocellus quidem ab omni numerorum mentione, si eos probasset, se abstinuisse videtur; quare magis inclino ad eorum sententiam, qui aut negent, numeros ab eo esse probatos, aut ἐποχὴν commendent. Hoc tamen liceat nunc ponere, quod alibi (Diss. crit. §. 7.) docui, numerorum doctrinam non fuisse prorsus necessariam, vt aliquis a veteribus Pythagorei nomine vocaretur. cf. Arist. de Coelo I, 1. t. 16.

§. 22.

1. Quum Ocellus hactenus plura disputasset non solum de aeternitate mundi, c. 1. verum etiam de generatione et interitu in mundo: nunc haec omnia, quae discrepantia et inter se pugnantia videri poterant, quodam annotationis vinculo coniunxit, monuitque: et caussam generationis, et id, quod mutatur et generationem admittit, *simul*, sine successione aliqua, adesse debere.

2. τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν) Generationis caussa posita extra mundi partem generationi ob-

noxiam; intelligit nimirum partem mundi ſupra lunam. cf. §. 2. Dictionis ratio explicari poſſe videtur ex metaphoris hac de re a Pythagoreis adhibitis, qui de *patre* et *matre* loquebantur, et ἀπογεννάματα τȣτων afferebant. τὸ ποιȣν ἐν ἑτέρῳ τὴν γέν. eſt *pater*; τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ *mater*.

3. τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ) Quod in ſe ipſo generet, recte dixit, vt cum reliqua ratione conſentiat. Mutationes enim et generationes efficiuntur contrarietatum in inferiori parte mundi poſitarum auxilio; quare etiam haec in ſe continet generationis cauſſas, a ſuperiore parte tamen, tanquam a patre, movendas.

4. δεῖ συνυπεῖναι ἀλλήλοις) Non ſolum inferior pars adeſſe debet, vt adſit, quod generationi ſe praebeat, verum etiam ſuperior pars, quippe in qua generationis cauſſa primaria et prima ſita eſt. Ita ego locum accipio; ſed Vizzanius, qui hic diuiſionem cauſſarum et varia cauſſarum genera deprehendit, hunc in modum diſputauit pag. 177. „auctor obſeruat, duo principia rei effectiua eſſe conſtituenda, prius, quod in alio, alterum, quod in ſe ipſo generet, et duo haec conuenire, vt res oriantur, cuius poſitionis ex eo rationem deducit, quod vniuerſum ortus et interitus incapax eſſe arbitratur. Duo hic diligens perquiret lector, quid ſcilicet rei habeat duplex hoc principium cum aeternitate vniuerſi; et praeterea quid auctor re vera per illos terminos *generans in alio*, et *in ſe ipſo* expreſſerit. Auctoris mentem diuerſam non crediderim ab illo placito, quod per philoſophorum ora circumfertur, in vnaquaque re progignenda duo efficientia principia exigi, quorum alterum prius ſit, et vniverſale, nempe coelum: alterum vero poſterius ſit, et proprium, quod cum ente, quod progignitur, quandam exercet ſimilitudinem: illud ideo requiritur, quia omnis motus a primo dependet, vt late *phyſ.* 8. probatur: hoc vero neceſſarium eſt, vt illa vniuerſalis virtus ex ſe indeterminata, per vim ſecundae cauſſae

coarctetur, vt hunc vel illum effectum determinate producat: quod refpiciens Ariftoteles dicebat, in omni natura adeffe aliquid, quod peculiaris materiae, et aliud, quod propriae effectricis cauffae munia gereret, 3. *de an.* 17. et certae fpeciei ens ex certo, ac determinato femine prodire, 2 *phyf.* 45. quaelibet entia ab ente fibi vniuoco quodammodo produci; fiue in iis verfaremur, quae naturae beneficio, fiue quae artis induftria progignerentur, 7. *met.* 30. [c. 9.] et id Ocellum etiam fentire ex feq. latius apparebit. Quum igitur haec duo principia veluti neceffaria ftatuantur, vt ortus rerum contingat, coeleftis concurfus cauffam auctor in vniuerfi aeternitatem reiicit: ac fi diceret, fi vniuerfum eft aeternum, oportebit et generationes effe aeternas, quum ab his aeternitas vniuerfi conferuetur, vt *fup. c. p.* dicebatur: quare ad illas neceffario concurrat coelefte aliquod principium, quod aeternitatis particeps huiusmodi aeternitatem et ipfi tribuat generationi, cuius beneficio excitata inferiora agentia velvt illius virtutem contrahentia, ortui perennitatem conferant, vt horum ope generatio et illius praefidio generationis perpetuitas prodeat: ideoque obferuandum, auctorem non deduxiffe ex vniuerfi aeternitate praedicti vtriusque agentis neceffitatem, cum illa enim nil rei habet particulare agens, fed inde potius coitum vtriusque agentis, ac mutuum concurfum eruiffe: et fi haec arrideat expofitio, eam elegantiffime munitam peripateticis dogmatibus inueniet vnusquisque penes Ariftotelem 2 *de Gen.* 55. *et* 57. neceffarium vero fuperioris cauffae cum inferiori effe concurfum, vt res progignantur, idem docuit expreffe *meteor.* I, c. 2. vulgatum illud, ac celebre proponens axioma de mundo inferiori: ἔστι δ᾽ ἐξ ἀνάγκης συνεχὴς πως οὗτος ταῖς ἄνω φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν." Haec ille; ego vero fateor, parum mihi arridere hanc expofitionem; funt enim ex Ariftotele illata in textum, quae in eo fine Ariftotele nemo videbit. Neque vero Ocellus ex aeternitate mundi deducere et docere voluit, duplex adeffe debere genus cauffarum, fed po-

tius, duplex cauſſarum genus, quod adſit, *ſimul adeſſe* debere. vid. obſeru. 1. Caeterum Vizzanius quoque monuit, Ocellum in duplici cauſſa, effectrice et paſſiua, conſtituenda Pythagorae decreta ſecutum eſſe; innuitque Stobaei locum Ecl. Phyſ. I. c. 13. p. 27. *σπεύδει δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον καὶ ἴδιον, ὅπερ ἐςὶ ἐρανὸς ὁ θεὸς, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ παθητικόν τε καὶ ἴδιον, ὅπερ ἐςὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος.*

5. *σύνεγγυς δὲ μᾶλλον*) Recenſere incipit auctor ea, quae vim generandi exſerant, et ita prius quodque ponit, vt id plurimum confert ad generationem, et proximum eſt. Vocula *σύνεγγυς* paſſim vſus eſt Ariſtoteles, eandemque legimus apud Plutarchum de aud. poët. VII, 3.

6. *κατά τε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους* etc.) Multo veriora haec eſſe iis, quae Heraclito tribuuntur apud Diog. Laërt. IX, 11. quisque intelligit. Locus vero non ita intelligendus, quaſi ſol per acceſſus et receſſus propior ſit; vt cepit Vizzanius; ſed quod per acceſſus et receſſus mutationes iſtas ſol propior efficiat. Bene autem attulit Vizzanius Ariſtot. de Gener. et Corr. II. t. 57. Phyſ. II. t. 26. Phyſ. VII. t. 10. ſqq. Quid ſit *πρὸς λόγον*, intelligimus ex Cleomede *περὶ κυκλικῆς θεωρίας* L. I, qui de circulis aequatori parallelis diſſerens ſcripſit: *ὥςε οἱ μὲν ἀπὸ τέτων [τῶν πόλων] ἀεὶ πρὸς τὸν ἰσημερινὸν ἰόντων γραφόμενοι μείζους πρὸς λόγον τῆς ἀπὸ τῶν πόλων ἀποςάσεως γενήσονται. οἱ δὲ ἀπὸ τῦ ἰσημερινῦ ὡς πρὸς τὺς πόλους μικρότεροι πρὸς λόγον τῆς ἀποςάσεως.* Nogarola Ocelli locum vertit: *ſol ipſe, qui appulſu ſuo et abſceſſu aërem continenter immutat, et variat, vt eundem modo frigidum reddat, modo calidum.* Vizzanius in paraphraſi: *ſol, qui modo accedens, modo recedens, diuerſos caloris et frigoris gradus aëri imprimit.* Battaeſius: *et ſur-tout le ſoleil, qui ſ'approchant et s'éloignant tour-à-tour, change continuellement l'air, par alternative du froid et du chaud.* D'Argenſius: *le ſoleil — fait le changement continuel de l'air ſelon la force du froid et du*

chaud. Verte: *ſecundum rationem ſeu proportionem caloris et frigoris.* Sed Ocellus obſcurius locutus eſt. θερμασία ab Ariſtotele explicatur, per ὑπερβολὴ τῆς θερμότητος. vid. Bud. Comm. Gr. Ling. pag. 403. legitur haec vocula etiam apud Diog. Laërt. X, 93.

7. ᾧ συνεπακολουθεῖ) Quam aëris mutationem ſequitur terrae mutatio. Eleganter hoc exponitur a Lactantio, Inſt. diu. L. II, c. 5. §. 21. *Sed vt diei ac noctis vices eſſent, moueri ea voluit, et tam varie moueri, vt non modo lucis ac tenebrarum mutuae viciſſitudines fierent, quibus laboris et quietis alterna ſpatia conſtarent; ſed etiam frigoris et caloris, vt diuerſorum temporum vis ac poteſtas vel generandis vel maturandis frugibus conueniret.* Verbum συνεπακολουθεῖν legitur apud Platon. Phaedon. Tom. I. pag. 186. Bip.

§. 23.

1. ἡ λόξωσις τῶν ζωδίων) Videbatur hoc explicari poſſe per ἓν διὰ δυοῖν, obliquitas ſigniferi circuli, pro *circulo ſignifero obliquo.* cf. Auctor de Mundo, c. 2. atque ita accepiſſe videtur Nogarola, quum verteret: *Orbis etiam ſignifer, qui obliquus eſt, ad ſolis motum maxime confert.* His admiſſis, ſenſus loci et cohaerentia foret: Non ſolus ſol, ſed etiam ſuperior mundi et coeli pars confert aliquid ad generationem. Sol quidem propior plura et maiora facit; haud ſpernenda tamen eſt partium vniuerſi magis remotarum efficacia. Atque ita auctor ab inferiori regione mihi videbatur ad ſuperiora adſcendere; ſed vt reiiciendam putem hanc expoſitionem, Ariſtoteles effecit, qui ipſam λοξότητα tanquam cauſſam affert; quem vide de Gen. et Corr. II. c. X. t. 56. ſq. διὸ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία ἐστὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον, et poſtea: τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἡ τοῦ ὅλου φορὰ αἰτία, τοῦ δὲ προσιέναι καὶ ἀπιέναι ἡ ἔγκλισις. Locum attulit Vizzanius. Equidem addo Metaph. XII. c. 5. ὥσπερ ἀνθρώπου αἴτιον τά τε στοιχεῖα πῦρ καὶ γῆ, ὡς ὕλη, τὸ ἴδιον εἶδος, καὶ εἴ τι

ἄλλο ἔξω, οἷον ὁ πατήρ. καὶ παρὰ ταῦτα ὁ ἥλιος καὶ ὁ λοξὸς κύκλος, οὔτε ὕλη ὄντα, οὔτε στέρησις, οὔτε ὁμοειδὲς, ἀλλὰ κινοῦντα. Conf. Eudoxi ſententia apud Ariſt. Met. XII. 8. pag. 1399. D. De Zodiaco vero ipſo ita ſcripſit Cleomedes L. I. *ἔστι δὲ ὁ ζωδιακὸς κύκλος λοξὸς, διά τε τοῦ τροπικοῦ καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ βεβλημένος, καὶ ἑκατέρου μὲν τῶν τροπικῶν καθ᾽ ἓν ψαύων σημεῖον, τὸν δὲ ἰσημερινὸν εἰς δύο ἴσα τέμνων.* Hanc in rem adduxit Vizzanius Macrobium, Somn. Scip. I, 21. Auſonium in eclogis. Scholiaſten Ariſtophanis ad Plutum Sc. I. quibus addo D'Orvill. ad Manethonem, IV, 5. pag. 652. editionis Charitonis Lipſ. De inuentore obliquitatis Zodiaci dubitant eruditi. Plutarch. de Decret. Philoſ. II, 12. §. 3. *Πυθαγόρας πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἥντινα Οἰνοπίδης ὁ Χίος, ὡς ἰδίαν ἐπίνοιαν σφετερίζεται.* cf. Stobaeus Ecl. Phyſ. pag. 53. Meinerſius Vir Ill. obliquitatis ecliptices inuentionem in dubiis poſuit Pythagorae inuentis. vid. Geſch. der Wiſſ. Griechenl. u. Roms, T. I. pag. 555. Plinius Hiſt. Nat. II. c. 8. *Obliquitatem eius* [ſigniferi circuli] *intellexiſſe, hoc eſt rerum fores aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur primus olympiade quinquageſima octaua.* Qua de re cf. Weidleri Hiſtoria Aſtronomiae, c. 5. §. 7. pag. 75. Brucker. Hiſt. crit. Philoſ. Vol. I. pag. 480. (qui in nota K laudauit Diodor. Lib. I. Cenſorin. de die natali, c. 19. Voſſium de ſcient. math. c. 33. §. 1.) et I. K. Schaubach. Inſpector des Königl. Lyceums in Meiningen, in diſſertat. *Woher haben die Griechen ihre erſten aſtronomiſchen Begriffe,* quae exſtat im Neuen deutſchen Mercur. Part. XI. pag. 307. ſq. Nouembr. 1794.

2. *τοῦ πόλου*) Propria ſignificatio, quam explicat Auctor de Mundo, c. 2. *δύο ἀκίνητα ἐξ ἀνάγκης σημεῖα, καταντικρὺ ἀλλήλων - περὶ ἃ ὁ πᾶς κόσμος κινεῖται - καλοῦνται δὲ οὗτοι πόλοι,* huc trahenda non eſt; nam circulus ſignifer non eſt in polis; ſed intelligitur omnino *coelum,* quo ſignificatu vocabulum occurrit non ſolum paſſim apud poëtas, Virgil. Aen. I, 402. 612. II, 251. ſed

etiam apud philofophos. cf. Aefchin. Socr. Dial. III, 19. τῦ δὲ πόλου ὄντος σφαιροειδῦς. Vide etiam D'Oruill. ad Chariton. d. l. pag. 652. et quem laudauit Lucanum, et Ammianum Marcellinum.

3. πρὸς τὴν τῦ ἡλίου φοράν.) ἡλίου φορὰ eft folis motus et curfus. Ariftot. Top. VI, 3. D'Argenf. hunc locum vertit pag. 84. fq. *L'obliquité des fignes du Ciel s'accorde bien avec le cours du foleil, et cette obliquité eft la cauffe en général de la génération, et de l'arrangement de l'Vnivers, qui a en lui la puiffance* etc. Quae funt fane obliqua. Senfus eft: curfus et motus folis (is nimirum, qui ex fententia veterum, certe plurimorum, anni tempeftates quatuor efficit, quem auctor §. 22. προσόδους et ἀφόδους appellauerat) generationem adiuuat; propterea etiam fignifer circulus, a quo hi acceffus et receffus pendent, ad generationem aliquid confert.

4. καθόλου δὲ) Repetendum ex antecedentibus: εὖ ἔχει, fed non repetendum πρὸς τὴν τῦ ἡλίου φοράν. Senfus: Quid multa? tota Vniuerfi defcriptio ad generationem bene fe habet, et apta eft, quippe in qua actiuae et paffiuae res reperiuntur. Eft nimirum transitus haud inelegans ad breuem differtationis repetitionem. Caeterum fere nullus dubito, quin haec talia refpexerit Plinius, Hift. Nat. II, 4. quum fcriberet: *Adiuuat rerum ordo, defcripto circulo, qui fignifer vocatur, in duodecim animalium effigies, et per illas folis curfus congruens tot feculis ratio.* In auctoribus certe, quos fit fecutus, affert etiam Pythagoricos.

5. διακόσμησις) Hanc voculam Meinerfius Gefch. d. Wiff. Gr. u. Roms, T. I. p. 585. Anaxagorae vindicatum iuit, monuitque, propter hanc Anaxagorae voculam, et etymologicam rationem proxime fequentem, dubitandum non effe, quin hic libellus ab homine fit confectus, qui Anaxagorae et Platonis fcripta legiffet. Sed hoc minime fequi videtur. Quamvis enim conftat, Anaxagoram hac vocula vfum effe:

tamen nondum conſtat, Clazomenium ſapientem primum eam ad mundi ordinem adhibuiſſe. Neque vero hoc vocabulum prorſus philoſophicum eſt, et ab aliorum vſu remotum. Homerus iam habet διακοσμεῖν et διακοσμεῖσθαι. Iliad. β, 126. Ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοί. Scholia: διαταχθείημεν. Iliad. β, 475. Ὣς τοὺς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα. Ὑσμίνην δ' ἰέναι. Sch. διέτασσον. Odyſſ. X, 457. Αὐτὰρ ἐπειδὴ πᾶν μέγαρον διεκοσμήσαντο. Herodotus de Deioce Lib. I, c. 100. ἐπεά τε δὲ ταῦτα διεκόσμησε. etc. Supra ad C. I. §. 7. docui, Pythagorae tribui nominis κόσμου ſignificationem phyſicam, Parmenidemque vocula διάκοσμος eadem ſignificatione vſum eſſe, vſ. 114. quare nullo modo poteſt hunc noſtrum librum reddere ſuſpectum. Cf. etiam Clariſſ. Bardili in Epochen der vorzüglichſten Philoſophiſchen Begriffe, pag. 189. ſq. qui monuit, hanc voculam prodiiſſe ex explicatione τοῦ κόσμου, quae ſupra c. I. §. 7. legitur; Ariſtotelem in expoſitione rationis Pythagoricae dixiſſe: hos philoſophos numeros et harmoniam transtuliſſe πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν: et ex hac ipſa ratione apparere, cur ordo et compoſitio vniuerſi διακόσμησις vocari potuerit.

6. θέοντος θείου) Conf. Critonem ſ. Damippum apud Stobaeum Serm. pag. 43. lin. 40. ἐν δὲ γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ etc. Vizzanius pag. 184. „ex perpetuo illo motu θεοὺς corpora coeleſtia vocauit antiquitas ἀπὸ τοῦ θέειν, a currendo, vt obſeruabat Macrobius Saturn. I, c. 24. [eſt c. 23. θεοὺς enim dicunt ſidera et ſtellas ἀπὸ τοῦ θέειν, i. e. τρέχειν, quod ſemper in curſu ſint, ἢ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖσθαι.] quod ſane ſtolido praeſtitit conſilio; vt enim Velleius apud Ciceronem de Nat. Deor. I. [c. 20.] monebat, Dei nomen tantum enti beato conuenit, et *quid poteſt eſſe minus quictum, quam nullo puncto temporis intermiſſo verſari circa axem coeli admirabili celeritate? niſi quietum autem, nihil beatum eſt.* Ex eodem pariter curſu coelum αἰθέρα dictum ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν animaduertebat Ariſtoteles 1 Coeli, 22.“ Caeterum eandem notationem exhibuit Plato in Cratylo p. 258.

Vol. III. Bip. Herodotus vero monet, Pelasgos deos propterea ſic appellaſſe, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα, καὶ πάσας νομὰς εἶχον. Atque Phurnutus de Nat. Deor. I. pag. 140. in Galei Opuſcul. εὔλογον δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῆς θέσεως ἐσχηκέναι τὴν προσηγορίαν. Hanc etymologiae rationem per ſe nihil efficere contra libelli antiquitatem, ſupra annotaui ad c. I. §. 7. quod autem Ocellus cum Platone hic conſentit, id dubium mouet quidem, ſed minime, vt negemus, cogit. Plato enim hanc rationem poterat ab Ocello ſumere, quum vel Ariſtotele teſte conſtet, Platonem Pythagoreos multis in rebus ſecutum eſſe. vid. Bardili l. l. pag. 190. ſq. Poterat Ocellus et Plato vltro ad hanc ſententiam deferri; eſt enim haec ratio, ſi quid video, omnium ante allatarum longe ſimpliciſſima et facillima.

De ſententia vero hic propoſita conferenda ſunt loca ſupra ad §. 2. Obſ. 3. allata. Caeterum Ocellus de *vno* deo nihil dixit aperte; id quod aliter ſe habet in Timaeo Locro, aliisque Philoſophis. Infra c. 4. §. 2. et in fragmento, e libro de Legibus, ſupra allato, θεοῦ fit mentio, numero ſingulari; ſed vide quae ibi dicta ſunt.

C A P V T III.

Exponitur etiam hoc capite de generatione et interitu; ſed vt ſupra c. 2. explicauit auctor primorum corporum generationem, ita nunc ad ea acceſſit corpora, quae compoſita ſunt et ſenſibus noſtris ſubiecta. Haec autem non multis verbis perſecutus eſt, ſiue quia nota eſſent et omnium paterent oculis; ſiue quia hoc non ſui arbitrabatur eſſe inſtituti, quippe qui haec omnia diſputauit, vt demonſtraret: mundum, non obſtante interitu et mutatione rerum ſingularum, et ſemper fuiſſe, et ſemper eſſe permanſurum. Vizzanius pag. 136. ita: „explicatis in ſecundo capite ortus

et interitus, qui perenni quadam viciſſitudine in ipſo [Vniuerſo] vigent, natura, ratione et cauſſis, nonnulla hoc tertio capite nunc ſoluit quaeſita, vel ieuellit dogmata, vt inde melius tradita firmentur, eo quia non ſatis eſt, propria placita edocuiſſe, ni prorſus etiam illae obiectiones eiiciantur, quibus ipſa premuntur.“

§. 1.

1. Efficere ſtuduit auctor, genus hominum, animalium, plantarum ſemper fuiſſe, nec primam cepiſſe originem; Fundamentum, cui totam demonſtrationem ſuperſtruxit, hoc eſt: Si totum eſt, omnes eius partes neceſſario ſunt.

2. *ἀρχὴ γενέσεως πρώτη*) h. e. prima origo; prima dicitur, vt opponatur *τῇ ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσει*, de qua cap. IV. initio. *ἀρχὴ* indefinite ſumendum. Caeterum etiam hic apparet, quod paſſim iam obſeruatum eſt, auctorem minus accurate et eleganter ſcripſiſſe. Quum enim dicit: primam homines originem non e terra ceperunt, videtur aliunde eam repetere, et tantum negare, non *e terra* eſſe. Sed tota diſſertatio ſatis docet, auctorem non ſolum negare, homines *e terra* ortos eſſe, ſed omne omnino generis humani initium ſuſtuliſſe: quia plane non ortum eſt genus hominum, plantarum, animalium, non poteſt ortum eſſe e terra.

3. *γέγονεν ἐκ γῆς.*) Reſpexiſſe videtur auctor non ſolum ad fabulam eam, qua plures antiquorum hominum ſe *αὐτόχθονας* eſſe gloriarentur. cf. Plato Menex. c. 6. ibique Gottleber. Liuius Hiſt. L. I. c. 1. Aelian. V. Hiſtor. IX, 16. ſed etiam ad plurium philoſophorum decreta, qui generis humani originem e terra repetere non dubitarent. Legimus hoc de *Xenophane*, cf. Tidemann. Geiſt der ſpecul. Philoſ. T. I. pag. 157. de *Parmenide*; Diogenis quidem exemplaria libro IX, S. 22. exhibent: *γένεσίν τε ἀνθρώπων ἐξ*

ἡλίου πρῶτον γενέσθαι. sed Aldobrandinus legit ἐξ ἰλύος. vid. Mer. Casauboni notam; et si vel ἐξ ἡλίου legendum sit, tamen non potest esse alia sententia, quam solis calorem homines e terra vel limo produxisse. *Zeno Eleates* affirmauit: γένεσιν ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι. vid. Diog. Laërt. IX, 29. De *Empedocle* idem refert Plutarch. de decret. philos. phys. Lib. V. c. 18. §. 1. cf. Tidemann. l. l. T. I. p. 251. *Archelaum* Ionicum philosophum statuisse legimus: τὰ ζῶα ἀπὸ τῆς ἰλύος γεννηθῆναι. Diog. Laërt. II. Sect. 16. Digna etiam sunt quae hospes in Platonis Politico disputat, vt hic adferantur, pag. 29. T. VI. Ξεν. Τί δὲ, τὸ τοὺς ἔμπροσθεν φύεσθαι γηγενεῖς, καὶ μὴ ἐξ ἀλλήλων γεννᾶσθαι; Σω. Καὶ τοῦτο ἓν τῶν πάλαι λεχθέντων. et pag. 33. Σωκρ. Γένεσις δὲ δὴ τίς τότ' ἦν, ὦ ξένε, ζώων; καὶ τίνα τρόπον ἐξ ἀλλήλων ἐγεννῶντο; Ξεν. Δῆλον, ὦ Σώκρατες, ὅτι τὸ μὲν ἐξ ἀλλήλων οὐκ ἦν ἐν τῇ τότε φύσει γεννώμενον *). τὸ δὲ γηγενὲς εἶναί ποτε γένος λεχθὲν, τοῦτ' ἦν τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐκ γῆς πάλιν ἀναστρεφόμενον, ἀπεμνημονεύετο δὲ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων τῶν πρώτων, οἳ τελευτώσῃ μὲν τῇ προτέρᾳ περιφορᾷ τὸν ἑξῆς χρόνον ἐγειτόνουν, τῆσδε δὲ κατ' ἀρχὰς ἐφύοντο. τούτων γὰρ οὗτοι κήρυκες ἐγένονθ' ἡμῖν τῶν λόγων, οἳ νῦν ὑπὸ πολλῶν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστοῦνται. cf. sqq. vbi hoc decretum tali modo magis commendabile redditur: τὸ γὰρ ἐντεῦθεν, οἶμαι, χρὴ ξυννοεῖν. ἑχόμενον γὰρ ἐστι τῷ τοὺς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἰέναι φύσιν, ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δὲ ἐν γῇ, πάλιν ἐκεῖ ξυνισταμένους, καὶ ἀναβιωσκομένους, ἕπεσθαι τῇ τροπῇ, συνανακυκλουμένης [Cod. Zittav. συνανακυκλουμένους] εἰς τἀναντία τῆς γενέσεως· καὶ γηγενεῖς δὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξ ἀνάγκης φυομένους, οὕτως ἔχειν τοὔνομα καὶ τὸν λόγον, ὅσους μὴ θεὸς αὐτῶν εἰς ἄλλην μοῖραν ἐκόσμησε [Zittav. cod. ἐκόμισε]. cf. etiam Plato de Legg. VI. pag. 311. T. VIII. εὖ γὰρ δὴ τόγε τοσοῦτον χρὴ πάντ' ἄνδρα ξυννοεῖν, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις ἢ τοπαράπαν ἀρχὴν οὐδεμίαν εἴληχεν, οὐδ' ἕξει ποτέ γε τελευτήν. ἀλλ' ἦν τε ἀεὶ καὶ ἔσται πάντως. ἢ μῆκός τι τῆς ἀρχῆς, ἀφ' οὗ γέγο-

*) γεννώμενον Glossa mihi videtur ad voc. τὸ ἐξ ἀλλήλων.

γεν, ἀμήχανον ἂν χρόνον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. Sententiam autem eorum, qui homines et caeteras res ex terra originem duxiſſe exiſtimarent, eleganter expoſuit Diodorus Siculus Biblioth. L. I. ab initio, pag. 4. ſq Steph. qui inter fautores eius quoque Euripidem nominat, eiusque fragmentum adfert, quod in edit. Euripidis Lipſienſi legitur T. II. pag. 454. n. 22. Addendus Origenes contra Celſum, L. I. pag. 355. B. ed. Delarue: et Vizzanius adduxit Lucretium de Rer. Nat. L. V. [vſ. 819. ſqq.]

Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet merito, quoniam genus ipſa creauit
Humanum, atque animal prope certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibu' paſſim,
Aëriasque ſimul volucreis variantibu' formis.

et Lib. II. [vſ. 1149-1151.] et Lib. V. [vſ. 824. ſq.] cf. etiam Ouid. Met. I, 416. ſqq. et vſ. 74. ſqq. Fabula de hominum genere lapidum iactu reparato, quam ex Ouid. Metam. I, [vſ. 391. ſqq.] et Pindaro Olymp. Od. 9. antiſtr. β. Vizzanius attulit, videtur huc non pertinere; quemadmodum nec ea, quae de Prometheo hominum fictore fabulabantur veteres, quae animo Scholiaſtae Homeri obuerſata videntur, quum ad Iliad. α. vſ. 3. ſcriberet: ἐκ δὲ τῆς γῆς ἐπλάσθη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Hoc autem probe notandum, quod Diogenes Laërtius ex Alexandro affert, qui talia ἐν Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν ſe inueniſſe dixerat: τὰ δὲ ζῶα γεννᾶσθαι ἐξ ἀλλήλων, ἀπὸ σπερμάτων. τὴν δὲ ἐκ γῆς γένεσιν ἀδύνατον ὑφίστασθαι. Diog. Laërt. VIII. S. 28. cf. S. 24. et Tidem. Erſte Philoſ. Griechenl. p. 472. Sunt autem haec ſiue ex Ocello, ſiue ex alio Pythagoreo cum Ocello conſpirante, petita.

4. πρῶτον μὲν) Proſpicit hoc ad §. 2. in cuius initio δεύτερον δὲ potuiſſet ponere. Sed in his non magna eſt auctoris ἀκρίβεια. Supra certe c. 2. §. 13. πρῶτον μὲν omiſſum erat.

5. *ἀλλ᾽ ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης*) Hoc, ſi curatius quaeramus, non demonſtratum eſt capite primo; nam vis argumentorum tam late non patebat. Ex hoc tamen loco videmus, auctorem id *voluiſſe* demonſtrare, idque demonſtrauiſſe ſibi viſum eſſe. Sine dubio igitur *κόσμον* et *διακόσμησιν*, quae quidem a Stoicis diſtinguebantur, (vid. Iac. Thomaſ. de Stoica mundi exuſtione diſſ. XVI. §. 3.) confudit. Num poteſt hoc erratum, et haec confuſio exſpectari ab eo, qui multas iam aliorum hac de re diſputationes cognouerat?

6. *μετάρσιον*) Suidas et Phauor. explicant *ὑψηλὸς, μετέωρος*, et Plut. (monente Vizzanio) in libro de plac. philoſ. III. in prooemio: *τρέψομαι ἐν τῷ τρίτῳ πρὸς τὰ μετάρσια· ταῦτα δ᾽ ἐςὶ τὰ ἀπὸ τȣ͂ κύκλου τῆς σελήνης καθήκοντα μέχρι πρὸς τὴν θέσιν τῆς γῆς.* Voculam ipſam paſſim habet Euripides, velut Hecub. 499. Alceſt. 966. etc. vid. Exc. Beck. in Indice. Nogarola ad h. l. ita: „*μετάρσιος*, verbum Graecum Latine ſublimis interpretatur [l. interpretantur], quo vſus Mercurius Trismegiſtus in Poemandro, (tametſi *μετάρσιον* pro excellenti et praeſtanti accipiat.) quum ait: *ἀλλὰ εὐθὺς ἐπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητόρων ἀῤῥενοθήλυας καὶ μεταρσίους.* Sed infra in eodem dialogo *μετάρσιον* ſumit pro animali pennigero et aërio, ſic ſcribens: *ἐκεῖνο δὲ ὅρα, ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαςον τῶν ζώων, ἑνὶ μέρει ἐπιφοιτᾷ τȣ͂ κόσμου, τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι.* Idem reperitur vocabulum pro ſublimi vſurpatum a Philone Iudaeo, tum in opuſculo *περὶ καταςάσεως ἄρχοντος*, tum etiam *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.* Ocellus (vt ſatis conſtat) *μετάρσιον* ſumit pro aërio: atque eam mundi partem intelligit, quae igni et aëri tributa eſt, quam quidem dicit poſtea a Daemonibus occupatam. Verum Ariſtoteles non hanc regionem inter coelum terramque conſtitutam *μετέωρον* vocauit, ſed omnes eas res, quae in eadem gignuntur et apparent, vnde ſuo commentario *περὶ τῶν μετεώρων* titulum impoſuit, in quo diſputari *περὶ τῶν*

μεταρσίων Olympiodorus Ariſtotelis interpres aſſerit. μετάρσιον quoque in eadem ſignificatione accipitur a Laërtio in Epicuri vita.“

§. 2.

1. Inſcripſit Vizzanius: *Enumerantur partes, quae neceſſario vniuerſo coëxiſtunt.* Nimirum, quum §. 1. docuiſſet, partes mundi eſſe aeternas, ſi quidem ipſe mundus aeternus ſit; nunc addit, ea quoque aeterna eſſe, quae hiſce partibus contineantur. Pergit enim auctor deinceps ad partes minores, vt tandem efficiat, homines et reliqua animantia et genera plantarum aeterna eſſe.

2. τῇ δὲ γῇ ζῶα) Vizzanius infra, vbi βοσκόμενα legitur, haec monuit pag. 197. „ideoque et hanc terrae naturam tributam ait, vt, vbi ipſa ſit, ea pariter, quae in ipſa generantur, *et paſcuntur*, exiſtant, ac ſi alteram nobis rationem leuiter ſaltem exprimat, cur dixerit, animalia neceſſario exiſtere, ſi terra ſit, ex cauſſa finali deſumtam, quam praecipue contemplatur phyſicus 2 *Phyſ. t. 91.* quia ſcilicet herbis *paſcuntur*, vnde eorum gratia hae videntur progenitae, ac idcirco, quum has ſemper tellus materna promat liberalitate, et illa neceſſario videantur coëxiſtere.“ Ego vero haec in verbis Ocelli non agnoſco, et deprehendo; quare illata ea iudico. Nititur tota argumentatio eo, quod, ſumto toto, partes videntur ſumendae; iam vero res ab auctore enumeratae partes ſunt terrae, itaque omni eo tempore fuerunt, quo terra fuit; terra aeterna eſt, itaque reliquae res etiam aeternae ſunt. Vtrum vere ita concludi poſſit, iam non quaero; auctorem ita argumentatum eſſe ſtatuo, atque hoc argumentandi genus nemini mirum videbitur, qui in memoriam redeat rationis Eleaticae.

3. πνεύματα ἄνεμον) „Licet nomen πνεῦμα et ἄνεμος plerumque confundi validiſſimum ſuadere nobis

videatur teſtimonium Ariſtotelis *meteor.* 2. *c.* 4. et aliis in locis, [cf. Auct. de Mundo, c. 4. pag. 1208. E. et 1207. fine.] reuera tamen inter ea viget diſcrimen, eo quod nomen venti ſpecificum, at flatus vniuerſalius quid ac genericum videtur indicare, vt licet obſeruare *meteor. I. c.* 13. [initio] quo loci dicebat Ariſtoteles περὶ δ' ἀνέμων καὶ πάντων πνευμάτων; ac ideo nomen πνεῦμα ventos etiam complecti videtur, at quid aliud praeterea exprimere: immo arbitrarer ego, nomen flatus cuicunque vel leui aurae competere, at vehementiam nomine venti exprimi." Haec Vizzan. pag. 193. At, quid ſi πνεῦμα h. l. nec ventum nec auram ſignificaret, ſed de daemonibus diceretur, quos infra in hac mundi regione poſuit. Non dubitarem hoc affirmare, ſi ſatis conſtaret, vſum loquendi iſtius aetatis hoc ferre.

4. φυόμενα καὶ βοσκόμενα) Illud ad plantas, hoc ad animantia videtur referendum. βόσκειν autem etiam de hominibus dicitur. Herodot. I, 44. quare de paſcuis non eſt cogitandum. Homerus hanc voculam adeo de belluis marinis adhibuit. Odyſſ. M, 97. Ξ, 325. φυόμενα φύεσθαι eſt in Platonis Phaedone T. I. pag. 250. Bip.

§. 3.

1. Nunc argumento in paragrapho prima propoſito et inchoato colophonem quaſi imponit, et humanum genus aeternum eſſe concludit. Praecipua vis argumenti in axiomate poſita eſt, quod ad §. 2. n. 2. explicaui; docet hoc finis paragraphi; immiſcet tamen auctor notionem hominis, *praeſtantiſſimi* in terra animantis; quare rem ita cepiſſe mihi videtur: Si omnino partes adeſſe debent et ſumendae ſunt, toto ſumto; ſane praecipuae partes multo minus debent abeſſe. Etiam hic apparet quaedam tarditas vel potius προπέτεια in concludendo, et parum accurate animo comprehenſa parum accurate elocutus eſt auctor. Dixit ἐπεὶ ἓν etc. At enim quod in vnaquaque mundi

parte praeſtans natura collocata eſt, id non efficit, genus humanum aeternum eſſe. Id igitur, quod illuſtrationis et maioris commendationis cauſſa debuiſſet argumento ſuo *addere*, id argumenti loco auctor poſuit; et in quo praecipua eſt vis probandi, id annexuit voculis ἅπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει. Caeterum commode annotauit D'Argenſius p. 89. illud ἐντέτακται non ita eſſe accipiendum, ac ſi auctor putaſſet, fuiſſe quoddam tempus, quo Dii non fuiſſent in coelo, ſed ita potius, vt ſemper et dii fuerint et coelum.

2. ἄνθρωπος) Viuentium in terra praeſtantiſſimus, quia gaudet intellectu et ratione. Ariſtot. 2 de Anim. t. 29. Euryphamus Pythagoreus in ſuo de vita opuſculo dicebat: τὸ θήϊον ἄνθρωπον πολυτελέστατον ζῶον ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίτιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος. [Stob. Serm. CI. pag. 556.] Haec e Vizzanio; ſed facile poſſent multa addi, ſi res illuſtratione hiſtorica egeret. Elegantem Ouidii locum Met. I, 76. ſqq. non poſſum non innuere; nec tacere, quod D'Argenſius infra ad Cap. IV. §. 4. docere ſtuduit pag. 180 - 193. cuius haec eſt ſumma: *Quant à moi, je ſuis très convaincu, que non ſeulement l'homme n'eſt pas le meilleur des animaux, mais je crois au contraire, qu'il eſt le plus mechant.*

3. δαίμονες) Antiquiſſimis temporibus, quorum repetere memoriam poſſumus, δαίμων nihil aliud erat, quam Deus. Apud Homer. Od. γ, 165. al. 166. Iupiter vocatur δαίμων. cf. vſ. 160. et Iliad. γ, 420. Aphrodite; atque Iliad. λ, 791. συν δαίμονι nihil aliud eſt, quam *Deo volente, adiuuante.* Cf. Iliad. α, 222. ibique Scholia. Neque in eo vocabuli diſcrimen eſt, ſi aut proſunt hominibus, aut iis nocent; vtroque enim modo δαίμονες dicuntur. Nam Odyſſ. β, 134. Ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι, ἄλλα δὲ δαίμων Δώσει, ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰς ἀρήσετ' Ἐρινῦς. et Iliad. θ, 166. πάρος τοι δαίμονα δώσω, Scholia explicant: προσληπτέον τὸ κακὸν, ἵν' ᾖ, πρότερον γάρ σοι κακὸν θάνατον, καὶ κακὴν εἱμαρμένην δώσω. Sed Odyſſ. γ, 26. Minerua promittit Telemacho *ſalu-*

taria δαίμονος consilia. Conf. etiam loca supra laudata. Vocula δαιμόνιος quoque in Homero habetur, Odyss. σ, 15. vbi Vlysses Irum alloquitur. Iliad. β, 190. vbi Schol. αὕτη ἡ λέξις τῶν μέσων ἐςὶ, δηλοῖ δὲ ἀμφότερα. ὁτὲ μὲν, ἐπὶ ἐπαίνῳ λεγομένη — ὁτὲ δ' ἐπὶ ψόγῳ. etc. et vs. 200. vbi Sch. ἐνταῦθα ἐφ' ὕβρει, ἀντὶ τῦ κακόδαιμον, φαυλότατε. Conf. Gottleberus ad Platon. Menex. c. 1. p. 16. Quod ad *notationem* attinet, quae, caute adhibita, notionum originem egregie nobis indigitat, facile concedo Platoni, (Cratylo pag. 259. T. III. Bip.) δαίμων et δαήμων habere cognationem; sed notionem τῦ φρονίμου antiquissima aetate non agnosco; vtraque vocula seu voculae forma descendisse mihi videtur a δαίω, quod etiam *luceo*, *splendeo*, *comburo* denotat, atque omnino vim ignis exprimit. cf. Iliad. E, 4. Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ. vbi Scholia ἔκαιεν, ἔλαμπεν, sed ad splendorem solum respicitur. Conf. etiam loca a Stephano in Thesauro, T. I. pag. 903. allata: nimirum Iliad. υ, [316. sq.] Μὴ δ' ὁπόταν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται Δαιομένη, δαίωσι δ' ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν. Sophocl. Trachin. [vs. 776.] Hom. Iliad. β, [vs. 93.] μετὰ δέ σφισιν ὄσσα δεδήει Ὀτρύνουσ' ἰέναι, et Interpretes ad Hesych. T. I. p. 898. qui laudant Hom. Iliad. ρ, 253. His adde Euripid. Rheso, vs. 136. Troad. vs. 826. Quemadmodum autem recentiore aetate vocula φῶς ad animum translata, et φαντασίας vocula efficta est, ita antiquiore tempore ad mentem applicatum est δαίειν, siue propter lucis similitudinem, siue propter agilitatem et mobilitatem, vt ita dicam, quae in igne et in mentis cogitatione animaduertebatur. Inde δαήμων, *prudens*, *solers*, Iliad. O, 411. τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος. Sch. ἐμπείρου. Quumque Dii, scientia, mentis viribus rerumque multarum vsu, praestare reliquis putarentur, κατ' ἐξοχὴν vocati sunt δαίμονες. Sed huius notionis mature secuta est immutatio. Apud *Hesiodum* quidem vocula adhuc legitur de Deo omnino. vid. Scut. Herc. vs. 94. sed inferioris conditionis Deos indicare videtur Theogon. 991. et aperte indicat Ἔργ. vs. 120. sqq. Αὐτὰρ ἐπεί κεν τῦτο γένος [homines in se-

culo aureo, regnante Saturno] κατὰ γαῖα κάλυψεν, Τοὶ μὲν δαίμονές ἐισι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς, Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων (quos verſus Plato in Cratylo pag. 259. et de Republ. V. pag. 43. T. VII. non ſine magna varietate laudauit.) Οἵρα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα, Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν, Πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον. cf. vſ. 246. ſqq. De hominibus vero argenteae aetatis dixit vſ. 139. Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε, Τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται, Δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ. Tertium genus aeneum in amplam domum Inferni ignobile deſcendit, Νώνυμον. vſ. 151. ſq. Quartum genus, tertio iuſtius atque melius, comprehendit heroas. Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. — Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκήδεα θυμὸν ἔχοντες Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην, Ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα. De horum cultu apud Heſiodum nihil legitur. vid. vſ. 155-171. Tria igitur naturarum diuinarum genera cultu ſunt proſequenda, nimirum Dii Olympum tenentes et immortales; ſecundo loco animae hominum primi et aurei ſeculi; tertio denique loco iſti θνητοὶ ὑποχθόνιοι μάκαρες. Atque hic non poſſum, quin eodem modo *Aurea Carmina* intelligam, vſ. 1. ſqq. Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκεινται Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς. Τοὺς δὲ καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων. Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας. Τῶν δ' ἄλλων etc. Putauerim, hanc rem vnicuique probabilem eſſe futuram, qui modo ad Heſiodum reſpexerit; qui enim apud Heſiodum *ſecundo loco* poſt deos immortales collocati ſunt, homines aurei ſeculi, et poſt mortem ἐπιχθόνιοι δαίμονες, ii in Carminibus aureis *ſecundo loco* ἥρωες ἀγαυοὶ dicuntur; nec obſtare videtur, quod ab Heſiodo poſtea daemones ab iſtis diſtinguuntur; nam vſus loquendi deinceps mutatus eſt, res aliquamdiu manſit, cultus nimirum *trium* iſtorum generum. Nihil hic adiicerem, niſi Tidemannus Diogenis (VIII, 23.) et Plutarchi (de decret. I, 8.) auctoritate, et rei natura, vt

putauit, ſuadente, adductus, negaſſet, dignitatis ordinem in aureo carmine conſtitui, atque heroas et daemones eodem loco haberi affirmaſſet. Vid. Erſte Philoſ. Griechenl. p. 401. cf. Meiners. Geſch. d. Wiſſ. Gr. u. Roms, T. I. pag. 563. At enim, quamuis a Doctiſſimo Viro non libenter diſſentio, atque concedendum eſt, auctorem carminis voculam ἔπειτα, aut ſimilem, non adhibuiſſe: tamen omnis nos ad ordinis cogitationem nexus adducit; primo *immortales deos* nominat, deinde *heroas* ſplendidos ac nobiles, tum *daemones ſubterraneos*, tum *parentes*, tum *cognatos*, denique *reliquos homines omnes*. Atque non diffiteor, plus auctoritatis apud me habere antiquam rationem et Heſiodeam, quam recentiorum auctorum effata, qui ad notionum origines et viciſſitudines parum attenti, variarum ſententiarum farraginem congeſſerunt, interdum tam negligenter, vt velut hic *Plutarchus* qui vulgo dicitur, qui Thaletem, Pythagoram, Platonem, Stoicos etiam coniunxit, eosque viros, et aetatis et opinionum et ſermonis varietate ſeiunctos, affirmaſſe dixit: δαίμονας ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικάς. etc. Quod autem Daemones iſti apud *Heſiodum* dicuntur rerum humanarum curam gerere, iuſte et iniuſte facta hominum obſeruare, id certe vsque ad Platonem philoſophorum aliorumque hominum mentes occupauit. *Ocellus* C. IV. §. 5. ſtatuit, homines ſpurcos et libidinoſos odio haberi a Diis, Daemonibus atque hominibus. *Euripides* paſſim loquitur de Daemone homini proprio. Phoeniſſ. 991. πόμπιμος ὁ δαίμων vocatur, qui fugientem et incertum comitatur et tuetur; Medea vſ. 1347. ἐμοὶ τὸν ἐμὸν δαίμον᾿ αἰάζειν πάρα. Alceſt. vſ. 502. τὸν ἐμοῦ δαίμονος πόνον λέγεις, et vſ. 564. παρόντα δαίμονα vocat praeſens malum; et vſ. 938. γυναικὸς δαίμον᾿ εὐτυχέστερον τοῦ ᾿μοῦ νομίζω. Supplic. vſ. 598. ἐγὼ γὰρ δαίμονος τοὐμοῦ μέτα Στρατηλατήσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί. Iphig. Aul. 1136. Ὦ πότνια τύχη, καὶ μοῖρα καὶ δαίμων γ᾿ ἐμός. Rheſo 996. τάχα δ᾿ ἂν νικᾷν δοίη δαίμων ὁ μεθ᾿ ἡμῶν. vid. alia loca in Indice copioſiſſimo et accuratiſſimo Exc. Beckii; T. III. edit. Lipſ. Quamuis autem plurimi

horum locorum ita videantur accipi posse, vt non nisi de *fortuna*, aut malo, cogitetur: sunt tamen etiam, in quibus haec significatio, aperte deriuata, non sufficit, velut Fragm. inc. 187. ἄτε τύχαι, ἄτε Δαίμων, τὰ βρότεια κραίνει. cf. Hecuba, vs. 490. vbi tamen Deos omnino denotat, ne Ioue quidem excepto. vid. anteced. cf. etiam Cyclop. vs. 600. sqq. Neque vero hoc recte dici potest, δαίμονας apud Euripidem non distingui a diis; ita enim Hecuba vs. 164. sq. πῦ τις θεῶν, ἢ δαιμόνων, ἐπαρωγός; *Plato* vero distinctius de his disseruit, quamuis ipse quoque varias proponeret sententias. Primo loco id ponam, quod *ex aliorum et vulgi opinione* attulit Apolog. Socr. c. 15. quo loci Socrates, defendens se ab atheismo, ita disputat: Τὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ, ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα, ἢ θεῶν παῖδας; φῄς, ἢ οὔ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν εἴπερ δαίμονας ἡγοῦμαι, ὡς σὺ φῄς, εἰ μὲν θεοί τινες εἰσὶν οἱ δαίμονες, τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ ἐγὼ φημί σε αἰνίττεσθαι καὶ χαριεντίζεσθαι, θεοὺς οὐχ ἡγούμενον φάναι με θεοὺς αὖ ἡγεῖσθαι πάλιν, ἐπειδήπερ γε δαίμονας ἡγοῦμαι. εἰ δ' αὖ οἱ δαίμονες θεῶν παῖδές εἰσι νόθοι τινὲς, ἢ ἐκ Νυμφῶν, ἢ ἔκ τινων ἄλλων, ὧν δὴ καὶ λέγονται, τίς ἂν ἀνθρώπων θεῶν μὲν παῖδας ἡγοῖτο εἶναι, θεοὺς δὲ μή; Haec satis docent, quae obtinuerit ista aetate sententia de daemonibus, atque consentit hac in re Euripides, qui Bacchis vs. 417. Bacchum vocauit δαίμονα τὸν Διὸς παῖδα. In hac opinione tamen Platonis ingenium et acumen acquiescere non potuit, nec voluit totam rem abiicere, quare acceptam a maioribus notionem paullo immutans, ad virtutis commendationem Socratice applicauit; et in Cratylo quidem pag. 259. ab Hesiodi interpretatione philosophica, immo vero accommodatione, profectus, ita scripsit: τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας, ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει (forte σημαίνει) τὸ ὄνομα. λέγει οὖν καλῶς καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοὶ, ὅσοι λέγουσιν, ὡς ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει, καὶ γίνεται δαίμων, κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἐπωνυμίαν. ταύτῃ οὖν τίθεμαι καὶ ἐγὼ, τὸν δαήμονα πάντ' ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμό-

νιοῦ εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι. Quod igitur Hesiodus de antiquissimis aurei seculi hominibus affirmauit omnibus, id Plato ad vltimum quoque hominum genus, Hesiodo parum probatum, transtulit, atque ita quemque daemonis honore dignissimum iudicauit, vt quisque maxime virtuti studuit. Atque haec non tantum affirmauit hic philosophus ingenioli ostentandi et nominis explicati caussa, sed in eadem sententia permansit eamque iterum inculcauit de Republ. V. pag. 43. T. VII. adducto eodem Hesiodi loco, vbi et alia et inprimis haec leguntur: de militaribus viris in bello occisis: Καὶ τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον, ὡς δαιμόνων, οὕτω θεραπεύσομέν τε καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας. ταῦτα δὲ ταὐτῇ νομιοῦμεν, ὅταν τις γήρᾳ ἢ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ τῶν ὅσοι ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσι. Idem auctor de religione differens et pietate de Legg. IV. pag. 187. T. VIII. hunc constituit ordinem: πρῶτον μὲν, φαμὲν, τιμὰς τὰς μετ᾽ ὀλυμπίους τε καὶ τοὺς τὴν πόλιν ἔχοντας θεοὺς, τοῖς χθονίοις ἄν τις θεοῖς ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερὰ νέμων (conf. Seruius ad Virgil. Eclog. V. vs. 66. Pythagorei apud Porphyr. de V. Pyth. S. 38.) ὀρθότατα τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ τυγχάνοι· τοῖς δὲ τούτων ἄνωθεν, τὰ περιττὰ καὶ ἀντίφωνα τοῖς ἔμπροσθεν ῥηθεῖσι νῦν δή. μετὰ θεοὺς δὲ τούσδε καὶ τοῖς δαίμοσιν ὅ γ᾽ ἔμφρων ὀργιάζοιτ᾽ ἄν· ἥρωσι δὲ μετὰ τούτους. ἐπακολουθεῖ δ᾽ αὐτοῖς ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα. γονέων δὲ μετὰ ταῦτα etc. in quibus sine dubio aurea carmina ante oculos habuit, quamuis nonnullis in rebus recessit. Quae autem de daemone, qui vnicuique et viuenti et mortuo datus sit dux et custos, disputauit, vid. Phaedone, c. 57. pag. 449. sqq. edit. Fischeri; et de animabus impuris, corpori adhaerentibus, circa sepulcra versantibus, cf. Phaedon. c. 30. et quae ibi Fischerus exposuit. Ab his tamen conaminibus, philosophicam sententiam mythis tribuendi, distinguenda videtur ista Platonis πραγματεία, quae habetur in Timaeo; ibi enim, quasi solutus vinculis, a vulgari opinione animo iniectis, non solum totum mundum, verum etiam, vt ita dicam, Deos effinxit;

habetur ſummus Deus huius mundi opifex; habentur dii coeleſtes, ex ignea materia confecti, patris ſui voluntate aeterni, corpora coeleſtia nimirum; habentur alii daemones, quorum generationem explicare non poſſumus, quos tamen eſſe credimus maioribus noſtris, qui horum daemonum filii quum eſſent, optime ſciuerunt, vnde originem duxerint; habentur denique hominum et reliquorum animantium animae. vid. Timaeo, pag. 322. ſqq. cf. Tidemann. Geiſt der ſpec. Philoſ. T. II. p. 147. ſq. Succeſſit *Xenocratis* diligentia, qui hanc diſciplinam varia ex parte immutaſſe videtur; nam, niſi male intelligo locum Ariſtotelis Top. II. c. 2. pag. 282. C. negauit daemonas iſtos hominum praeſides et curatores. Ita enim Ariſtoteles: *ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ᾖ σπουδαῖος, καθάπερ Ξενοκράτης φησὶν εὐδαίμονα εἶναι, τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἑκάστῳ εἶναι δαίμονα.* *Ariſtoteles* denique de huiusmodi naturis ſuſpenſa oratione vſus eſt, neque affirmauit eſſe daemones, nec negauit. Nogarola ad hunc Ocelli locum adduxit de Generat. Anim. Lib. III. c. 11. pag. 1297. F. *τὰ μὲν γὰρ φυτὰ, θείη τις ἂν γῆς, ὕδατος δὲ, τὰ ἔνυδρα, τὰ δὲ πεζὰ ἀέρος. — τὸ δὲ τέταρτον γένος οὐκ ἐπὶ τούτων δεῖ ζητεῖν, (καίτοι βούλεταί γέ τι κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς εἶναι τάξιν· τοῦτο γὰρ καὶ τέταρτον ἀριθμεῖται τῶν σωμάτων, ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀεὶ φαίνεται τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τῶν σωμάτων. ἢ γὰρ ἀὴρ ἢ καπνὸς ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρωμένον) ἀλλὰ δεῖ τὸ τοιοῦτον γένος ζητεῖν ἐπὶ τῆς σελήνης. αὕτη γὰρ φαίνεται κοινωνοῦσα τῆς τετάρτης ἀποστάσεως.* Vizzanius adiecit de Anima Lib. II. t. 29. *ἑτέροις δὲ [τῶν ζώων ὑπάρχει] καὶ τὸ διανοητικόν τε καὶ νοῦς, οἷον ἀνθρώποις, καὶ εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν ἕτερον, ἢ καὶ τιμιώτερον,* et mittit nos ad Scaligerum de ſubtilitate adu. Cardanum, Exercit. CCCLV. qui pag. m. 865. alia addidit loca, ex quibus tamen omnibus apparet, Ariſtotelem hac de re nihil certi affirmare voluiſſe. Cur ad recentiorem aetatem hanc rem perſequar, cauſſa nulla eſt; nunc vero videnda ſunt ea, quae de veterum opinione recentiores Graeci nobis tradiderunt. Et primo quidem apud

eos,

eos, qui Pythagorae decreta expoſuerunt, haud parua reperitur inconſtantia, ſimulque apparet, aut omnes aut plurimos e carmine aureo eiusque initio ſua hauſiſſe. In eo conſentiunt, colendas eſſe eiusmodi naturas, ſed diſcrepant in ordine. Diogenes (vid. Meiners Geſch. der Wiſſ. T. I. pag. 268.) apud Porphyr. de V. Pyth. *Παρῄνει δὲ, περὶ μὲν τȣ̃ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρώου γένους εὔφημον εἶναι.* Sequitur de pietate erga parentes; veſtigia igitur apparent aurei carminis. Auctor apud Iamblich. de V. Pyth. §. 175. Meinerſio auctore l. l. pag. 285. fortaſſe Hermippus aut Clearchus: *μετὰ δὲ τὸ θεῖόν τε καὶ τὸ δαιμόνιον, πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον γονέων τε καὶ νόμου, καὶ τȣ́των ὑπήκοον αὐτὸν κατασκευάζειν*, in quibus auctor ſane aurei carminis rationem habuit; ſed *ἥρωας ἀγαυȣ̀ς* et *καταχθονίους δαίμονας* vno comprehendit *τȣ̃ δαιμονίου* nomine, et quod in carmine eſt *ἔννομα ῥέζων*, id videtur omnino de obedientia legibus praeſtanda parum commode accepiſſe. Ariſtoxenus (vid. Meiners l. l. pag. 279.) apud Iamblich. S. 100. *Ἔτι πρὸς τȣ́τοις, περί τε τȣ̃ θείου, καὶ περὶ τȣ̃ δαιμονίου, καὶ περὶ τȣ̃ ἡρωϊκȣ̃ γένους εὔφημόν τε καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν γονέων τε καὶ εὐεργετῶν διανοεῖσθαι, νόμῳ τε βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν.* Ne hic quidem deſiderantur aurei carminis veſtigia; quod autem ordinem daemonum et heroum aliter conſtituere videtur, id non magni momenti eſt; auctor enim aperte non hoc agit, vt *ordines* daemonum recenſeat, ſed vt Pythagoreorum erga daemones *pietatem* declaret; poterat igitur ſua ratione et ſuo ordine ſeruato hac de re dicere; immo vero ad ordinem animum plane non advertere. Dicaearchus vero, (hunc enim ſuſpicatur Meiners. T. I. p. 275. auctorem eſſe fragmenti apud Iamblichum S. 37.) haec: *ἔν τε τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ βίῳ, καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τῇ φύσει μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγȣ́μενον, ἢ τὸ τῷ χρόνῳ ἑπόμενον· οἷον ἀνατολὴν τῆς δύσεως — καὶ τȣ̀ς οἰκιστὰς τῶν πόλεων, καὶ καθόλου τȣ̀ς μὲν θεȣ̀ς τῶν δαιμόνων, ἐκείνους δὲ τῶν ἡμιθέων, τȣ̀ς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τȣ́των δὲ τȣ̀ς αἰτίους τῆς γενέσεως τοῖς νεωτέροις. Ἐπαγωγῆς δὲ ἕνεκα ταῦτα ἔλεγε, πρὸς τὸ περὶ*

πλείονος ποιεῖσθαι τοὺς γονεῖς ἑαυτῶν. Haec quidem, notante Kustero, leguntur fere apud Diog. Laërt. VIII, 23. sq. qui auctorem, vnde hauserit, non nominauit, sed omnino dixit: λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν etc. Hic locus omnem dubitationem tollere videtur; Dicitur h. l. quo quisque ordine et loco habeatur; inductione generale decretum adstruitur; ipsa dictio Pythagorae tribuitur. At enim habet varias dubitationes. Primo enim haec non allata sunt, vt daemonum ordines doceantur; sed ordines isti allati sunt, vt decretum illud confirmetur; nec hoc decretum propositum, vt de daemonibus inde efficiatur aliquid, sed vt pietas erga parentes commendetur. Dii, daemones, heroes et homines exempli loco allati sunt; et quis nescit, quantum in eiusmodi exemplis afferendis auctores veteres et recentiores sibi licere putauerint? Alia substituunt, ea ipsa, quae afferunt, non ita afferunt, vt ab iis, quorum sententiam et decretum exponunt, proposita sunt; id curant, vt inde efficiatur, quod auctor iste efficere voluerit. Quis igitur, vel hanc vnam ob caussam, affirmabit, haec plane eodem modo a Pythagora esse exposita, quo hic leguntur. Deinde, si auctor huius fragmenti est Dicaearchus, quis negabit, multo facilius in hac rerum sub adspectum non cadentium memoria et expositione errare eum potuisse, praesertim quum opiniones de daemonibus variae essent; quam in expositione rerum sub adspectum cadentium et a nobis inspectarum? Quis non concedit, multo facilius aliquid falsi constitui potuisse, quum dicendum esset, quo sint daemones habendi loco, quam quum narrandum esset, quo sit loco vrbs posita, vtrum ad mare, an in media terra. Atque hac in re Dicaearchum esse lapsum, Ciceronis, qui istum maxime admirabatur, testimonio cognouimus. Epist. ad Att. VI, 2. Nihil igitur haec loca efficere videntur contra aurei carminis et veterum poëtarum auctoritatem. Atque omnino putauerim, inter Pythagoreos quoque fuisse varias de his ordinibus sententias. Iamblich. S. 31. ex Aristotele refert, ex libro de Pythagorica philosophia: διαίρεσίν τινα

τοιάνδε ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀποῤῥήτοις διαφυλάττεσθαι· τοῦ λογικοῦ ζῴου τὸ μὲν ἐστὶ θεὸς, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας, additque fortasse ipse Iamblichus: καὶ πάνυ εὐλόγως τοιοῦτον αὐτὸν ὑπελάμβανον, δι᾽ οὗ περὶ θεῶν μὲν καὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων καὶ κόσμου σφαιρῶν — ὀρθή τις καὶ ἐοικυῖα τοῖς οὖσι παρεσῆλθεν ἔννοια. Quemadmodum autem ista tripartita diuisio apud Aristotelem consentit cum iis, quae supra e Iamblicho, S. 175. attuli; ita, quae adiecta sunt, ordinem aurei carminis seruant. Antea vero Iamblichus S. 30. e Nicomacho (quae est Meinersii sententia p. 275.) attulit: καὶ μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν λοιπὸν κατηρίθμουν, ὡς ἀγαθόν τινα δαίμονα καὶ φιλανθρωπότατον, οἱ μὲν τὸν Πύθιον, οἱ δὲ τὸν ἐξ Ὑπερβορέων Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ τὸν Παιῶνα, οἱ δὲ τῶν τὴν σελήνην κατοικούντων δαιμόνων ἕνα. Restat, vt ad Diogenem accedamus. Quae habet VIII, 23. vidimus; idem vero VIII, 3. sq. (ex Alexandro, vid. §. 24.) de anima loquens: ἐκριφθεῖσαν δὲ αὐτὴν ἐπὶ γῆς, πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι, ὁμοίαν τῷ σώματι, τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν — καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον· τὰς δὲ ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν, μήτε ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ᾽ ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐριννύων. §. 32. εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων. καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι, καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας. — μέγιστόν δέ φησι τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι τὴν ψυχὴν πεῖσαι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, ἢ ἐπὶ τὸ κακόν· εὐδαιμονεῖν ἄνθρωπον, ὅταν ἀγαθὴ ψυχὴ προσγένηται. Quae quidem partim a Platone vel *etiam* vel *solo* sunt affirmata; vltimum vero a Xenocrate videtur repetitum.

Quae autem recentiores attulerunt, non *Pythagoreos*, sed *veterem philosophiam* nominantes, eiusmodi fere sunt: *Eustath.* ad Iliad. α, 4. Ἥρωας δὲ ἡ παλαιὰ σοφία γένος τι θεῖον εἶναι δοξάζει μέσον θεῶν καὶ ἀνθρώπων· καὶ τὸ μὲν θεῖον φῦλον εἰς θεοὺς διαιρεῖ καὶ δαίμονας, ὧν καὶ διαφορὰν λέγει, ὁποία φανήσεται ἀλλαχοῦ· τοὺς δὲ ἀνθρώπους εἴς τε ἥρωας· καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀνθρώπους καὶ ὑποβεβηκέναι μέν φησι θεοῖς δαίμονας, ἀνθρώπους δὲ ἥρω-

σιν, οὓς καὶ ἐκ θείου καὶ ἀνθρωπίνου σώματος φῦναι λέγουσιν. *Scholiastes Euripidis* ad Hecub. vſ. 164. θεοὺς ὑψηλότερόν τι τάγμα ἡγοῦνται τῶν δαιμόνων. ὃν γὰρ λόγον ἔχουσι οἱ ἥρωες πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες καὶ ὑπερέχοντες, τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ θεοὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες τούτων εἶναι. λέγονται δὲ καταχρηστικῶς θεοὶ καὶ οἱ δαίμονες. *Proclus* ad Heſiodi Ἔργ. l. l. ὄντας δὲ φύλακας τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων δαίμονας καλεῖ, παρὰ τὸ δαῆναι τὰ πάντα, ἢ μερίζειν τὰ ἀγαθὰ καὶ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις. Ὅμηρος δὲ δαίμονας τοὺς ἀνθρώπους οὐ καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς θεούς· ἢ οὕτως· εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν λογικὴν πᾶσαν φύσιν· τὴν μὲν πρώτην θεῶν· τὴν δὲ δευτέραν δαιμόνων· τὴν δὲ τρίτην ἡρώων· καὶ τὴν τετάρτην ἀνθρώπων. καὶ τὸ μὲν θεῖον ἡμῖν ἀνεπίμικτον· δαίμονας δὲ τοὺς ἐφορῶντας τὰ ἀνθρώπινα, ὡς καὶ Πλάτων φησί. Vbique apparet ſtudium illud, antiquis ſcriptoribus recentiorum distinctiones commodandi. Denique Tzetzes ad eundem Heſiodi locum: τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι] ἐπιφωνηματικὸς δὲ ὁ λόγος καὶ τολμηρός: θεοὺς ἐπιχθονίους [Cod. Viteb. ὑποχθ. male] λέγειν. δαίμονες γὰρ καὶ θεοὶ αὐτοὶ [Heinſ. οἱ αὐτοὶ] λέγονται κατά τινας. ἄλλοι δὲ διαιροῦσι τοὺς δαίμονας οὐσίας αὐτοὺς λέγοντες [Heinſ. λέγ. αὐτ.] εἶναι ἀσωμάτους, τὰ περὶ γῆν ὁρῶντας, καὶ ὑπὸ γῆν. τινὲς δὲ καὶ [deeſt καὶ Cod. Vit.] τὰς ψυχὰς τῶν ἀποβιούντων. ἥρωας δὲ καλοῦσι τοὺς ἐκ τοῦ ζῆν μεταστάντας. τὸ δὲ κρεῖττον, θεοὶ οἱ θεώμενοι καὶ βλεπόμενοι [κ. βλ. deeſt Heinſ.] καὶ ὁρώμενοι ἀστέρες καὶ τὰ στοιχεῖα, ἢ οἱ [οἱ deeſt Cod.] θέοντες καὶ τρέχοντες. δαίμονες δὲ αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις, καὶ αἱ ψυχαί, δαίμονες καὶ ἔμπειροι [Cod. Viteb. ἔμπυροι. non male] οὖσαι, ἢ δαΐζουσαι πάντα, καὶ διαμερίζουσαι [Heinſ. δαΐζ. κ. διαμ. πάντα] καὶ κρίνουσαι κατ᾽ ἀξίαν. ἥρωες δὲ οἱ ζῶντες, καὶ ὄντες ἀρετῆς τινος μέτοχοι. ἄνθρωποι δὲ οἱ ἄνω ἀθροῦντες [Cod. Vit. οἱ ἀναρθροῦντες] καὶ γινώσκοντες ἃ ὀπώπασιν. [Heinſ. ἃ ἀπώσασι]. In eodem Codice Vitebergenſi gloſſa inter lineas ad voc. δαίμονες habet: οἱονεὶ ἐπόπται, μέρισταὶ τοῖς ἀνθρώποις τῶν καλῶν καὶ τῶν κακῶν.

Haec hactenus. Vizzanius vero pag. 200. „Veterum tamen placita philoſophorum qui noſſe exoptat, ea late penes Platonem, ac Plotinum, ac Proclum tra-

dita reperiet, et ab Iamblicho de vita Pythagorae, et de myſteriis, ac Pſello de daemonibus, nec non ab Hierocle in carm. Pythag. omniumque poſtremus, phyſice ac Peripatetice procedendo, de iis abunde diſſeruit Sueſſanus in tractatu de daemonibus, ac nonnulla ingenioſe Scaliger praedicto loco expreſſit.“ De Pythagoreorum daemonibus cf. Meiners. Geſch. der Wiſſ. Gr. u. Roms T. I. p. 541. ſqq. et 562-564. Tidemanni Erſte Philoſ. Griechenl. pag. 401. ſqq. Brucker. Hiſt. crit. Philoſ. T. I. p. 1081. ſq. Harleſius ad carm. aur. in Anthol. poët.

4. ὁ λόγος συμβιβάζει.) Nogarola: *Siquidem vere praeſcribit ratio.* Vizzan. *ſi quidem vere ratio cohaeret.* Battaeſius: *car il eſt prouvé et démontré par le raiſonnement, que le monde a toûjours exiſté, non ſeulement avec ſes grandes parties, mais avec les parties de ſes parties.* D'Argenſ. *puisque nous avons prouvé.* Et hae verſiones omnes aperte ſunt e contextu effectae, coniectura quadam. Significatio τȣ̃ *docere* videtur maxime apta contextui, ſed haec vereor, ne ad graecitatem Alexandrinam ſit referenda; quare accuratius de hac vocula agendum. συμβιβάζω ex analogia τȣ̃ ἀναβιβάζω, ἀποβιβάζω, διαβιβάζω, ἐμβιβάζω etc. *proprie* et *primo* eſt: *facio, vt conueniat vel conueniant, congero, confero, cogo,* vt in formula, *cogere ſenatum.* Sed pro rerum, quae tali modo ſiue componuntur et coguntur, ſiue conferunt et cogunt, natura non quidem varias habet *ſignificationes*, ſed aliis atque aliis aliarum linguarum vocabulis reddendum eſt. 1) συμβιβάζειν *animos*, et quidem *partim* ad conſenſum cogitationis, vt conſentiant in re, quae in quaeſtionem cadit et cogitando efficitur. Sic legitur apud Platonem de Republ. VI. p. 110. T. VII. Bip. Μνημονεύεις μέν που, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι, συνεβιβάζομεν δικαιοσύνης τε πέρι, καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας, καὶ σοφίας, ὃ ἕκαστον εἴη. Timaeus in Gloſſ. ad h. l. reſpiciens explicauit: εἰς συμβίβασιν καὶ ὁμολογίαν ἐλθεῖν περὶ τινός, et Ruhnken. „Hic enim συμβιβάζειν neutraliter poſitum eſt, exemplo

non facile alibi reperiundo." Stephanus quoque Thesauro, T. I. p. 657. neutraliter positum putauit; ego vero rationem idoneam non video; vertendum potius: *wir suchten darüber einig zu werden, was Gerechtigkeit etc. sey.* *partim*, ad voluntatis reconciliationem, vt amicitiam, pacem, et pactum faciant; sic Herodot. I, 74. οἱ δὲ συμβιβάσαντες αὐτοὺς (sc. Λυδοὺς et Μήδους) ἦσαν οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος ὁ Βαβυλώνιος· οὗτοί σφι καὶ τὸ ὅρκιον οἱ σπεύσαντες γενέσθαι ἦσαν, καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν. cf. Paulus ad Coloss. II, 2. alia loca a Stephano allata sunt. 2) συμβιβάζειν *corpora*, compingo, coagmento. cf. Paulus Apost. ad Coloss. II, 19. Ephes. IV, 16. quamuis ibi corpus metaphorice dicitur. 3) συμβιβάζω *cogitata, notiones, res cogitatas compono*, *partim* inuestigando et examinando. Plato Hippia min. pag. 211. Bip. T. III. καὶ ἐπιθυμῶν μαθεῖν ὅ, τι λέγει, διαπυνθάνομαι καὶ ἐπανασκοπῶ καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα, ἵνα μάθω. Huc referri quoque potest locus supra e libro VI. de Republica allatus, et Aristoteles Topic. VIII. c. 2. pag. 386. C. πολλαὶ δὲ τῶν θέσεων μὴ καλῶς ἀποδιδομένου τοῦ ὁρισμοῦ, οὐ ῥᾴδιον διαλέγεσθαι καὶ ἐπιχειρεῖν· οἷον πότερον ἓν ἑνὶ ἐναντίον, ἢ πλείω. ὁρισθέντων δὲ τῶν ἐναντίων κατὰ τρόπον, ῥᾴδιον συμβιβάσαι, πότερον ἐνδέχεται πλείω τῶν αὐτῶν εἶναι ἐναντία, ἢ οὔ. vbi verti potest, colligere, definire, sed etiam inquirere; supra ἐπιχειρεῖν. *partim* demonstrando, probando, contendendo. Arist. Topic. VII, 3. pag. 376. E. ἀναιροῦντι μὲν οὖν ἀπόχρη πρὸς ἕνα διαλεχθῆναι· ἓν γὰρ ὁποιονοῦν ἀνασκευάσαντες, ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸν ὅρον· κατασκευάζοντι δὲ πάντα ἀνάγκη συμβιβάζειν, ὅτι ὑπάρχει τὰ ἐν τῷ ὅρῳ. cf. pag. 378. C. et Rhetoric. ad Alexandr. c. 36. pag. 776. de laudatione hominis e genere eius petita disserens: ἐὰν δὲ μηδὲν ἀπὸ τῶν προγόνων ἔνδοξον ὑπάρχῃ, λέγε, ὡς αὐτός ἐστι γενναῖος, συμβιβάζων, ὡς εὖ γεγόνασι πάντες οἱ πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότες. affirmando, contendendo, statuendo; quae significatio etiam obtinet Actor. Apost. c. IX, 22. Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Denique coniiciendo, colligendo, conclu-

dendo. cf. Actus Apoſtol. c. XVI, 10. Notio denique *docendi, inſtituendi et reddendi prudentem et ſapientem*, (quae occurrit in ſacris litteris, velut Ieſaiae c. XL, vſ. 14. vbi אֶת־מִי נוֹעָץ וַיְבִינֵהוּ vertitur: ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο; καὶ συνεβίβασεν αὐτόν: cf. vſ. 13. et 1. Corinth. II, 16.) a notione coagmentandi et componendi ducta videtur. Neſcio enim, qui factum ſit, vt, quum ſapientia debeat ſubtilis eſſe, et acuta, tamen a condenſatione quoque apud Graecos prudentia ſit nominata. Ita apud Homerum ſaepe πυκινὸς prudens. Lucian. de Scrib. hiſt. c. 43. ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω καὶ πυκνός. vbi in Indice conieci, πυκνὸς fortaſſe idem eſſe, quod *prudens*, quam ſententiam nunc confirmo loco Platonis de Republ. VIII. p. 233. T. VII. τοῦτο πυκνῆς διανοίας ἐχόμενον ἐφθέγξατο. Sed tempus eſt redeundi ad Ocellum, apud quem *componendi et cogendi* ſignificatio quoque obtinere videtur; ſenſus: ſi vere ratio componit haec, cogit, vera eſſe ſtatuit; et ita Cicero vocula *cogere* vſus eſt, de Nat. Deor. III, 13. *Innumerabilia ſunt, ex quibus effici, cogique poſſit, nihil eſſe, quod ſenſum habeat, quin id intereat.* Graeci recentiores hoc ipſo ſignificatu ſolent dicere συνάγειν. Diog. Laërt. VII, 78. (λόγοι) οἱ συνάγοντες μὴ συλλογιστικῶς. Lucian. de Scrib. Hiſt. c. 16. et 17.

§. 4.

1. Accedit auctor ad ſoluendas obiectiones contra ſuam ſententiam mouendas, monetque, partium terrae mutationem non impedire, quo minus tota maneat.

2. ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τῆς θαλάσσης etc.) ἀνάχυσις explicatur ab Heſychio φυρμὸς, βλακεία, ſed hoc nihil ad noſtrum locum; ſed ad 1. Petr. IV, 4., quod ibi annotarunt Viri Docti. Ἀνάχυσις· φυρμὸς, σύγχυσις, ἢ καὶ ἔκλυσις. Phauorin. Sed hoc quoque alienum. Pertinet huc Strabonis explicatio Libro III. pag. 206. Alm. λέγονται δὲ ἀναχύσεις αἱ πληρούμεναι τῇ θαλάττῃ κοιλάδες ἐν ταῖς πλημμυρίσι, καὶ ποταμῶν δίκην ἀνάπλους ἐπὶ τῶν [lege τὴν] μεσόγαιαν ἔχουσαι, καὶ τὰς ἐπ᾽ αὐτῆς πό-

λεις, et p. 142. ποιοῦσι δὲ τοῦτο οἵ τε ποταμοὶ καὶ αἱ ἀναχύσεις, ὡς εἶπον, ἐμφερεῖς τοῖς ποταμοῖς οὖσαι, καὶ ἀναπλεόμεναι παραπλησίως ἐκ θαλάττης, οὐ μικροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις σκάφεσιν εἰς τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ πόλεις. De magnis autem terrae mutationibus aquarum redundatione ortis conf. *Auctor* libri de Mundo, c. 4. p. 1212. *Philo* in libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, pag. 745. E. ſqq. et pag. ſqq. quae repetuntur fere ad verbum in libro περὶ κόσμου, qui eidem tribuitur, pag. 903. F. *Strabo* Lib. I. pag. 83. ſqq. *Caſaubon.* ad Strabon. pag. 94. n. 1., *I. C. Schwartz* ad Cellarii Geograph. ant. T. I. pag. 954. *Scholia* ad Hom. Iliad. α, vſ. 10. in primis etiam *Origenes* contra Celſum, Libr. I. pag. 337. C. ſq. Tom. I. edit. Delarue, et *Vizzanius* ad h. l. qui laudauit Ouid. Met. XV. [conf. vſ. 262-294. et quos ad v. 293. attulit Gierigius] Tacitum Annal. II. [pag. 60. vid. Lipſii n. 131.] Plinium Hiſt. Nat. L. II. c. 84. et 86. Ariſtot. Mirab. Auſc. c. 82. et Platonem in Timaeo. [T. IX. pag. 296. ſq.]

3. ὅτε δὲ καὶ — ἐπιφερομ.) Antiquiſſimos ſiue ſapientes, ſiue philoſophos, in explicandis terrae motibus, aliisque eiusmodi mutationibus, operam ſuam collocaſſe, ſatis notum eſt; ſed opinionum iſtarum expoſitionem ſentio eſſe longiorem, cf. Ariſtot. Meteor. II. c. 7. vbi de Anaxagora, Anaximene et Democrito dixit, et cap. 8. vbi ipſe hac de re diſſeruit; et de Plantis II. c. 2. pag. 1058. A. adde Auctorem de Mundo, c. IV. pag. 1211. C. Plutarch. de decretis Philoſ. Phyſ. III. c. 15. Senec. Nat. Quaeſt. VI. c. 5-18.

4. παντελὴς δὲ φθορὰ — ἔσται ποτέ.) Tam confidenter dicit, quia ſibi viſus eſt ſupra docuiſſe, mundum, vt nunc eſt, ita ſemper fuiſſe et futurum eſſe eadem conformatione et adornatione. Nemo a me interprete refutationem huius ſententiae exſpectabit, nemo eam deſiderabit; quisque enim facile videbit, primo concluſionum vim tantam non eſſe; deinde, ſi vel maxime ex *iſta* notionum conformatione ſequeretur, ſtatui et cogitari non poſſe, mundum ita

informatum esse periturum; hoc tamen ex animo nostro ad rerum naturam ipsam non debere transferri, quum ita tantum disceremus, quid, admissa ista notionum conformatione, constanter dicatur, minime vero, quid naturae afferat necessitas.

§. 5.

Illustrantur hac sectione antecedentia, et tota dissertatio de aeternitate rerum fere concluditur.

1. Ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν) Quid? hic iam historiae nomen, quum etiamnum apud Platonem μῦθος ponatur pro historia? Plato enim de Legg. III. p. 153. T. VIII. ὁ γὰρ μύθων ἕνεκα διεξέρχομαι· dixerat autem de rebus Persicis, de Cyro, Cambyse, Dario, quae ad fabulas non possunt referri; aliisque in locis habet λόγους. Sed hoc nihil contra vocabuli antiquitatem efficere, vel sola docet Herodoti auctoritas. Quid, quod Plato ipse Phaedone c. 45. pag. 402. Fisch. scripsit: ἐγὼ γὰρ — νέος ὢν, θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. Ἑλληνικὴ autem ἱστορία dicitur omnino historia Graecorum, non tantum eorum, qui antiquissima aetate Ἕλληνες vocabantur. vid. Thucydid. Lib. I. cf. Eustath. ad Iliad. α, vs. 2. et Heynius atque Koeppenius a Müllero ibi laudati. Caeterum mirifice lapsus est Nogarola, quum annotaret: „Plinius tamen, ciuis meus, Cadmum Milesium primum historiam condidisse tradit. Lib. VII. [c. 56.]"

2. Ἰνάχου τοῦ Ἀργείου) Scholia Codicis Vitebergensis ad Aeschyli Prometh. vinct. vs. 637. ita: Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος υἱὸς Ἴναχος, [cf. Apollodor. bibl. II, c. 1. §. 1.] θυγατέρες δὲ Ὠκεανίδες νύμφαι λεγόμεναι, τοῦ δὲ Ἰνάχου θυγάτηρ Ἰώ. διὰ τοῦτο οὖν τὰς Ὠκεανίδας ἀδελφὰς τοῦ Ἰνάχου φησίν, et Scholia ad Euripid. Orest. vs. 930. Ἴναχος αὐτόχθων, πρῶτος βασιλεὺς Ἄργους, δεύτερος Πελασγὸς, τρίτος Δαναὸς ὁ Βήλου. (qui cur ita numerentur, caussa et ratio est in textu Euripidis; neque enim

Scholiastes voluisse videtur, eos tali modo se *proxime* excepisse.) μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐν ὄρεσιν οἰκέντων τῶν Ἀργείων, πρῶτος αὐτὲς συνῴκισεν Ἴναχος, καὶ λιμνάζομενον τὸ περὶ τὸν Ἴναχον πεδίον αὐτὸς ἐκαθάρισεν, καὶ ἐπὶ γῆς τινος ποιησάμενος τὸν ποταμὸν, ἀφ᾽ ἑαυτὲ Ἴναχον ἐκάλεσεν, καὶ τὸ Ἄργος (sc. postea sic dictum) Ἰνάχιον. Ἰνάχου δὲ καὶ Μελίας Φορωνεὺς καὶ Πηγεὺς [ad vs. 1247. vocatur Φηγεύς.] ἐγένοντο. Φορωνέως δὲ καὶ Παθὲς ἐγένετο Αἰγιαλεὺς καὶ Ἄπις. [Sic etiam vs. 1247. vbi ἴσχει δὲ παῖδας ἐκ Παθὲς, Αἰγιαλέα, Ἄπιν, Εὐρώταν (Basil. edit. anni 1544. Εὐρώπαν) Νιόβην. ex quo loco corrigenda sunt, quae statim sequuntur. Apollodorus tamen Bibl. II, 1. Aegialea non filium facit Phoronei, sed fratrem, et Inachi atque Meliae filium. cf. Schol. ad Iliad. α, 30.] ὅθεν Ἀπία. ἀπὸ δὲ Εὐρώπης Νιόβη. Νιόβης δὲ Ἄργος. Ἄργου δὲ Κρίασος, Ἔκβασος, Πέρανθος (Basil. Πέρασος) Ἐπίδαυρος, Τίρυνς. Κριάσῳ δὲ ἀπὸ Μελανθοῦς ἐγένετο Φόρβας καὶ Κλεόβοια. Φόρβαντι δὲ ἐκ τῆς Εὐβοίας ἐγένετο Τριόπας. Τριόπα δὲ ἐκ Σωΐδος ἐγένοντο δίδυμοι μὲν Πελασγὸς καὶ Ἴασος, νεώτεροι δὲ Ἀγήνωρ καὶ Ξάνθος. ὁ δὲ Πελασγὸς πρῶτος ἀγροῦ κατασκευὴν ἐξεῦρε, πάλαι τῶν ἀνθρώπων τοῖς δράγμασι σιτουμένων, καὶ Πελασγικὸν τὸ Ἄργος ὠνόμασεν. Ἰάσου δὲ καὶ Λευκάνης Ἰὼ ἐγένετο. [cf. Scaliger. ad Euseb. Chron. pag. 28. b.] Ἐπάφου δὲ Λιβύη καὶ Τηλέγονος. Λιβύης Βῆλος καὶ Ἀγήνωρ. Βήλου δὲ Αἴγυπτος καὶ Δαναός. Huius successionis varietatem nunc non curo; sed Phoronea primum hominem dici, id huc pertinet, et docendum. Clemens Alexandr. Strom. I. pag. 321. A. Ἀκουσίλαος γὰρ Φορωνέα πρῶτον ἄνθρωπον γενέσθαι λέγει· ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς εἶναι αὐτὸν ἔφη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων. ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ κατακολουθήσας Ἀκουσιλάῳ γράφει. (T. IX. pag. 290.) καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε τῇ πόλει τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖ, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νεώβης, καὶ τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμόν. ex quo loco Timaeus Platonis poterit corrigi, vt e Timaeo Clemens. Factum autem illud arbitror, vt primus homo Phoroneus vocaretur, non quia negassent, Phoroneum esse Inachi filium, sed

quia Inachum non hominem putarent, ſed fluuium. cf. Marsham Canon. Chron. p. 84. Inde autem factum, vt ab eo vltima temporum computatio procederet. Vide Illuſtr. Heynium ad Apollodor. pag. 240. Non defuerunt tamen, qui ab ipſo Inacho originem repeterent, quod idem nos docet Alexandrinus Clemens, Str. I. pag. 320. C. *Κατέσκαψε δὲ τὴν Ἀθυρίαν Ἄμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἴναχον, ὡς ἐν τοῖς χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἔτος ἱερεὺς μὲν ἦν· τὰς δὲ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέων πράξεις ἐν τρισὶν ὅλαις ἐκθέμενος βίβλοις, κατὰ Ἄμωσιν φησὶν Αἰγύπτου βασιλέα Μωσέως ἡγουμένου, γεγονέναι Ἰουδαίοις τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν. ἐξ ὧν συνῶπται, κατὰ Ἴναχον ἠκμακέναι τὸν Μωσέα. παλαίτερα δὲ τῶν Ἑλληνικῶν τὰ Ἀργολικά, τὰ ἀπὸ Ἰνάχου λέγω, ὡς Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει. τούτων δὲ τεσσαράκοντα μὲν γενεαῖς νεώτερα τὰ Ἀττικά, τὰ ἀπὸ Κέκροπος τοῦ διφυοῦς δὴ καὶ αὐτόχθονος, ὥς φησι κατὰ λέξιν ὁ Τατιανός. ἐννέα δὲ τὰ Ἀρκαδικὰ τὰ ἀπὸ Πελασγοῦ· λέγεται δὲ καὶ οὗτος αὐτόχθων. τούτων δὲ ἄλλα πεντήκοντα δυοῖν νεώτερα τὰ Φθιωτικά, τὰ ἀπὸ Δευκαλίωνος. εἰς δὲ τὸν χρόνον τῶν Τρωϊκῶν, ἀπὸ Ἰνάχου γενεαὶ μὲν εἴκοσι ἢ πλέους διαριθμοῦνται, ἔτη δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τετρακόσια, καὶ πρόσω.* et pag. 341. B. *ἄλλοι δὲ μέχρι τῆς Κομόδου τελευτῆς ἀριθμήσαντες ἀπὸ Ἰνάχου καὶ Μωσέως ἔτη ἔφασαν γίνεσθαι β' ω' μ' β'. οἱ δὲ β' λ' κ' α'.* h. e. MM.DCCCXLII. et CIↃCIↃↃ CCCCXXI. Et iſta quidem computatio, quae ab Inacho et Phoroneo procedebat, fortaſſe antiquior fuit, vt ex Ocelli loco et Platone coniicere licet. Aliam tamen exhibuit Euſebius in Chronico, qui quidem Sicyoniorum reges Inacho antiquiores haud paucos recenſuit. Conf. p. 23. p. 76. ſqq. et p. 82. et Scaligerum p. 18. Scripſit autem pag. 23. *Δευτέρα μετὰ τὴν Σικυωνίων βασιλείαν κατὰ τὴν Εὐρώπην λέγεται γενέσθαι καὶ αὐτὴ ἀρχαιοτάτη ἡ τῶν Ἀργείων χρόνοις ὕστερον ὀνομαζομένων ἀπό τινος Ἄργου βασιλεύσαντος. Ταύτης πρῶτος Ἴναχος ἐβασίλευσεν ἔτη η. ἀφ' οὗ ἡ χώρα πρῶτον Ἰναχία ἐλέγετο, ἕως Ἄργου.* etc. Clemens Alexandr. vero pag. 321. *Ἦν δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, κατὰ μὲν Φορωνέα τὸν μετὰ Ἴναχον ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμὸς καὶ ἐν Σικυῶνι βασιλεία, πρώτου μὲν Αἰγιαλέως, εἶτα Εὔρωπος,*

ἅτα Τελχῖνος, καὶ ὁ Κρητὸς ἐν Κρήτῃ. Atque ita ſatis apparere putauerim, qui factum ſit, vt Ocellus rerum Graecarum originem ab Inacho repeteret. Cf. etiam Marsham Canon. Chron. pag. 15. et Plinium Lib. VII. [c. 56.] atque Syncellum pag. 68. A. ibi laudatum.

3. *προσεκτέον οὕτως.*) Nogarola: *Quod dicitur, hiſtoriam Graecam ab Inacho Argiuo initium duxiſſe, ſic eſt interpretandum.* immo vero: *ita* ſunt audiendi, *ita* ad eorum ſententiam eſt accedendum, eique adhaerendum, *ſi* illud non de prima origine dicatur. etc. Sic Ariſtot. Topic. II, 2. pag. 277. C. οὐκέτι προσεκτέον τοῖς πολλοῖς. non amplius audiendi ſunt, eorum iudicium non amplius ſequendum eſt. Philoſtrat. Vita Apoll. Tyan. I, 3. οὐ γὰρ Μοιραγένει τε προσεκτέον, βιβλία μὲν ξυνθέντι ἐς Ἀπολλώνιον τέτταρα, πολλὰ δὲ τῶν περὶ τὸν ἄνδρα ἀγνοήσαντι. h. e. qui in multis rebus, ad hunc virum pertinentibus, *errauit*, non: qui multa *neſciuit.*

4. *κατ' αὐτήν*) In ea, ſc. κατὰ τὴν Ἑλλάδα, quod vocabulum e coniugato ſupplendum eſt. Supra §. 4. κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς.

5. *πολλάκις γὰρ — ἡ Ἑλλὰς*) i. e. ea terra, quae nunc Hellas vocatur, ſaepe iam habuit incolas non Graecos, ſaepe tales habebit; Graecos ſi dixeris non eos, qui Graecam terram incolant, ſed qui a maioribus Graecis originem et nomen ducant; qui ſint eiusdem gentis. Quod ad rem ipſam attinet, paſſim apud ſcriptores multarum magnarumque mutationum etiam Graeciae mentio fit. Conf. Plato, Timaeo T. IX. pag. 291. ſqq. quocum loco conferendus Platonis alius De Legibus Lib. III. pag. 106. ſq. Ioſephus contra Apion. Lib. I. pag. 1034. B. τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων.

6. *ὑπ' ἀνθρώπων — μετανάστατος.*) ἀνάστατος de *hominibus* dicitur. Iſocrat. Paneg. c. 9. ἡγεμονίαν —

μᾶλλον συμφέρουσαν τῆς τὰς μὲν βαρβάρους ἀναστάτους ποιησάσης etc. c. 31. οἱ τὰς ὁμήρους ἀναστάτους ποιήσαντες. Herodot. I, 76. Συρίους — ἀναστάτους ἐποίησε. cf. c. 97. aliosque eiusdem auctoris locos; mirum igitur non eſt, quod etiam de *ciuitatibus* dicitur; vt apud Lycurgum adv. Leocrat. c. 15. pag. 144. ἔτι δὲ ἐκ μὲν τῆ κακῶς πράττειν τὰς πόλεις, μεταβολῆς τυχεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον εἰκός ἐστιν, ἐκ δὲ τῆ παντάπασιν γενέσθαι ἀνάστατον, καὶ τῶν κοινῶν ἐλπίδων στερηθῆναι, et ſtatim: εἰ γὰρ δεῖ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, πόλεως ἐστι θάνατος ἀνάστατον γενέσθαι. Iſocrates Paneg. c. 27. ἡ πόλις ἡμῶν — ἀνάστατος γενομένη. Adde Xenoph. Mem. Socr. IV, 2, 29. Sed dicitur etiam de *vrbibus* et *regionibus*, et de vrbibus quidem conferatur Iſocrat. Paneg. c. 35. Herodot. I, 155. ἀναστάτους τὰς Σάρδις. de regionibus Herodot. I, 177. τὰ μὲν νῦν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε. Eſt autem hoc idem, quod Plato his verbis eſt elocutus: παλαιὰ γάρ τις ἐξοίκισις ἐν τῷ τόπῳ γενομένη τὴν χώραν ταύτην ἔρημον ἀπείργασται χρόνον ἀμήχανον ὅσον. De Legg. IV. T. VIII. pag. 162. Quod hic Compoſitum legitur, id ſerioris Graecae linguae aetatis, compoſitionum amantioris, indicium videri poteſt. Sed videri *tantum*. Legimus enim apud Homerum Iliad. π, 59. — ὡσεί τιν᾽ ἀτίμητον μετανάστην, vbi Scholia: μέτοικον, φυγάδα. μέτοικοι δὲ λέγονται οἱ καταλιπόντες τὴν ἰδίαν πόλιν, καὶ ἄλλην οἰκοῦντες. Duplicem igitur cauſſam attulit Graeciae ſaepius euerſae et euertendae; homines ex aliis regionibus irrumpentes atque incolas ſedibus ſuis excitantes et mouentes; deinde φύσιν, naturam, ſeu ordinem naturalem; quo referenda ſunt ea, quae §. 4. ipſe auctor attulit.

7. ἀλλὰ καινοτέρας ἀεί) Comparatiuus poſitus videtur loco Poſitiui. Vid. Fiſch. ad Platon. Euthyphr. c. 1. n. 1. Eiusmodi παλιγγενεσίαι et renouationes rerum haud ignotae fuerunt philoſophis veteribus. De Xenophane Eleatico ita Pſeudo-Origenes Philoſophum. c. 14. fin. ταῦτα δέ φησι γενέσθαι, ὅτε πάντα ἐπηλώθησαν πάλαι, τὸν δὲ τύπον ἐν τῷ πηλῷ ξηρανθῆναι, ἀναιρεῖσθαι δὲ τὰς ἀνθρώπους πάντας, ὅταν ἡ γῆ κατεν-

ἐχθεῖσα εἰς τὴν θάλασσαν, πηλὸς γένηται, εἶτα πάλιν ἄρχεσθαι τῆς γενέσεως, καὶ τοῦτο πᾶσι τοῖς κόσμοις γίνεσθαι καταβάλλειν. Conf. Tidemann. Tom. I. pag. 159. Illud οὐ μείονος οὐδὲ μείζονος etc. auctor adiecit, vt moneret, his partium mutationibus non obſtantibus, Totius et Vniuerſi aeternitatem poſſe intelligi et affirmari.

8. πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν) „*Et ratione noſtri principium ſumit.*“ Nogar. Senſus eſt *aut*: initium habuit, prout nos rem nobis cogitamus; *Per ſe* quidem initium ipſi tribui non poteſt; ſed ad nos ſi referamus. Nos quidem cogitamus et dicimus, initium id habuiſſe. Ita remoueretur contradictio oriunda, quum ſupra ἀρχὴν negaſſet; *aut*: originem cepit ad nos pertinentem; is ſtatus rerum, in quo ipſi ſumus, velut haec Graeciae adornatio, originem cepit. Prius praefero; non ſolum propter ſermonis conſuetudinem: Ariſtot. Phyſ. III. t. 54. καὶ ταῦτα οὐ μόνον πρὸς ἡμᾶς, καὶ θέσει, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὅλῳ διώρισται, conf. Phyſic. IV. t. 5. verum etiam, quia auctor haec non de ſingulis partibus mutationi obnoxiis, ſed de tota rerum natura affirmavit, id quod alteram explicandi rationem plane alienam eſſe oſtendit.

9. περὶ μὲν οὖν etc.) Vizzanius nouam hic ſectionem conſtituens in ea inſcripſit: *elegans dictorum in tribus hisce capitibus epilogus.* Omnis autem tractatio, ſupra c. I. §. 1. promiſſa, hic videri poteſt finita; nemo certe quicquam deſideraret, ſi vel totum caput, quod ſequitur, abeſſet.

10. ἀεικινήτου — ἀειπαθοῦς) „Confundit ſiquidem auctor *mouere* et *agere*, ac *moueri* et *pati*, quoniam maxima in iis terminis occurrat affinitas, licet, vt obſeruauit Ariſtoteles 1. *de Gen.* 45. in hoc differant, quod mouere vniuerſalius quidpiam ſit, quam agere; et moueri, quam pati: quum enim actio opponatur paſſioni, et haec in ſola contingat alteratione per paſſibiles qualitates: actio pariter has tan-

tum respiciet, dum contraria idem subiectum expetant, 5. *met.* 16. quare quum motus extra has etiam vigeat, nam et in aliis contingit praedicamentis, 5. *phys.* 18. quid certe vniuersalius complectetur vox mouere, quam agere: et moueri, quam pati, vt omne agens sit mouens, non e conuerso.“ Vizzanius p. 207.

11. *κυβερνώσης*) Referendum ad partem supra lunam, quam *τὸ ἀεικίνητον* vocauit. Conf. Fragmentum e libro de Legibus supra pag. 51. Aristot. Phys. III. t. 30. (*τὸ ἄπειρον*) *δοκεῖ καὶ περιέχειν ἅπαντα, καὶ πάντα κυβερνᾷν, ὥς φασιν ὅσοι μὴ ποιοῦσι παρὰ τὸ ἄπειρον ἄλλας αἰτίας.* Eadem metaphora Aristot. Meteor. I. c. 2. *ἔστι δ' ἐξ ἀνάγκης συνεχὴς πως οὗτος ταῖς ἄνω φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν·* quem locum Vizzanius attulit. Translatio a nauium rectoribus ad rectores rerum publicarum satis antiqua est, et valde vsitata, vid. Schützius ad Aeschyli Sept. c. Th. vs. 2. Vol. I. pag. 208. apud Pythagoreos idem vocabulum ad rerum omnium rectorem et caussam translatum passim deprehendi.

Capvt IV.

Vltimam hanc libelli particulam, de procreatione et educatione subolis exponentem, Vizzanius totius tractationis partem posteriorem esse voluit, eamque *partis politicae* nomine nouo titulo exornauit et separauit, quemadmodum superiora capita *partis physicae* nomine comprehendit. Tria hic monenda; Ocellus ipse hoc discrimen non videtur tam distincte concepisse, vt duas voluerit esse libelli sui partes; is potius ad aeternitatem Totius retulit omnia, quae quidem aeternitas in genere humano procreatione sustentetur. Conf. §. 2. Admista quidem sunt alia, praestabilia quidem, ad caussam tamen ita institutam non necessaria; sed hoc in tali scriptore parum videtur esse curan-

dum. *Deinde*, quod *politicam* hanc partem vocauit Vizzanius, id ita probandum eſt, ſi de modo inueniendi et probandi conſilia et praecepta intelligatur. Ocellus enim, vt doceat, quid agendum ſit atque fugiendum, ſemper oculos figit in hominum ſocietatem; id, quod toti communitati conducit, appetendum eſt et probandum; quod eidem nocet, reiiciendum. Ita enim verſati ſunt et verſari debebant antiquiſſimi philoſophi et paene legislatores; nam nondum homines abundabant legibus ſapientibus; nondum vita humana tot inſtructa erat conſiliis ſalutaribus e ſermonibus aliorum, e poëtis, e philoſophis, ex hiſtoricis et oratoribus repetendis. Itaque non in eo elaborandum iſtis fuit, vt rationem et fundamentum eiusmodi praeceptorum et conſiliorum inueſtigarent; ſed in eo operam collocare ſuam debebant, vt ſapienti vitam conſilio monerent. Quocirca non detinebantur diſputationibus, *cur* recte honeſteque viuendum ſit, ſed quaerebant, *quid* vnicuique ſit agendum; quod vt inuenirent, non poterant ſingulorum reſpicere commoda, tanquam ſingulorum; in loco potius magis edito ſe collocare, et aut omnem ciuitatem ſuam, aut omne genus hominum animo debebant comprehendere, vt, comparatis inter ſe et perpenſis variis diuerſisque hominum ſingulorum ſtudiis, ea quidem relinquerent et concederent, quae cum ſalute totius coniuncta eſſent; ea vero, quae confuſionem effectura aut interitum allatura viderentur, partim tolli, partim alio dirigi iuberent. Hinc factum eſt, vt antiquorum philoſophorum diſſertationes ad moralem rationem pertinentes politicae potius, quam morales, eſſe videantur. *Denique*, quod ſupra (ad C. III. §. 5. n. 9.) monui, hoc caput, ſi abeſſet, neminem eſſe deſideraturum, id non ita dico, quod aut ſuppoſititium, aut pro alio auctoris libro habendum putem. Prius enim propterea probabile non eſt, quia, ſi qua in parte huius libelli antiquitatis manifeſta indicia inſunt, ea in hac ſane reperiuntur; poſterior vero ſententia aeque improbanda, quia initium huius capitis cum fine capitis tertii arctiſſime cohaeret.

Ita

Ita autem diſſertationem ſuam auctor inſtituit, vt, allato cognoſcendi principio, (quemadmodum ſupra I, 1.) tanquam fundamenti loco iaceret decretum, non voluptatis cauſſa, ſed ad procreationem ſubolis, Venere eſſe vtendum. §. 1 - 5. Deinceps egit de electione coniugis, §. 6 - 8. atque praecepta dedit ad liberorum procreationem pertinentia §. 9 - 13. quibus adiecit diligentis eorumdem educationis commendationem, §. 14.

§. 1.

1. *ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γεν.*) Oppoſitum eſt c. 3. §. 1. *Ἀνθρώπου δ᾽ ἀρχὴ γενέσεως πρώτη.* Philo de mundo non interituro. pag. 943. D. Francof. *Λέγουσι γὰρ, ὅτι ἡ ἐξ ἀλλήλων γένεσις ἀνθρώπων νεώτερον φύσεως ἔργον. ἀρχεγονώτερόν τε καὶ πρεσβύτερον ἡ ἐκ γῆς, ἐπειδὴ πάντων μήτηρ ἐστὶ καὶ νενόμισται.*

2. *ὅπως τε καὶ ἐκ τίνων· ἔσται*) *ὅπως* videtur pertinere ad §. 1 - 8. *ἐκ τίνων* vero ad §. 9. ſqq.

3. *νόμῳ τε καὶ σωφροσύνης* etc.) *Lege*, i. e. ſecundum legem; adiuuante, i. e. idem iubente, temperantia et religione ſeu pietate; quare non eſt, cur cum Siebenkeeſio legamus *νόμον.* „Dicitur vero temperantia plurimum legi conferre in matrimoniis, quatenus lex quidem vagos arcet concubitus, et matrimonia fouet, non tamen inter coniuges determinatam coitus ſtatuit vel prohibet frequentiam, quam nobis cum dictet temperantia, et rarus Venereorum vſus multum foetus conducat productioni, vt infra obſervabimus, iure dicit quoad humanam generationem legem a temperantia praeſidia captare.“ Vizzanius pag. 210.

4. *ὁσιότητος*) „Quid tamen rei pietati cum concubitu, qui ad generationem dirigitur, ac praecipue penes Ethnicum? Dicendum, pietatem ab Ocello ideo exigi, dum inferius in locis ſacris venereorum vſum

velit prohibere; qui enim ibi exerceretur concubitus a pietate longe abhorreret; honorem enim Deo praestitum respicit pietas, ac praecipue penes Pythagoreos. Pythagoreus Clinias dicebat: vid. Stobaeus Serm. I. [pag. 8. l. 23. sqq. apud Galeum in Opusc. pag. 688.] *διδάσκειν ὦν δεῖ τὼς νέους ἐξ ἀρχᾶς τάν τε θεῶν τιμὰν, καὶ τὰν τῶν νόμων. ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον, καὶ βίος ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξει.* Hic vero Deorum cultus certe corrueret, si in locis Deo peculiari quadam ratione consecratis impudici actus exercerentur.“ Vizzanius pag. 210. Aliae rationes facile apparebunt sequentia considerantibus, in quibus auctor obedientiam praeceptis praestandam a Deorum Daemonumque voluntate et approbatione repetit.

5. διαλαβεῖν) Sc. δεῖ. D'Argens. *mot à mot et d'abord il faut convenir* etc. immo *cogitare*, vt Nogarola, vel potius *reputare*, *censere*, *statuere*. Hoc vocabulum prima quadam potestate denotat *dirimere*, *separare*. Herodot. I, 190. 202. Plato Sympos. XXXVIII, 3. Aristot. Phys. VIII, t. 70. conf. Plato Phaedon. c. 30. Ad animum deinde translatum, denotat *cogitare*, *statuere*, velut Aristot. Met. I, 3. *εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τὼς παμπαλαίους ὅτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως διαλαβεῖν.* Palaephat. de Incred. Prooem. §. 6. *τῶτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι, εἰ μὴ ἐγένετο, ὠκ ἂν ἐλέγετο·* vnde apparet, hanc significationem recentiori aetati non esse soli assignandam. Diog. Laërt. III, 51. *καὶ περὶ τώτων διαλάβωμεν.* Sext. Emp. Hyp. I. §. 1. §. 222. et saepissime.

6. Ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.) „id etiam respiciendo ingeniose pietatem in concubitu expetiisse Ocellum affirmabimus Pythagorae placitis adhaerendo, qui liberorum procreationi ideo tantum suadebat incumbendum, *ἕνεκα τῶ καταλιπεῖν ἕτερον ἀνθ᾽ ἑαυτῶ θεῶν θεραπευτήν.* Iamblich. in vita Pythag. c. 18.“ Vizzanius pag. 211. Clemens Alexandr. Strom. III. pag. 435. C. Ταύτῃ ὦν [ne hominum malis circumdatorum numerum augeant.] *φασι καὶ τὼς Πυθαγορείους ἀπέχεσθαι ἀφροδισίων. ἐμοὶ δὲ ἔμπαλιν δοκῶσι γαμεῖν μὲν παιδοποιΐας ἕνεκα· τῆς δὲ*

ἐξ ἀφροδισίων ἡδονῆς ἐθέλειν κρατεῖν μετὰ τὴν παιδοποιΐαν. Conf. quae antea pag. 431. B. Clemens posuit: *ἤδη δὲ εἰ αὐτός γε ὁ Πλάτων καὶ οἱ Πυθαγόρειοι — κακὴν τὴν γένεσιν ὑπειλήφεσαν, πολλοῦ γε ἔδει κοινὰς αὐτὸν ὑποτίθεσθαι τὰς γυναῖκας.* Caeterum eandem sententiam, quae a Iamblicho Pythagoreis tribuitur, amplexus est Plato de Legg. VI. pag. 295. T. VIII. *καὶ δὴ καὶ τὰ ἔμπροσθεν τούτων ῥηθέντα, ὡς χρὴ τῆς ἀειγεννοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας παίδων καταλείποντι ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὐτοῦ παραδιδόναι.* Atque Ocelli sententiam de fine rei Venereae suam reddidit Clemens Alex. Paed. II. c. 10. initio: *Συνουσίας δὲ τὸν καιρὸν μόνοις τοῖς γεγαμηκόσιν ἀπολέλειπται σκοπεῖν· τοῖς δὲ γεγαμηκόσι σκοπὸς ἡ παιδοποιΐα· τέλος δέ, ἡ εὐτεκνία· καθάπερ ἐν τῷ γεωργῷ τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια· τέλος δὲ αὐτῷ τῆς γεωργίας, ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή. Μακρῷ δὲ ἀμείνων γεωργός, ὁ ἔμψυχον σπείρων ἄρουραν· ὁ μὲν γάρ, ἐπικαίρου τροφῆς ὀριγνώμενος· ὁ δὲ τῆς τοῦ παντὸς διαμονῆς προμηθούμενος, γεωργεῖ.* etc. quo ex loco diuersitas in tractando et probando facile intelligitur. Conf. Ioseph. Antiqu. IV. c. 8. pag. 126. F. Geneu. *συνελθεῖν μὲν ἀλλήλοις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα λέγοντες, οὐδὲ τῆς τῶν χρημάτων αὐξήσεως κοινῶν τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων γενομένων, ἀλλ' ὅπως παίδων τύχωσιν, οἱ γηροκομίσουσιν αὐτοὺς, καὶ ὧν ἂν δέωνται παρ' αὐτῶν ἕξουσι.* Lucan. Lib. II, vs. 387. sq. de Stoico: *Venerique huic maxime vsus Progenies.* et Socrates apud Xenoph. Mem. II, 2. §. 4. sq. Cum his vero Ocelli placitis quam maxime sapientissimi legumlatoris Charondae Catanaei consensit prudentia; is enim — ad honestos concubitus, prolisque desiderium expresse invitabat, ex eo praecipue, quod *ἡ φύσις τεκνοποιΐας ἕνεκεν, οὐκ ἀκολασίας ἐποίησε τὴν σποράν.*" Vizzan. pag 222. vid. Stobaeum pag. 291. l. 25. sq. Confert idem Vizzanius pag. 217. Essaeos, „qui apud Iosephum de bello Iud. l. 2. c. 7. a praegnantis vxoris concubitu atroci ceu crimine prorsus abhorrebant, vt illos ad Venerea non inanis appetitu voluptatis, sed solo prolis desiderio appareret impelli."

§. 2.

1. „Propoſitum axioma confirmatur.“ Vizzan.

2. ὑπὸ τȣ̃ θεȣ̃) Quod hic de *Deo* dicit, id ſyſtemati Ocelli minus accommodatum videri poteſt. Quum enim mundum aeternum eſſe cenſeret: non facile apparet, qui ſit Deo locus. Sed hac difficultate nos detinemur, qui Deum, niſi a mundo ſeparatum et ſegregatum, cogitare non poſſumus, eosque omnes atheiſmi accuſamus, qui Deum atque mundum quaſi permiſcent. Ocello contra ea nulla hic contradictio; nec vlla eſt ratio, cur ſtatuamus, eum aut victum eſſe ea fere naturae bonitate, de qua Cicero de Offic. I, 2. aut ne animos infirmorum laederet, haec tribuiſſe vulgatae opinioni. Illud enim per ſe parum probabile; hoc vero iſti aetati parum accommodatum eſt. Ocellus autem cum aliis antiquorum Deos in ſuprema Vniverſi regione collocauit; (c. 2. §. 2. et c. 3. §. 3.) ita dixit, vt facile appareat, eum aut ſidera ipſa pro Diis habuiſſe, aut vim diuinam in ſideribus poſuiſſe; (c. 3. §. 5.) iſtam Vniuerſi partem putauit agere, mouere et *gubernare*; (ll. ll.) vniuscuiusque eſſe ſtatuit, implere locum morte hominis vacuum redditum, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑςίας λειποτάκτης γενέσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας (§. 3.) vbi συγγενικῆς refertur ad οἴκου, πολιτικῆς ad πόλεως, et θείας ad κόσμου· atque praeſidium diuinum deſeruiſſe dicitur, qui ſe non geſſerit tanquam partem mundi; diuinitus igitur conſtitutum eſt, quod eſt in rerum natura conſtitutum; diuina eſt lex, quae e naturae contemplatione intelligitur, (quae quidem notio adhuc occurrit apud Xenophontem Mem. Socr. IV. c. 4.) Itaque, quum auctor h. l. dicat, vires, appetitus, et inſtrumenta ad Veneris vſum comparata, hominibus a Deo eſſe data: nihil aliud ſibi vult, quam naturali ordine et inſtitutione haec hominibus tributa eſſe, qui ordo, et quae inſtitutio, a ſuprema et diuina Vniuerſi parte pendeat. Quemadmodum autem loca laudata ſatis docent, Deum, e mente Ocelli, eſſe immortalem, intelligen-

tem, et rebus humanis prouidentem; ita dubium eſt, vtrum *vnum*, an plures Deos ſtatuerit. Hoc vno loco dicit numero ſingulari; vnde vel propterea nihil concludi poteſt, quia non inepte ſumi poteſt numeri enallage; praeſertim quum alibi non tantum θεὺς vocaret, ſed etiam θεῶν γένος diceret; vt taceam, hic fortaſſe legendum eſſe ὑπὸ τῦ θείου, ſc. γένους.

3. διαμονῆς τῦ γένους) Eſt elegans *Platonis* locus in Protagora, pag. 109. Bip. T. III. ἔςι δ' οἷς ἔδωκεν εἶναι τροφὴν ζώων ἄλλων βοράν· καὶ τοῖς μὲν ὀλιγογονίαν προσῆψε, τοῖς δ' ἀναλισκομένοις ὑπὸ τέτων πολυγονίαν, σωτηρίαν τῷ γένει πορίζων.

4. θνητὸν φύντα) *Quum fieri non poſſit, vt is, qui natura ſua mortalis eſt, ſempiterna vita fruatur.* Empedocles: Αἶψα δὲ θνητὰ φύοντο, τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι, quem verſum explicat Caſaubon. ad Athenaeum, X. c. 6. p. 718.

5. θείου βίου κοινωνῆσαι) θεῖος βίος h. l. eſt vita ſempiterna; corporis, vel potius totius hominis immortalitas. Ita θεῖος opponitur θνητῷ apud Platonem, Phaedon. c. 28. p. 332. Fiſch. atque pag. 333. θείῳ καὶ ἀθανάτῳ componitur. Seneca, Epiſt. 59. *Deum — prouidentem, quemadmodum, quae immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat a morte, et ratione vitium corporis vincat.*

6. τῆς τῦ γένους ἀθανασίας φθ. — ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός.) Ablegare hic poſſum ad notas criticas, quibus nunc addo: quid ſi locus *hypothetice* intelligatur: *quia alias generis immortalitas peritura fuiſſet;* Nihil definio. Caeterum eadem ſententia paſſim apud ſcriptores legitur. Ariſtot. de Gen. et Corr. II. t. 59. Τῦτο δ' ἀδύνατον ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν, διὰ τὸ πόῤῥω τῆς ἀρχῆς ἀφίςασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσεν τὸ ὅλον ὁ θεὸς, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. De Anima II. t. 34. ſq. φυσικώτατον γὰρ τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργων, ὅσα τέλεια, καὶ μὴ πηρώματα, ἢ τὴν γένεσιν αὐτόματον ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτὸ, ζῶον μὲν ζῶον, φυτὸν δὲ φυτὸν, ἵνα τῦ

ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν, ᾗ δύνανται. πάντα γὰρ ἐκείνου ὀρέγεται, κἀκείνου ἕνεκα πράττει, ὅσα κατὰ φύσιν πράττει. τὸ δὲ οὗ ἕνεκα, διττὸν, τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ. ἐπεὶ οὖν κοινωνεῖν ἀδυνατεῖ τοῦ ἀεὶ, καὶ τοῦ θείου τῇ συνεχείᾳ, διὰ τὸ μηδὲν ἐνδέχεσθαι τῶν φθαρτῶν τὸ αὐτὸ καὶ ἐν ἀριθμῷ διαμένειν, ᾗ μετέχειν δύναται ἕκαστον, ταύτῃ κοινωνεῖ, τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον· καὶ διαμένει οὐκ αὐτὸ, ἀλλ᾽ οἷον αὐτό· ἀριθμῷ μὲν οὐχ ἓν, εἴδει δὲ ἕν. Plato de Legg. IV. [pag. 195. sq. T. VIII.] διανοηθέντα, ὡς ἔστιν, ᾗ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας· — γένος οὖν ἀνθρώπων ἐστί τι ξυμφυὲς τοῦ παντὸς χρόνου, ὃ διὰ τέλους αὐτῷ ξυνέπεται καὶ συνέψεται, τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀθάνατον ὄν· τῷ παῖδας παίδων καταλιπόμενον, ταυτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γενέσει, τῆς ἀθανασίας μετειληφέναι. τούτου δὴ ἀποστερεῖν ἑκόντα ἑαυτὸν, οὐδέποτε ὅσιον. ἐκ προνοίας δ᾽ ἀποστερεῖ, ὃς ἂν παίδων καὶ γυναικὸς ἀμελῇ. Seneca in Hippolyto:

Prouidit ille maximus mundi parens,
Cum tam rapaces cerneret fati minas,
Vt damna ſemper ſobole repararet noua.
Excedat agedum rebus humanis Venus,
Quae ſupplet ac reſtituit humanum genus,
Orbis iacebit ſqualido turpis ſitu. etc.

Haec Vizzanius loca contulit pag. 216. ſqq. quibus addo: *Ariſtot.* Oeconom. I, c. 3. vbi, inter alia huc pertinentia, etiam haec leguntur: ἅμα δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτῃ τῇ περιόδῳ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἐπεὶ καθ᾽ ἀριθμὸν οὐ δύναται, ἀλλά γε κατὰ τὸ εἶδος. Plato Politic. p. 31. T. VI. Lucian. Amores. c. 19. T. II. p. 419. Reitz. Plutarch. Amatorio. T. II. pag. 752. A. ἀλλὰ λοιδορεῖ καὶ προπηλακίζει τὸν γαμήλιον ἐκεῖνον καὶ συνεργὸν ἀθανασίας τῷ θνητῷ γένει, σβεννυμένην ἡμῶν τὴν φύσιν εὐθὺς ἐξανάπτοντα διὰ τῶν γενέσεων· cuius loci dicendi genus cum Ocelli dictione comparandum. Philo de mundi Opificio, p. 7. B. Colon. Ἀλλ᾽ οὐ μόνον ἦσαν οἱ καρποὶ τροφαὶ ζώοις, ἀλλὰ καὶ παρασκευαὶ πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων ἀεὶ γένεσιν, τὰς σπερματικὰς οὐσίας περιέχουσαι, ἐν αἷς ἄδηλοι καὶ ἀφανεῖς οἱ

λόγοι τῶν ὅλων εἰσί. δῆλοι καὶ φανεροὶ γινόμενοι καιρῶν περιόδοις. ἐβουλήθη γὰρ ὁ θεὸς δολιχεύειν τὴν φύσιν, ἀθανατίζων τὰ γένη, καὶ μεταδιδοὺς αὐτοῖς ἀιδιότητος. Conf. Critolaum apud eundem Philonem: *Quod mundus sit incorruptibilis*, pag. 732. F. Colon. Lactant. Instit. I. c. 8. §. 6.

§. 3.

1. ἔπειτα — πρὸς τὸ ὅλον.) Sc. δεῖ θεωρεῖν. Videtur auctor ad nouam rem transgredi, illud ἔπειτα certe eiusmodi quid significat. Nimirum antea *negatiue* rem dixerat, non est voluptatis caussa Venere vtendum; nunc vero addit, quid respici debeat *positiue*; sc. hominis ad familiam, ad ciuitatem, ad vniversum respectus. Quae hic ab auctore afferuntur, ita quoque possent cum antecedentibus copulari, vt nouum hic argumentum proponi dicamus, cur non voluptatis caussa coniunctio ista appetenda sit; primo, quia Deus, quae ad istam coniunctionem sunt necessaria, alio consilio hominibus tribuerit; deinde, quia hominis relatio seu respectus ad Vniuersum hoc non ferat. Sed, vt taceam, haec, ex Ocelli ratione, non esse adeo diuersa, textui vis quaedam inferenda, nexusque sententiarum aliter, quam verba prae se ferunt, constituendus; quare in priori explicatione acquiesco.

2. οἴκου καὶ πόλεως) Homo pars domus et ciuitatis. Aristot. Oecon. I, 2. Polit. I, 2. Vizzan.

3. καὶ τὸ μέγιστον κόσμου) „*Quum sit pars domus et ciuitatis, et maxima mundi.*" Vizzan. in versione, et in paraphrasi: *et vniuersi praecipua quaedam pars sit.* Etiam Nogarolae homo *mundi maxima habetur pars.* Sed D'Argensius recte: *qu'étant partie d'une famille, d'une ville, et principalement du monde.* καὶ τὸ μέγιστον enim non ad μέρος trahendum, quod ineptam adeo parit sententiam, quasi *maxima* mundi pars homo sit; sed denotat: *et quod maximum est; quod*

maximam habet vim; quod caput eſt rei. Xenophon Cyropaed. V, 1, 22. Καὶ τὸ μέγιστον δή. Fragm. Epiſt. I. §. 2. Καὶ τὸ μέγιστον, ὅσῳ χρὴ ἀγάσθαι etc. Plato Phaedon. T. I. pag. 151. τὸ δ' ἔσχατον πάντων, ὅτι etc. Apol. Socr. T. I. pag. 94. καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα etc. Xenoph. Mem. I, 4, 13. ὅπερ μέγιστόν ἐστι. Anacr. Od. 46, 13. καὶ τὸ χεῖρον, *et quod peius eſt adeo.* Demoſthen. Olynth. II. ab initio: καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων. Voculae καὶ τὸ etc. enim adhibentur, quando ad ſuperiora quaedam adduntur praecipua, in quibus prae caeteris vis eſt poſita. Sic Lucian. de ſcribenda hiſtoria c. 10. Καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, et quod adſpectu eſt foediſſimum. Quare verecunda Wilandi, et Viri Docti et humaniſſimi in N. Allg. deutſch. Bibl. Tom. XXXVI. pag. 268. iſtius loci explicatio parum mihi quidem probabilis videtur. Eſt autem iſta formula elliptica, atque ſupplendum ſiue φαίνοιτο ἄν, ſiue λέγοιτο ἄν, ſiue ſimilia. Conf. §. 4. n. 14.

4. Λειποτάκτης) Qui ſtationem ſeu praeſidium deſerit. μὴ λείπειν τὴν τάξιν τῶν προγόνων dixit Plato Menexeno, c. 18. vbi vid. Gottleb. Plato Apol. Socr. c. 17. n. 4. Critone, c. 12. p. 202. edit. Fiſch. Apolog. Socr. c. 16. fin. Lucian. Ver. Hiſtor. I, 29. Philo de mundo non interit. p. 945. A. Francof. Phalaris Epiſt. 4. ἀργὸν ἐν εἰρήνῃ, λειποτάκτην δὲ ἐν πολέμοις.

5. ἑστίας) ἑστία ſeu Ionice (vid. Fiſch. ad Welleri Gramm. p. 16.) ἱστίη Lares. Hom. Od. τ, 304. ſedes, et domicilium. Auctor de Mundo c. 2. initio terram vocat ἑστίαν ζώων καὶ μητέρα. Timaeus Locr. c. 3. §. 1. Γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυμένα ἑστία θεῶν. Scholia ad Eurip. Hecub. vſ. 22. Ἑστία λέγεται ἡ ὅλη κατοικία, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, ἀπὸ τοῦ εὕω τὸ φωτίζω καὶ φλογίζω, ἢ ἀπὸ τοῦ ἕζω, τὸ κάθημαι. Aeliano auctore Var. Hiſt. IV. c. 6. Pythia Athenas vocauit τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος, vbi vid. Perizonius. Prou. ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι. Vid. Plato Euthyphron. c. 2. et Fiſch. not. 4. Sententia ab Ocello propoſita eadem videtur, quae apud Ciceronem, praeſidium, in quo ſit quisque collocatus, deſerere; quod au-

tem ἑςίαν nominauit, neſcio quo pacto, religionem ſimul indicauit, vt eiusmodi deſertor ſimul videatur ἀνόσιος.

6. συγγενικῆς — πολιτικῆς — θείας.) Annotaui ſupra, primum ad οἶκον, ſecundum ad πόλεως, vltimum ad κόσμον eſſe referendum. „Domeſtici laris ac ciuilis deſertorem auctor dicit, eo quia conſeruandae familiae non inhiat, neque ciuitati, quae, vt monebat Iamblichus Vita Pyth. cap. 30. ac teſtatur Philoſophus Polit. I. c. 5. ex domibus coaleſcit; Diuini praeterea deſertorem imperii eundem nuncupat, quia ſummi opificis [non ea eſt Dei notio apud Ocellum] mandata negligit, qui, vt *praeced. textu* dicebatur, humanum genus conſeruari exoptat, ideoque illius mortalitatem generationis beneficio aboleuit, cuius ope domus, ciuitas, et ipſum vniuerſum conſeruetur, imo vult ciuiles coetus maxime vigere; *nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia, coetusque hominum iure ſociati, quae ciuitates appellantur.* Cicero in Somn. Scip. [c. 3.].“ Vizzan. pag. 225.

§. 4.

1. Quod hactenus egerat, noua nunc ratione confirmat; repetit enim breuiter, quod ſuperiori paragrapho iam dixerat, aliis verbis; deinde damna affert, neglecta iſta regula oriunda.

2. εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν) Homerus diceret, εἰ δ᾽ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ αὐτῶν. Odyſſ. λ, 248. Senſus: ſi vel maxime praeter id, quod ſecuti ſunt, liberorum ſequatur procreatio.

3. μεθ᾽ ὕβρεως καὶ ἀκρασίας) Eſt periphraſis Aduerbii, velut apud *Lyſiam* Orat. Funebr. pag. 494. ed. van der Heid. μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι μᾶλλον. etc. i. e. iuſte pugnare. cf. infra §. 13. Reſpexit autem Ocellus aut eos, qui ebrii ſtudent Veneris praemia noſſe; aut Venere vtentes, natura non ſtimulante, ſola

voluptatis ſentiendae cupiditate immodica. Conf. Xenophon. Mem. Socr. II, 1, 30. Conf. quae diſputauit D'Argenſ. pag. 173. ſq. edit. Francog. Voculae ὕβρις ſignificationem, *qua coitus amor, qui ſolam libidinem, non propagationem ſpectat generis*, ita vocatur, illuſtrauit Dan. Heinſius in notis ad Maximi Tyrii pag. 52.

4. μοχθηροί). Differentiam, ab Ammonio propoſitam, inter μοχθηρὸς et μόχθηρος negligi interpretes eius iam annotarunt. De hac vocula omnino conferenda nonnulla apud *Ruhnkenium* ad Timaei Gloſſ. Plat. ad v. φαῦλον, pag. 269. Vtraque ſignificatio ſaepius occurrit in Aeſchinis Socr. Dialogo II. vid. Fiſcheri indicem. Liceat mihi pauca adiicere, quae ad vim huius vocabuli accuratius perſpiciendam fortaſſe faciant. μοχθηρὸς, prima ſignificatione, a μόχθος, eſt *aerumnoſus*. Sic Homer. Iliad. β, 723. Ἕλκει μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου. vbi Schol. πονοῦντα, κάμνοντα. Inde ad virtutem et mores translatum, eum denotat, *apud quem ratio paret, appetitus regit*. Sic apud Platonem Phaedone c. 32. μοχθηρία iis tribuitur, qui a cupiditatibus non abſtinent. Ariſtot. Politic. I, 5. τῶν γὰρ μοχθηρῶν, καὶ μοχθηρῶς ἐχόντων δόξειεν ἂν ἄρχειν πολλάκις τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, διὰ τὸ φαύλως καὶ παρὰ φύσιν ἔχειν. vbi opponitur ὁ βέλτιστα διακείμενος καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν. Ariſtot. Topic. V. c. 1. fin. ἔτε γὰρ τὸ λογιστικὸν πάντοτε προστάττει, ἀλλ᾽ ἐνίοτε καὶ προστάττεται· ἔτε τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικὸν ἀεὶ προστάττεται, ἀλλὰ καὶ προστάττει ποτὲ, ὅταν ᾖ μοχθηρὰ ἡ ψυχὴ τῦ ἀνθρώπου. Inde πάθη μοχθηρὰ, Plutarch. de Educ. c. 4. §. 6. μοχθηροὶ λόγοι καὶ ψευδεῖς. Plutarch. de Aud. Poët. IV, 12. conf. VI, 4. quae quidem ita vocantur, prout e vitioſa iſta mentis conditione prodeunt, aut eam adiuvant: μοχθηρὸς igitur τῷ καλῷ opponitur, honeſto; ſed quum τὸ καλὸν latius pateat, μοχθηρὸν quoque latiorem nactum eſt ambitum. cf. Ariſtot. Topic. I, 13. pag. 168. D. τῷ καλῷ, τῷ μὲν ἐπὶ τῦ ζώου τὸ αἰσχρὸν, τῷ δὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸ μοχθηρὸν, ſc. opponitur. Conf.

Alcibiad. II. Platonis (ſi quidem Platonis eſt) pag. 84. Bip.

5. μ. οἱ γενόμενοι). Articulum a Nogarolae editione abeſſe in not. crit. monui; Vizzanius ſe eum addidiſſe monuit e Cod. Barth. et Commeliniana. Quid igitur Vaticani codices? Tacet Vizzanius, vnde ſuſpiceris, articulum ibi deſiderari; Tacet Siebenkeeſius, qui cum Commeliniana editione Cod. Vat. contulit, vnde probabile, articulum in Codice Vaticano legi. Battaeſius, qui cum Commel. codicem regium compoſuit, articulum exhibuit. Sed dubium eſt, vtrum in Codd. Vaticanis et Regiis Pariſienſibus legatur; e ſilentio enim eorum, qui Codices contulerunt, niſi de ſingulari attentione eorum ſatis conſtet, concludi nihil poteſt. Ipſe Codices Vitebergenſes excutiens, expertus ſum, quam facile aliquid praetermittatur, ſi vel maxime ſumma cum cura verſari propoſitum nobis ſit; atque ſummos viros, ſilentium collatoris pro conſenſu codicis ſumentes, lapſos intellexi; Velut Schützius Vir Illuſtris, ad Aeſchyli Prometh. Vinct. vſ. 381. Codici Viteberg. propter b. Zeunii ſilentium, tribuit vulgatam lectionem προθυμεῖσθαι· ſed Codex pro προθυμεῖσθαι δὲ habet προμηθεῖσθαί με, quod Gloſſae inter lineas ſcriptae explicant: προνοεῖσθαι ἐμὲ τὸ συμφέρον σε. Quorſum haec? vt appareat, e tali ſilentio nihil eſſe concludendum, atque omiſſionem articuli οἱ noſtro in loco *fortaſſe* non eſſe contra Codicum auctoritatem. Omiſſo autem articulo γενόμενοι ad eos ipſos referendum, qui praeter rationem libidine feruntur; atque μοχθηροὶ γενόμενοι vertendum foret, *quippe qui praui et turpes euaſerint*, aut *quum turpiter ſe geſſerint*; ſententiarum quidem nexu optimo. Mali ſunt et turpes, ideoque infelices ſint atque fiant neceſſe eſt. Tum aperta eſſet diſtinctio inter μοχθηρίαν, turpitudinem, atque κακοδαιμονίαν, ſeu infelicitatem; ſimulque ineſſet verbis: infelicitatem cum turpitudine arcto vinculo eſſe copulatam. Explicatio haec atque lectio, qua admiſſa, καὶ ſignificaret *etiam*, aliquid praeſidii acci-

pere videtur ex eo, quod Ocellus alibi, quum *natos* vult indicare, non solet dicere οἱ γενόμενοι, sed τὰ γενόμενα. Sin retineamus articulum: οἱ γενόμενοι ad subolem pertinet, atque ita locum habet quaestio Vizzanii: „Sed quid proli cum intemperantia conceptae cum improbitate et infelicitate? paterna numquid vitia in prolem transfunduntur? Deus numquid parentum sceleris innocentes filios poenas subire cogit, Agamemnonis instar, supplices Antimachi filios hoc immiti responso prorsus perdentis: Iliad. XI. [142.]

Νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην,

Duplex huius dicti caussa potest assignari, altera a naturae decretis, altera e summa numinis prouidentia desumta. Si priorem respiciamus, dicere licebit, eos, qui ab intemperantibus progignuntur, ideo improbos futuros Ocellum asserere, quia coitus frequens seminis perfectam concoctionem in genitoribus impediet, ac eorum corpora maxime debilitabit. Homo enim omnium animantium maxime in concubitu dissoluitur, vt seminis plurimum sui corporis proportione emittens *sect.* 4. *probl.* 6. vnde sequetur, eos foetus, qui inde enascentur, languido corpore ac imperfecta temperie affectos prodire, ideoque, quum, iuxta philosophantium placita, corporis temperiem pleraeque propensiones ac morum semina sectentur, ea, quam obseruabat Philosophus *physiogn. cap.* I. ratione (vnde illius artis non penitus inania principia prodiere, Pythagoreis forte non ignota, quorum princeps neminem sui contubernii participem reddebat, quin prius diligenter oris speciem, incessum, totumque corporis motum considerasset. Porphyr. et Iamblich. de Vita Pyth. c. 17.) facillime continget, filios huiusmodi ad improbitatem declinare, accedente praecipue pessimo parentum exemplo, quod non exiguos vitiorum fomites praebet; nam:

— — velocius et citius nos

Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis

Quum ſubeant animos auctoribus. Vnus et alter
Forſitan haec ſpernant iuuenes, quibus arte benigna
E meliore luto finxit praecordia Titan:
Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpae.

Iuuenal. Sat. XIV. [vſ. 32 - 38.] ea quinimo vitiorum ſemina peſſimo producet prouentu facile neglecta prolis recta educatio, e qua longe melior, quam ex Democriti medicamento, apud *Plinium Nat. Hiſt. L. XXVI. c.* 4. filiis accedit probitas et fortuna; vt enim docebat Plato, nemo ſponte malus eſt, [h. e. nemo *vult* malus eſſe] at prauus corporis habitus, ac rudis educatio homines malos conſtituere conſueuerunt: praua vero facillime accedet educatio pueris, ab intemperanti et ſoli dedito libidini progenitis; quia intemperans pater nullam prolis, quam ſuſcipere nolebat, gerens curam, paterna negligit iura, et vitiis deditus in libidines, non in prolis educationem ſuas adigit cogitationes, eoque magis, quod inde ad alia diſtrahitur, et a morbis, ob coitus frequentiam, vt mox dicetur, prodeuntibus, et ab inopia, ad quam facile vergunt impuris hisce omnino demerſi amoribus:

Adde quod abſumunt vires, pereuntque labore:
Adde quod alterius ſub nutu degitur aetas:
Labitur interea res, et vadimonia fiunt.
Languent officia, atque aegrotat fama vacillans.

Lucret. Lib. IV. [vſ. 1114. ſqq.] Ex his praeterea parentibus prodeuntes filios infelices futuros aſſerit Ocellus, quia felicitatem, vel idem ac bonam fortunam ſeu virtutem, cum veterum plurimi conſtituiſſent, *eth.* I. *cap.* 9. nullo pacto ea huiusmodi proles gaudebit: improbus quippe ex dictis cum ſit huiusmodi filius, ſi virtutem felicitas reſpiciat, ea non potietur, ſi fortunae bona, iis facile deſtituetur; nam frequens coitus varios cum progignat morbos; puta phtiſin,

epilepſiam, hecticam, podagram; ſtomacho, iecori, cordi, renibus, aliisque membris noceat, — et eorum morborum quam plurimi a parentibus ad filios transmitti conſueuerint, manifeſte patet, non immerito a noſtro auctore affirmari, infelicem futuram huiusmodi parentum prolem. Idem quoque certum eſt penes pia Ocelli placita, ſi ad ſummam Numinis prouidentiam placeat confugere. Vt enim plerumque videmus, prolem ex adulterio prognatam in enormia vitia erumpere, id quaſi permittente Deo, vt a ſcelere illo frequenti mortales arceantur, tam acerbos inde fructus vt plurimum prodire cognoſcentes: ita cenſuit Ocellus, Deum nil felicitatis conceſſurum proli, quae ex parente prodiit, qui a Venereis quum non abſtineat, non prolem ab eis, ſed voluptatem expetit; vt inde homines ab hoc inhumano ſcelere arceantur: cui adiiciendum, etiam ethnicos fuiſſe opinatos, delicta parentum plerumque a numine in filiis plecti, quod quomodo diuinae iuſtitiae conueniret, acutiſſime inquirens *Plutarchus De his, qui ſero a numine puniuntur*, non id reſpiciens, quod principes excitauit, vt parentum delicta in filiis punirent, de quo dicebat *Cicero* in Epiſt. ad Brutum: *nec vero me fugit, quam ſit acerbum parentum ſcelera filiorum poenis lui; ſed hoc praeclare legibus comparatum eſt, vt caritas liberorum amiciores reipublicae parentes redderet*; noſtro enim non eget amore Deus: ſed id, quod naturali ratione conſequi licebat, coniiciens, dicebat, e parentibus, qui morbis affecti vixiſſent, prodeuntes filios, vt ad illud morbi genus procliues a medicis et amicis ad auſteram victus rationem impelli, exercitationes iisdem violentas ac pharmaca aſſignari, non quod aegritudinibus correpti ſint, at ne iis corripiantur, iisque premi anguſtiis non ſupplicii, ſed cuſtodiae ac ſalutis gratia: idem pariter putabat a Deo, cunctorum opifice et moderatore, ſanctiſſime praeſtari, quod is ſcilicet ſacra perſpiciens prouidentia ingeniorum in filiis ſimilitudines, non parentum in iis plectat vitia, ſed coelitus immiſſis morbis ac aerumnis ſaeuitiam, adulteria,

auaritiam, et huiusmodi atroces animi morbos antevertat, priusquam erumpant, et poenis hisce, veluti salutaribus pharmacis, impediat, priusquam ab animorum motibus in magna flagitia erumpentibus detegantur, ideoque non omnes prauorum hominum filios videmus infelices, dum eorum aliquos virtutis acerrimos sectatores futuros praeuideat Deus, ideoque ab iis, tanquam pharmaco non egentibus, infortunia auertat, ἀλλ᾽ ὅσων ἡ φύσις ἔστερξε, καὶ προσήκατο τὸ συγγενὲς, τούτων ἡ δίκη διώκουσα τὴν ὁμοιότητα τῆς κακίας διεξῆλθεν. Quod si quis dixisset, saltem parentes etiam plectendos fuisse; si enim in filiis vel ipsas propensiones Diuina plectit iustitia, cur etiam in parentibus impia opera non plectat? hoc quaesitum acute sapientissimus ille vir excludit responso, id nos asserens inquirere, ἀγνοοῦντες, ὅτι τοῦ γενομένου πολλάκις τὸ μέλλον, καὶ τὸ λανθάνον τοῦ προδήλου χεῖρόν ἐστι καὶ φοβερώτερον. οὐ δυνάμενοι δὲ συλλογίζεσθαι τὰς αἰτίας, δι᾽ ἃς ἐνίους μὲν καὶ ἀδικήσαντας, ἐᾷν βέλτιόν ἐστιν, ἐνίους δὲ καὶ διανοουμένους προκαταλαμβάνειν. ὥσπερ ἀμέλει καὶ φάρμακα ἐνίοις μὲν οὐχ ἁρμόζει νοσοῦσιν, ἐνίοις δὲ λυσιτελεῖ καὶ μὴ νοσοῦσιν ἐπισφαλέστερον ἐκείνων ἔχουσιν. Haec igitur fortasse respicientem Ocellum crediderim dicere improbos et infelices ab iis parentibus progenitos; et infelicitatis caussam reiicere etiam in Numen ipsum: quasi tam placida naturae decreta violantes, infelici etiam filiorum conditione plectens.“ Haec Vizzanius pag. 229 - 233.

6. βδελυροί) H. e. abominandi, abominabiles. *Tim.* Gloss. Plat. hoc vocabulum explicat: αἰσχροποιός, vbi videndus Ruhnkenius pag. 60. Ad illustrandam significationem a Timaeo propositam facit locus Plutarchi de Educ. c. 13. §. 11. λακτίσαντος αὐτὸν νεανίσκου θρασέος μάλα καὶ βδελυροῦ· sed ad nostrum locum magis facit Scholiastes Aristophanis ad Nub. vs. 445., a Ruhnkenio d. l. excitatus: βδελυρός· καὶ τὸν πόρνον οὕτως ἐκάλουν — καὶ τὸν μίσους ἄξιον, καὶ τὸ μισεῖσθαι βδελύττεσθαι.' Quod autem Dii hic dicuntur, eiusmodi hominem habere odio, id aliter placuit Origeni contra Celsum, L.

I. c. 71. qui monuit, fieri non poſſe, vt homo ſit *θεομισής· ἐπεὶ ὁ θεὸς ἀγαπᾷ τὰ ὄντα πάντα, καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν.*

7. *καὶ δαιμόνων*) Niſi forte hic tantum deſcriptio eſt vniuerſalitatis; *odio habetur ab omnibus*, quo in genere auctores non ſolent vrgere ſingula: Ocellus curam rerum humanarum tribuit etiam daemonibus; id quod probabile omnibus videbitur, qui quum omnino veterem philoſophiam et mythologiam, tum in primis Pythagoreorum decreta cognouerint. Conf. *Illuſtr. Meiners* Geſch. der Wiſſenſch. Griechenlands u. Roms, T. I. pag. 483. ſqq. et pag. 564.

8. *οἴκων καὶ πόλεων*) „Ab his poſtremis, quia vitiis deditus homo familiarum et ciuitatum deterrima pernicies eſt cenſendus: homo enim, vt verbis Philoſophi vtar *politic.* I. c. 2. ſicuti *τελεωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν· οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων. Χαλεπωτάτη γὰρ ἀδικία ἔχουσα ὅπλα.*" Haec Vizzanius pag. 233. qui etiam trium horum, Deorum, Daemonum, hominum, meminiſſe Ocellum arbitratur, Pythagorae praeceptoris monita atque aurei carminis initium reſpicientem, vbi *ἀθάνατοι θεοὶ, ἥρωες ἀγαυοὶ* atque *καταχθόνιοι δαίμονες* memorantur.

9. *ταῦτα οὖν*) Aut haec incommoda, aut omnino omnia hactenus hanc in rem dicta; poſterius videtur verius.

10. *ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις*) Senſus ſine dubio eſt: non licet eadem ratione ad Veneris vſum accedere, qua eâ animalia vtuntur ratione carentia. Poteſt quidem alius excogitari conſtruendi modus: vt *ὁμοίως* ſignificet *pariter*, atque *προσέρχεσθαι* trahatur ad *ἀλόγοις ζώοις.* Sed deteſtandi ſceleris, cuius tum fieret mentio, nullam hic mentionem fieri putem; foret enim contra omnem diſſertationis nexum. Sed quomodo Ocellus putauit, animalia hac in re verſari? Oppoſitum ſatis hoc docet. Animalia coeco feruntur et naturali impetu; non faciunt *ἐκ προνοίας·*

non

non reputant, hoc factu esse necessarium atque honestum.

11. ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγ.) Quid si legatur: ἀναγκαῖον καὶ καλὸν, vt statim dicitur? ἀναγκαῖον autem h. l. sensu morali esse positum, *quod necessarium censendum* est, vix annotatione eget. Alioquin distinguitur ἀναγκαῖον, quod coacti facimus, non sponte et deliberate, atque ἀγαθὸν, quod sine externo quodam incitamento expetimus. Plato de Republ. II. p. 208. T. VI. ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες, ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν, ὡς ἀναγκαῖον, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἀγαθόν. Atque haec significatio alicui placere posset etiam hoc loco, locum Platonis respicienti de Republ. V. p. 22. T. VII. Mares et feminae ὁμοῦ δὴ ἔσονται. ὁμοῦ δὲ ἀναμεμιγμένων καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τροφῇ, ὑπ᾽ ἀνάγκης, οἶμαι, τῆς ἐμφύτου ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλήλων μίξιν. ἢ οὐκ ἀναγκαῖα σοὶ δοκῶ λέγειν; Οὐ γεωμετρικαῖς γε, ἦ δ᾽ ὅς, ἀλλ᾽ ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις· αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λεών. Sed aut haec reiicienda explicatio, aut mutanda quae sequuntur ἅπερ ἀναγκαῖον etc. quare prius faciendum duco, praesertim quum alius Platonis locus de Republ. VII. pag. 179. doceat, significationem vocis ἀναγκαῖον, quam hic praeferimus, non esse antiquis ignotam; ita enim Plato: οὐχ ὡς καλόν τι, ἀλλ᾽ ὡς ἀναγκαῖον πράττοντας· καὶ οὕτως ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας, τοιούτους ἀντικαταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντας οἰκεῖν. Quamuis enim etiam hoc loco καλὸν et ἀναγκαῖον opponantur, facile tamen omnis disputationis series docet, de quo necessitatis genere sermo sit.

12. εἴπερ ἀναγκαῖον — νομίζουσι) *Si quidem necessarium atque pulchrum arbitrantur.* Conclusionis ratio haec est: Si homines honesti necessarium atque pulchrum esse putant, non *multis* solum, sed *bonis* etiam viris ciuitates repleri, id etiam necessarium ducere debent, quo vno illud possunt consequi, sc. vt in Venere rationis sequantur dictamina, vt ratione ducantur, non voluptate ferantur.

13. ἡμερώτατον γὰρ — ὁ ἄνθρωπος) Dixi in notis criticis, saepissime apud auctores hanc exstare sententiam, quod nunc docendum. Conf. Plato de Legg. VI. p. 279. T. VIII. Phaedone, c. 31. pag. 346. Fisch. Sophista, pag. 212. T. II. Aristoteles Politic. I. c. 2. p. 381. vbi magis definite proponitur; Nicomach. I. c. 5. pag. 10. B. Topic. V. c. I. p. 319. F. Philo de Mundo non interituro, pag. 732. E. Colon.

14. ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον) Sed etiam, id quod maximum est. Conf. ad §. 3. n. 3.

§. 5.

1. διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν) Nimirum, si continentiam et temperantiam, de qua hactenus, coluerint.

2. πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσιν.) *Ciuitate vtentur bonis legibus instituta.* πόλεις εὐνομουμένας dixit Plato Critone, p. 123. T. I. Bip. πόλιν εὐνομωτάτην Timaeo, T. IX. pag. 286. 293. et pag. 295. ᾠκεῖτε ἐν δὴ νόμοις τε τοιούτοις χρώμενοι, καὶ ἔτι μᾶλλον εὐνομούμενοι etc. εὐνομία autem est partim legitima agendi ratio, cui opponitur ὕβρις. Hom. Odyss. ρ, 487. partim conditio reipublicae bonis legibus instructae. Conf. Herodot. I, 65. II, 124. I, 97. οἰκήσουσι vero significare dicitur *habitabunt.* Vid. Ernest. ad Xen. Mem. Socr. I, 1, 7. Perizonius ad Aelian. Var. Hist. VIII, 5. p. 404. et ad L. XIII, 42. p. 259. sq. Sed haec significatio nostro loco non est apta; nam quae sequuntur οἰκονομήσουσι, κατασκήσουσι, *actionem* quandam et *conatum* significant, quare fieri non potest, quin lector etiam in οἰκήσουσι eiusmodi studium desideret, et offendatur, quum habitare sedentis et quiescentis potius sit, quam agentis et molientis. Quid igitur? Kühnius ad locum Aeliani, primo loco a me adductum, ita scripsit: „Clariss. Verheyk ad Ant. Lib. p. 204. nuper exemplis probavit, non constanter esse ab auctoribus obseruatam il-

Iam inter οἰκεῖν et οἰκίζειν differentiam." Verheykii probatio mihi nunc ad manus non eſt, nec ſcio accurate, quae ſit eius mens; parum tamen probabile mihi videtur, οἰκεῖν πόλιν ita dici, vt ſit *aedificare*, *exſtruere* vrbem; et οἰκίζειν πόλιν, vt *inhabitare* vrbem denotet; neque tamen οἰκεῖν nihil ſignificat, niſi *habitare*; comprehendit enim etiam inſtitutionum, actionum et adminiſtrationum ad habitandum neceſſariarum ſignificationem, ita vt, pro vario nexu, *inſtituere*, *adminiſtrare*, *diſponere*, *regere*, atque adeo *parere* ſimul ſignificet. Velut apud Platonem Amat. T. II. p. 42. Bip. Καὶ μὴν ὅτω γε καὶ πόλεις εὖ οἰκοῦνται, ὅταν οἱ ἀδικοῦντες δίκην διδῶσιν. Idem de Republ. II. p. 235. T. VI. ἐν μὲν ταῖς ὀρθῶς οἰκουμέναις πόλεσι, i. e. in ciuitatibus bene inſtitutis et comparatis. Huc pertinet etiam locus Xenophontis ſupra commemoratus, in quo Erneſtius pro οἰκῆσαι πόλεις dedit οἰκίζειν et poſtea οἰκίσαι, ſine neceſſitate; nam non eſt, cur eo in loco potius de aedificanda vrbe, quam de inſtituenda ciuitate, cogitetur. Conf. Mem. Socr. IV, 1, 2. vbi dicitur: ἐπιθυμεῖν τῶν μαθημάτων πάντων, δι' ὧν ἔστιν οἰκίαν τε καλῶς οἰκεῖν καὶ πόλιν, καὶ τὸ ὅλον ἀνθρώποις τε καὶ ἀνθρωπίνοις πράγμασιν εὖ χρῆσθαι. Ib. L. IV. c. 4. §. 16. Ἄνευ δὲ ὁμονοίας οὔτ' ἂν πόλις εὖ πολιτευθείη, οὔτε οἶκος καλῶς οἰκηθείη. Xenophon Oecon. I, 2. 3. εὖ οἰκεῖν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον. Iſocrates Paneg. p. 63. ed. Wolf. αἱ γὰρ πολιτεῖαι, δι' ὧν οἰκοῦσι τὰς πόλεις. coll. Plat. in Menex. c. 8. p. 31. et 32. Gottleberi. Clemens Alex. Strom. II. p. 405. A. Sylb. εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις, εὖ δ' οἶκος. coll. Wetſten. ad Euang. Matthaei c. XII. vſ. 25. T. I. pag. 391. Etiam compoſitum διοικεῖν frequenter ita legitur, vt ſit adminiſtrare, regere. Vid. Philo de mundo, ſtatim initio; Plato Amator. pag. 42. Bip. Critone, c. 13.

3. εὐανδρίᾳ) Εὐανδρίαν apud recentiores Graecos poſitam inueni pro ἀνδρίᾳ, velut Baſilaces in oratione funebri, fratri ſuo habita, quae eſt Mſſ. in codice Vitebergenſi, ita: οἵ σε καὶ νῦν ποῖ μὲν, τῆς ἐν πολέμῳ εὐανδρίαν (lege εὐανδρίας) ἄγανται, ποῖ δὲ τῆς ἐν πρεσβείαις με-

λιγλώττου παθȣς, καὶ φρενὸς ςαθηρᾶς καὶ ἀπερίτρεπτου συνθέσεως. Hoc autem Ocelli loco *ciuitati* tribuitur εὐανδρία, quae viros bonos, fortes, ſanos alit; quo ſenſu Ariſtophanes Nub. vſ. 299. Athenas vocauit εὔανδρον γᾶν, vbi Scholia, τὴν ὑπ᾽ ἀρίςων ἀνδρῶν παροικουμένην· atque Xenoph. Mem. Socr. III, 3, 12. ſcripſit ȣδὲ εὐανδρία ἐν ἄλλῃ πόλει ὁμοία τῇ ἐνθάδε συνάγεται. In vocabulo πολυανδρία autem non latet fortitudinis aut omnino honeſtatis ſignificatio, vt Rotermundus vertit τραγικώτερον *männerheldenreich*, ſed ſignificatur ſolummodo *multitudo* hominum, quae *virtuti* hominum h. l. opponitur.

4. χορηγȣνται) Nogar. *Quum illi non multos tantum homines, ſed etiam probos ſuppeditabunt;* quaſi in textu reperiſſet πολυανδρίαν et εὐανδρίαν. Immo reddendum: *ſi non tantum multis, ſed etiam honeſtis hominibus ſuppeditabunt.* Χορηγὸς quis ſit, docuit Vlpianus ad Demoſthen. in Leptin. pag. 302. Baſ. χορηγὸς δὲ, ὁ τοῖς Διονυσίοις καὶ τοῖς Παναθηναίοις τῷ χορῷ τὴν τροφὴν παρέχων, καὶ ςεφάνους, καὶ κόσμον, καὶ ὅσα περὶ τοιαύτην πανήγυριν. Conf. Erneſt. ad Xen. Mem. Socr. III, 4, 3. Ariſtoteles Poëtica, c. 14. Plato de Legg. II. pag. 60. T. VIII. Bip. χορηγεῖν, ſumtus praebere choro, caeteriſque rebus ad ludos pertinentibus, vnde χορηγεῖν a Phauorino explicatur: τὸ ἀφ᾽ ἑαυτȣ τινὰ διδόναι, ὅθεν καὶ χορηγεία [lege χορηγία] ἡ ἑκάσιος δόσις καὶ εἰς τὰς ἑορτὰς γινομένη. χορηγȣνται autem accipi poteſt tanquam Medium, *ſi ſuppeditabunt ſibi;* tum idem fere eſſet quod εὐπορεῖν· mallem tamen Paſſiue id ſumere, quo vſu dixit Ariſtoteles Nicom. I, 11. pag. 17. A. τὸν — τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, *bonis externis abunde inſtructum.* Conf. Ariſtot. Politic. VII. c. 1. fine et Polit. IV. c. 1. Cicero Catilin. II. c. 11. dixit: *omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamus.* Quin autem ea aetate, qua Ocellus vixiſſe dicitur, haec vocula eiusque ſignificatio, hic obtinens, iam vſitata fuerit, dubitari non poteſt.

§. 6.

1. Nominat auctor vitium, quod in eligendis vxoribus committi soleat, docetque, quae sit coniux eligenda. Quam quidem rem tractauit etiam Plato Politico pag. 116. T. VI. Bip.

2. πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης) Ordo est: ἁμαρτ. πολλοὶ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀποβλέποντες μὴ πρὸς τὸ μέγ. — ἀλλὰ πρὸς τὸν πλ. etc. Sed quaeritur, quid sit μέγεθος τῆς τύχης; Klotzii coniecturam in notis criticis vidimus; Vizzanius vero intelligendam censuit *magnitudinem euentuum*; ,,vt scilicet nomen τύχη euentum, et praecipue aduersum, videatur significare; quod certe nominis illius patitur natura, vt apertissime videtur indicasse Euripides, dum interroganti Agamemnoni:

— τίς ἔτω δυστυχὴς ἔφυ γυνή;

Hecubam induxit respondentem [Hecub. vs. 785. sq.]

Οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγεις.

idque eo magis hic afferendum arbitror, quod Pythagoreis video id familiare, qui, licet nomen illud aliquo nobili locupletent epitheto, pro infortunio tamen accipere consueuerunt; sic enim Pythagoras, hac voce dum vteretur, dixit (in aur. carm. comm. 17.)

Ὅσσά τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν.

quod carmen Hierocles exponens, ac inquirens, cur a summo numine mortalibus infortunia immittantur, semper ea verba pro infortuniis Diuinis, h. e. a Deo immissis, accepit.'' Haec quidem Vizzanius pag. 241. eodemque modo locum cepisse videtur Battaesius, quum verteret: *n'envisageant dans le chaix d'une épouse, ni leur propre danger, ni l'intérêt commun.* Idem tamen Vizzanius in paraphrasi dedit: *qui nec aliorum infortuniis perterriti.* Mihi vero olim locus ita accipiendus videbatur: qui nec magnitudinem fortunae secundae, nec publica commoda respiciunt, vt,

quum μέγεθος τῆς τύχης, et συμφέρον τῷ κοινῷ opponi videantur, prius felicitatem vniuscuiusque et singulorum, posterius salutem totius ciuitatis denotet, atque sensus sit: qui nec se ipsos felices reddere, nec reipublicae veram vtilitatem afferre conantur. Sed nunc haec talia reiicienda puto, quia e vocibus non satis erui possunt, atque iis illata videntur. Graecus homo hanc sententiam sine dubio aliter dixisset; quare nunc τύχην puto esse *conditionem et fortunam*, qua quis vtitur; vt omnia ea comprehendat, quae deinceps curatius ab auctore nominantur, puta, locum, quo quis natus est; rei familiaris rationes, aetatis modum etc. Τύχην ita dici, dubio caret. Achilles apud Libanium T. IV. pag. 68. l. 7. Reisk. dicit: ἑκάστῳ γάρ ὅ τι φίλον, τοῦτ᾽ ἔντιμον, ἐμοὶ δὲ ἦν ἐκείνη περὶ πολλοῦ, καὶ οὐδὲν ἐκώλυεν ἡ τύχη: non obstabat, quod ego dominus et liber, ista vero ancilla et captiua esset. Veram esse hanc Ocelli explicationem locus vincit Callicratidis infra n. 10. efferendus, vbi de eadem re eadem vocula eodem modo explicatur. Scrupulum contra hanc interpretationem mouebit fortasse vocabulum μέγεθος, quod ita parum commode adhibitum videtur, quum ita non tantum μέγεθος, verum etiam μικρότης τύχης respicienda sit. Sed hunc scrupulum excutiet facile aetatis, qua hic libellus scriptus dicitur, consideratio. Debuisset auctor ποσότητα dicere, sed haec vocula ista quidem aetate nondum nota; potuisset λόγον, quo supra vsus est, ponere, sed hoc vocabulum non videtur in mentem ei venisse, cui cum lingua, parum adhuc ad vsum philosophicum apta, quasi conflictandum fuit.

3. πρὸς τὸν πλοῦτον) Sunt huiusmodi querelae perantiquae. Anacreon Od. 46, 5. sqq.

Γένος οὐδὲν εἰς Ἔρωτα
Σοφίη, τρόπος πατεῖται
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
Ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς
Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας.

Conf. Ouid. de Art. Am. II, 277. ſqq. et Aeſchyli Prom. vinct. vſ. 893. ſqq. Schütz.

Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν,
Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ᾽ ἐβάστασε
— — —
— μήτε τῶν πλέτῳ διαθρυπτομένων
Μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων
Ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι.

4. *νέαν καὶ ὡραίαν)* *Quae ſit aetatis ad matrimonium aptae.* Sic Herodotus dixit: ὡραίην ἀνδρὸς L. I. c. 107. et γάμων ὡραίας L. I. c. 196. atque h. l. opponuntur *vetulae.* Quoniam autem νέα et ὡραία tali modo fere ſynonyma videntur: facile adduci poſſemus, eam praeferre vim, qua ὡραία *ſpecioſam*, *formoſam*, *venuſtam* denotat; ad quas dotes veteres etiam reſpexiſſe, tanto naturae teſtimonio conſtat, vt Plutarchi de Educ. II, 8. verbis ad fidem faciendam opus non ſit. His non obſtantibus priorem explicationem retineo, non ſolum propter vſum vocis hac in re fere proprium, ſed etiam propter Ocelli ſynonyma haud recuſantis dictionem. Sic infra §. 14. μίξεας καὶ κοινωνίας. Qua de cauſſa eam quoque ſubtilitatem remouendam arbitror, qua ὡραία adiectum diceremus, vt illud νέα accuratius definiatur, ſc. ne ſit aetate nimis tenui.

5. *ὑπερηλικεστέραν)* *Quae ſit aetatis nimium provectae.* Talem etiam nec Socrates duci voluit, quem videbis apud Xenoph. Mem. Socr. IV, 4, 10. ſqq. nec Epicharmus et Euripides apud Clementem Alexandr. Strom. VI. pag. 620. Sylb. Vizzanius duo potiſſimum incommoda e matrimonio diſſimili oriunda recenſet; quod ſcilicet prole careant, atque morum diſſimilitudine amor impediatur. Ariſtot. Oecon. I, 4. 2. Rhetor. c. 12. et 13.

6. *ἐπίδοξον τῷ γένει)* ἐπίδοξος proprie is eſt, de quo opinio quaedam et ſpes aut metus eſt. Ammon. ἔνδοξος μὲν γάρ ἐστι ὁ ἐπίσημος, ἐπίδοξος δὲ ὁ προσδοκώμενος

καὶ ἐλπιζόμενος. Vide quos laudant interpretes eius: Thomas Mag. οὐχ ὁ ἔνδοξος, ὥς τινες, ἀλλ᾽ ὁ προσδόκιμος. Phrynich. ἐπίδοξον τὸν προσδοκώμενον καὶ ἐλπιζόμενον, οὐχ, ὡς οἱ ἀμαθεῖς, τὸν ἐπίσημον. Nec negari poteſt, vſum auctorum probatiſſimorum huic ſignificationi patrocinari. Herodot. I, 89. τάδε τοι ἐξ αὐτέων ἐπίδοξα γενέσθαι. Idem L. VI. c. 12. πολλοὶ δὲ ἐπίδοξοι τωὐτὸ τοῦτο πείσεσθαι εἰσί. Plato Theaetet. pag. 51. T. II. Bip. τινὲς ἡμῖν τῶν νέων ἐπίδοξοι γενέσθαι ἐπιεικεῖς. Lycurg. adu. Leocrat. pag. 99. Hauptm. διὰ τὸ μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν, μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι etc. Ioſephus Ant. XIII. pag. 459. E. Geneu. ἐπίδοξος ἦξειν, quem venturum ſperabant. Attamen infitias ire non poſſumus, etiam alterius ſignificationis documenta exſtare. Velut Euſebius Hiſt. Eccl. III. c. 9. Ioſephum Iudaeum vocat ἄνδρα ἐπιδοξότατον, intelligens ἐνδοξότατον. atque Diogenes Laërt. VII, 180. οὕτω δ᾽ ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο, ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείους, ὅτι, εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ διαλεκτική, οὐκ ἂν ἦν ἄλλη, ἢ ἡ Χρυσίππειος.

His locis noſter hic adiiciendus; nam etiam hic pro ἔνδοξος collocatum eſt, id quod ſequens ὑπερέχουσα πλ. ſatis declarat. ὑπερχρήματον vero eadem forma dicitur, vt apud *Herodot.* I, 89. ἀχρήματοι.

7. διχοφροσύνην κατ.) Obiiciunt quidem noſtrae aetatis philoſophi iis, qui ad felicitatis appetitum omnem rationem moralem referunt, valde diuerſas eſſe hominum ſententias, ſi quaeratur, qua in re felicitas ſit ponenda; atque hoc multis in rebus vere dicitur; attamen ſunt in hoc quoque genere, in quibus omnes omnium aetatum homines mirifice conſentiant, velut ea, de quibus Noſter hic agit. Neminem enim repertum iri confido, cui domeſticae turbae et diſſenſiones placeant et delectationem quandam afferant. Ita certe ratio humana ſaepius iudicauit. Iamblichus de Vita Pythag. c. VII. pag. 46. ſq. Arcer. affert apophthegma, quod Pythagorae tribuit: φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ, καὶ περικοπτέον πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς

ἀμαθίαν, κοιλίας δὲ πολυτέλειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἴκου δὲ διχοφροσύνην. etc. Euripides in Medea, vſ. 14. ſq.

Ἥπερ μεγίστη γίνεται σωτηρία,
Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.

Atque Vizzanius attulit Euripidem in Oreſte [vſ. 601. ſqq.]

Γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθεστᾶσι βροτῶν,
Μακάριος αἰών· οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ,
Τά τ' ἔνδον εἰσὶ τά τε θύραζε δυστυχεῖς.

8. φίλοις) Sc. nobilibus et potentibus; nam de amicis vxorum, quos noſtra aetas vocaret, ſermo hic non eſt.

9. προαιρεῖται) Simpliciter denotat *vult*, *cupit*. Aelian. V. Hiſtor. II, 13. atque opponitur φεύγειν, auerſari. Ariſtot. Poët. c. 6. Apud Xenophontem frequenter legitur. Ad ſententiam Noſtri quodammodo facit Cleobuli dictum a Stobaeo exhibitum Serm. pag. 45. γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ ἐκ κρειττόνων, δεσπότας, ȣ συγγενεῖς, κτήσῃ.

10. φύσεως νόμον.) Confer de notione Xenoph. Mem. Socr. IV, 4, 19. Formula habetur etiam apud Platonem Gorgia T. IV. pag. 81. Bip. vbi Callicles ea vtitur, cf. Iuſtin. Apolog. II. c. 2. Etiam in hac ſententia mirus deprehenditur hominum conſenſus. Ariſtot. Polit. I. c. 8. ab initio: τό τε γὰρ ἄρρεν φύσει τȣ̃ θήλεος ἡγεμονικώτερον. adde et c. 3. eiusdem libri, quod attulit Vizzanius. cf. Ioh. Stobaei Sermo LXVIII. Plato de Legg. VI. pag. 293. ſqq. T. VIII. Bip. vbi ſimilia habentur; et qui adducti ſunt a Vizzanio pag. 245. Martialis Epigr. L. VIII. [ep. 12.] Iuuenal. Sat. VI. [vſ. 168-170.] et Callicratides Laco in libro de famil. felicitate: Γαμίσκοντα δεῖ γαμεῖν ποτὶ τὰν αὐτῶ τύχαν, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὰν δύναμιν, μήτε μείονα τᾶς δυνάμιος τὸν γάμον ἐπάγηται, ἀλλὰ ποτὶ λόγον τᾶς ἰδίας δυνάμιος. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὰν δύναμιν ἐπάγοντες στασιάζοντι διὰ τὰν ἀγεμο-

γίαν. ἁ μὲν γὰρ τῷ πλάτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχοισα, τ' ἀνδρὸς ἄρχεν προαιρεῖται· ὁ δὲ ἀνάξιον ἄγεται, καὶ παρὰ φύσιν συγχωρέν. οἱ δὲ μείονα τᾶς δυνάμιος, τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος τῶ οἴκω συναιρεῦντι. Vid. Stobaeum, Serm. LXXXIII. pag. 486. Ad voc. ἐφικέσθαι conf. Strabo Geogr. L. I. pag. 3. Alm. δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατόν.

§. 7.

1. Hac et ſequente paragrapho monet Ocellus, familiarum conditionem plurimum conferre ad totius reipublicae tum ſalutem et felicitatem, tum turbationem atque ruinam. Optime cohaeret tractatio. Nam quum ſupra §. 6. duo propoſuiſſet in matrimonio ineundo ſpectanda, *μέγεθος τῆς τύχης*, atque *τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ*: quae ad *τύχην* pertinerent, lectione antecedente explicauit, quae ad communem vſum ſpectant, nunc recenſet. Aliter tamen nexum mente concepit Vizzanius, cuius verba ſubieci, vt appareat, quanta ſit cautio adhibenda, ne nexum aliter, quam auctor, concipiamus. Vizzanius pag. 243. ita: „Eos dixerat Ocellus in limine praecedentis textus, qui ab imparibus non abſtineant nuptiis, publica commoda nil prorſus intueri, nec aduerſorum magnitudinem euentuum, qui inde conſequantur, vllo pacto perhorreſcere; idque recenſitis oſtentarat [oſtenderat] diſſidiis, quae inter coniuges emergunt, quos diuerſa natalium et fortunae conditio premebat. Facillime quis igitur potuiſſet vtique dicere: ruat tota familia, inde forſan commune bonum abolebitur, cui nil confert omnino perfecta familiae felicitas? Haec vt ruat obiectio, nunc auctor profitetur, e familiis bene vel male inſtitutis potiora reipublicae bona vel incommoda prodire.“ Haec ille. Parum tamen cohaerere mihi videntur; neque enim iſta obiectio petit rem adhuc expoſitam, atque demonſtrationem exhibitam; quis enim homini, ad vitam prudenter degendam conſilia danti, ſanus obiiceret: ruat tota familia! Sed referenda eſſet haec

obiectio ad eam partem, ad quam confirmandam nihil adhuc dictum erat. Deinde Ocellus non ita ſolet rem habere cum aduerſariis, vt ſequioris aetatis philoſophi, quare etiam de obiectionibus haud adeo cogitauit.

2. *συμβαίνει γενέσθαι*) συμβαίνειν h. l. in malam partem dicitur, vt ſaepius, velut Xenoph. Memor. Soc. IV, 2, 35. Plutarch. de Educ. IV, 14. Herodot. II, 120, ſaepius. Idque hoc loco abundare videtur, vt apud Platonem Phaedone XIII. vid. Fiſcher. n. 26.

3. *μέρη γὰρ*) Similia ſunt apud Ariſtotelem Polit. I, 8. ἐπεὶ γὰρ οἰκία πᾶσα μέρος πόλεως, ταῦτα δ᾽ (liberi, vxores, ſerui) οἰκίας, τὴν τȣ μέρους πρὸς τὴν τȣ ὅλου δεῖ βλέπειν ἀρετήν. ἀναγκαῖον πρὸς τὴν πολιτείαν βλέποντας παιδεύειν καὶ τȣς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας. Conf. Iambl. de V. Pyth. c. 30. ἀρχή ἐστιν ἡ περὶ τὸν οἶκον δικαία διάθεσις τῆς ὅλης ἐν ταῖς πόλεσιν εὐταξίας, ἀπὸ γὰρ τῶν οἴκων αἱ πόλεις συνίστανται.

§. 8.

1. Pergit in explicanda re eadem, vnde Vizzanius hanc et ſuperiorem ſectionem recte comprehendit nomine ſeptimae.

2. *ἐν ταῖς τέχναις.*) Nemo vitio mihi ducet, quod vnius Codicis auctoritate, (et fortaſſe ne huius quidem, quum poſſit eſſe coniectura Siebenkeeſii, variantibus lectionibus immixta) hanc lectionem praetulerim. Nam vulgata lectio, ἐν ταῖς πρώταις, vix ſenſum habet, et ſi quid video, ne graeca quidem eſt. Nogarola eam ita cepit: *atque vt primarum quidem partium primae ſtructurae ad vniuerſum opus* etc. Sed quo ſenſu, qua ellipſi, quo vſu, neſcio. Vizzanius reddidit ad vocem: *in primis*, ſenſu quidem bono, ſed quaeritur, num graeca lingua hoc ferat. Supplendum eſſet αἰτίαις. Apud Ioſephum Ant. XVI. c. I. pag. m. 548. C. inueni quidem: ἐν τοῖς πρώτοις, ſed ibi e contextis ſup-

plendum *νόμοις*, atque *πρώτοις* positum pro *προτέροις*. Locus igitur plane dissimilis.

3. *τρόπις*) Scholiastes Homeri ad Iliad. *α*, 482. ad voculam *στείρη* annotauit: *τῇ τρόπιδι τῆς νεὼς, ἐπεὶ στερεωτέρα τῶν σανίδων ὑπάρχει· ἐπὶ γὰρ τῷ ξύλῳ τούτῳ ὥσπερ ἐπὶ θεμελίῳ τινὶ ἐποικοδομεῖται τὰ ἄλλα ξύλα τῆς νεώς.* et ad Odysseae B, 428. *στείρη· ἡ τρόπη*, vbi *τρόπις* legendum. Aristoteles Metaph. V. c. 1. explicans, quam varie *ἀρχὴ* dicatur, in aliis habet etiam haec: *ἡ δὲ ὅθεν πρῶτον γίνεται ἐνυπάρχοντος· οἷον ὡς πλοίου τρόπις, καὶ οἰκίας θεμέλιος* etc. Caeterum conferendus Plato de Legg. Lib. VII. pag. 351. T. VIII. Bip. Similem locum habet Demosth. Olynth. II. p. 14. Bas. *Ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς, καὶ δικαίας εἶναι προσήκει.* Vid. Vlpian. ad h. l.

4. *ἐπὶ δὲ συναρμογ. — λῆξις*) Vid. not. crit. Quomodo hoc exemplum ad rem praesentem sit accommodatum, non intelligo. Auctor enim non omnino recenset res, quibus praecipua quaedam vis ad perficiendum negotium insit; sed rerum e partibus compositarum enumeratione efficere vult, in partibus primis et fundamentis plurimum esse ad rem bene aut male agendam. Iam vero, etsi vocis remissio atque intentio insignem habeat vim ad cantum modulandum: tamen nec partes cantus vocari, nec ad *πρώτας οἰκοδομὰς* referri possunt. Itaque vereor, ne homo *ἄμουσος* musicum hunc pannum assuerit.

5. *ἐπὶ πολιτείας — συμβάλλεται.*) *συμβάλλεσθαι*, conferre, adiuuare, construitur *cum πρός.* Velut Plutarch. de Educ. XII, 18. *οὐ μόνον πρὸς τὴν παιδείαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τοῦ βίου πράξεις οὐκ ἐλαχίστην συμβάλλεται μοῖραν.* et c. XIV. §. 11. *πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν συμβάλλεται ῥοπὴν οὐκ ἐλαχίστην·* quibus ex locis ellipsis potest suppleri; adde Xenoph. Cyrop. II, 4, 21. Deinde *cum εἰς.* Plato Sympos. XI, 2, 5 Aelian. V. Hist. III, 1. p.

143. Kuhn. Xenoph. Cyrop. I, 2, 8. VI, 1, 28. Tum cum Datiuo, vid. Lexica. Sed vbi cum ἐπί τινος iunctum ſit, nec ipſe adnotaui, nec apud alios notatum reperi.

§. 9.

1. Sectiones ſequentes arcte cohaerent, afferuntque cautiones in Veneris vſu ſeruandas, et omnino dant conſilia ad procreationem liberorum pertinentia. Caeterum locum hunc, a Iamblicho deſcriptum, Meinerſius Geſch. der Wiſſ. Griech. und Roms T. I. pag. 437. not. ex Ariſtoxeno repetiit, et tanquam genuina Pythagoreorum decreta continentem, laudauit, attulitque Ariſtoxen. apud Stob. Serm. XCIX. p. 542. ſq. Dicaearch. ap. Iambl. 48. S. Diodor. p. 555.

2. *περὶ γεν. σκοπουμένους*) h. l. non qui de eâ quaerunt et diſputant, ſed qui eam meditantur.

3. *τὰ ἀτελῆ.*) *ἀτελὲς* oppon. *τῷ τελέῳ*, atque ad *τὸ ποσὸν* refertur ab Ariſtotele Phyſic. III. t. 5. quum h. l. potius de qualitate dicatur. Quae autem vitia hic ab Ocello notantur, ea latius perſequitur pluribusque rationibus diſſuadet Ariſtoteles Politic. VII, 16. quem locum attulit Vizzanius.

§. 10.

1. Haec et ſequens ſectio viam monſtrat, qua conſequi poſſimus id, quod §. 9. erat propoſitum.

2. *καὶ τὰς παρθένους*) Inſtituta Lacedaemoniorum nota ſunt, de quibus Cicero Tuſc. Qu. II. c. 15. *Itaque illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuuenum firmari labore voluerunt, quod Spartiatae etiam in foeminas transtulerunt, quae caeteris in vrbibus molliſſimo cultu, parietum vmbris occuluntur. Illi autem voluerunt nihil horum ſimile eſſe apud Lacaenas virgines; quibus magis palaeſtra, Eurotas, ſol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt,*

quam fertilitas barbara. Vbi *fertilitas* barbara, nisi forte *facilitas* legendum, ad Persarum mollitiem non tam procreationi quam voluptati inseruientem, per euphemismum, pertinere videtur. Sed vt haec nota sunt, ita quaeritur, quod Iustinus L. XXIII. c. 1. dixit: *namque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus et Spartani, instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis in siluis inter pastores habebantur, sine ministerio seruili, sine veste, quam induerent, vel cui incubarent, vt a primis annis duritiae, parcimoniaeque, sine vllo vsu vrbis, assuescerent*; num id etiam ad Virgines Lucanas pertinuerit? Quod si effici posset, appareret certe, praeceptum ab Ocello datum esse Lucano homine dignum. Atque ne rideatur noster, aut indecori accusetur, Platonis auctoritate et disputatione cautum est, qui non solum de Legg. VII. pag. 354. sqq. sed etiam de Republica L. V. p. 8. sqq. T. VII. foeminino generi similes exercitationes commendauit. Neque hic solus; in schedis Siebenkeesii annotatum reperi Critiae locum apud Clementem Alexandrinum Strom. VI. p. 620. sq. qui ita se habet: Κριτίας γράφει· Ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου, πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρότατος· εἰ ὁ φυτεύων γυμνάζοιτο, καὶ ἐσθίοι ἐῤῥωμένως, καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα· καὶ ἡ μήτηρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἰσχύοι τὸ σῶμα καὶ γυμνάζοιτο. Conf. Euripid. Fragm. Meleagr. IX. p. 456. Lips.

3. ἐν γυμνασίοις — τρέφειν) Vnde ἐντραφεὶς γυμνασίοις. Vide d'Orville ad Chariton. p. 220. Lips. Vizzanius multum hic disputat de consensu Aristotelis atque Ocelli, quum ille Polit. VIII, 4. eas damnarit ciuitates, quae in pueros athletarum ἕξιν studuerint inducere, hic vero gymnicas exercitationes commendarit. Sed bene omnem rem ita composuit: Aristotelem voluisse ea solummodo remouere exercitia, quae, athletis propria, nimio labore corporis robur minuerent, Ocellum vero non quaelibet commendasse exercitia, sed congruam patientiam, quae robur non perderet, sed augeret. Vid. p. 254.-257. Omnino autem

Ariſtoteles etiam hac in re accuratius verſatur Ocello, plura affert, magis probat. cf. Polit. VII, 16. 17. Caeterum huc facit locus Ariſtoxeni apud Stobaeum Serm. 41. p. 243. de occupationibus a Pythagora ſingulis aetatibus praeſcriptis, quem excitauit Meinerſius Geſch. d. Wiſſ. Griech. und Roms, T. I. p. 439. et Iamblich. de vita Pythagorae, c. 21. a Vizzanio laudatus; nec non Plato in Amator. pag. 33. T. II. vbi monet, πόνους eſſe debere μετρίους.

4. τροφὴν προσφέρεσθαι.) Formula hac in re propria; Sexcenties enim legitur, et quidem in Medio. Vid. Plato, Sophiſta, T. II. p. 228. τῆς προσφερομένης τροφῆς ἀπολαύειν. Ariſtot. de ſenſu et ſenſili c. IV. pag. 1437. E. Metaphyſ. XI, 6. p. 1379. A. vbi προστάττοντος τοῦ ἰατροῦ τοδὶ τὸ σιτίον προσενέγκασθαι, προσφέρονται. Ioſeph. contra Apion. II. p. 1072. C. Antiqu. V. p. 165. E. vnde etiam dicitur omiſſa vocula τροφή. Ioſeph. Ant. VI. p. 194. F. καὶ μηδὲν ὑπὸ λύπης προσενέγκασθαι δυνηθείς. Adde Kuſter. ad Iambl. de V. Pyth. p. 172. Plutarch. de decretis phil. I. c. 3. §. 9. Vno in loco Actiuum obſeruaui, nam Plato de Legg. II. pag. 73. T. VIII. dixit τροφὴν προσφέρειν. Hinc τὰ προσφερόμενα, ad animum translata, ſunt pabula ingeniorum. Plato Amat. p. 34. ſq. T. II. Caeterum conferendi auctores a Vizzanio excitati, Ariſtot. Polit. VII, 17. atque Iambl. de vit. Pyth. c. 24. ἡ τροφὴ μεγάλα συμβάλλεται πρὸς τὴν ἀρίστην παιδείαν, ὅταν καλῶς καὶ τεταγμένως γένηται.

5. καρτερικῷ) Non eſt forma recentior, nam ſuperlatiuus huius vocis legitur apud Xenoph. Mem. Socr. I, 2, 1. πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καὶ πάντας πόνους καρτερικώτατος.

§. 11.

1. Aetatem matrimonio aptam conſtituit, et frequentem rei Venereae vſum diſſuadet.

2. ὀψιμαθία.) ὀψιμαθὴς interdum eſt *imperitus, rudis, indoctus.* Vide Iſocrat. laud. Helenae, p. 301. l. 38. Wolf. fol. Plato Sophiſta pag. 270. B, deinde, *qui ſero didicit.* Theophr. χαρ. 27. Plato de Republ. III. p. 308. B. Atque ita h. l. cepit Vizzanius, diſputans, quo ſenſu cognitio mala dici poſſit. Mihi vero h. l. ſignificare videtur τὸ *ſero experiri*, ſero experimentum facere rei, quae fortaſſe diu ante innotuit. Sic accipiendum eſſe locum ſequentia vincunt.

3. τὸν παῖδα) Videntur et mares intelligi et foeminae. παῖδα dici etiam de adultis, pluribus auctorum locis probare ſtuduit Casp. Barth. Aduerſar. XX, 21. p. 1007. etiam noſtro loco aduocato. Sed multa poſſunt addi. Vnus ſit inſtar omnium Homeri locus Odyſſ. κ, 5. 6.

4. μηδὲ ἐπιζητεῖν — ἀλλὰ καὶ) Durior conſtructio, quae tamen non eſt ſine exemplo altero. ἐπιζητεῖν h. l. *appetere.* Iamblich. ſimplex poſuit eodem ſenſu. Caeterum Antoninus imperator deorum beneficio tribuit: καὶ τὸ τὴν ὥραν διασῶσαι, τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι. Vid. L. I, c. 17.

5. πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν) Cum Ocello conſentire Ariſtoxenum Pythagoreum eadem ratione percitum, apud Tiraquellum l. connub. 6. num. 50. adnotauit Vizzanius pag. 261. et affert p. 264. Pindarum Pyth. Od. 4. qui Iaſonem a pudicis Chironis Centauri filiabus enutritum, ita loquentem induxit:

Εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
Ἐνιαυτὲς, ἔτ' ἔργον
Οὔτ' ἔπος ἐκτράπελον
Κείνοισιν εἰπὼν, ἱκόμαν
Οἶκα — —

Terminos autem pubertatis, qui ex annis definire ſtuderent, varie conſtituerunt. Plutarchus de decret. Philoſ. V. c. 23. Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄρχεσθαι τὲς ἀνθρώ-

ἀνθρώπους τελειότητος περὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα, περὶ ἣν ὁ σπερματικὸς κρίνεται ὄρρος· igitur anno decimo quarto. Conf. Heineccii Antiqu. Rom. Iurispr. illuſtr. p. m. 221. Ariſtoteles autem, non de termino pubertatis, ſed de tempore ineundi matrimonii differens, haec decreuit: Politic. VII. c. 16. *διὸ τὰς μὲν ἁρμόττει περὶ τὴν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἡλικίαν συζευγνύναι, τοὺς δ' ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν.* Adduxit hunc locum Vizzanius, poſtea p. 262. addens: „Plato — mulierem venereis vti permiſit a vigeſimo vſque ad XL., maribus vero a XXX. vſque ad LV. aetatis annum, de Republ. V.“ [pag. 26. T. VII.] Idem Vizzanius antea p. 261. „Licet decimo quarto anno peracto, mas ſemen genitale proferat, infoecundum tamen vſque ad XXI. annum illud videtur. Ariſtot. 5. *de hiſtor. an. c.* 14. *et* 7. *de hiſt. an. cap.* 1.“ Quam tamen obſeruationem falſam eſſe recentiorum experientia docuit. Alia ex parte terminum ineundi matrimonii definire ſtuduit Plato de Legg. VI. pag. 293. T. VIII. Bip. maxime pag. 318. et Legg. IV. pag. 195. T. VIII.

6. *εὐεξίαν*) Bonum corporis ſtatum, robur; conf. Xenoph. Mem. Socr. II, 1, 10. Vizzan. p. 264. in medium adduxit Ariſtotelem Polit. VII, 16. affirmantem: immaturam Venerem impedire, quo minus augeantur maſculorum corpora; monuitque, Paulum Aeginetam, id negantem, erudite refutatum eſſe a Scaligero Exercit. contra Card. 269. Praeterea attulit notum illud e Taciti Germania [c. 20.] *ſera iuuenum Venus, eoque inexhauſta pubertas;* atque Virgilii Georg. III. [vſ. 209. ſq.]

Sed non vlla magis vires induſtria firmat,
Quam Venerem et coeci ſtimulos auertere amoris.

§. 12.

1. Quum ſectione praeterita monuiſſet, Venere raro vtendum eſſe, nunc impedimenta crebri vſus in medium profert.

2. ἑλληνικαῖς πόλ.) Haec forma reperitur quoque apud Thucydid. I. c. 16. τύραννοι δ' ὅσοι ἦσαν ἐν ταῖς ἑλληνικαῖς πόλεσι. Atque aliis vocabulis iunctum hoc adiectiuum etiam apud Platonem exſtat, velut, ἑλληνικὸν, βάρβαρον. Plato, Politico, p. 15. T. VI. γῆ ἑλληνικὴ de Republ. V. pag. 45. T. VII. Bip. Sed multo vſitatius (maxime a Socraticis) dicuntur ἑλληνίδες πόλεις. Vid. Plato Critone T. I. p. 122. Theag. T. II. p. 14. de Republ. V. p. 44. et p. 47. Hippia maiore ab initio; in Alcibiade. etc. Iſocrates Panegyr. c. 9. p. 22. Mori. Lyſias Orat. fun. c. 16. Etiam Thucydides L. I. pag. 25. in oratione Corcyraeorum. Quaeritur, cur auctor h. l. *Graecas* ciuitates dixerit, et non ciuitates omnino? Num propterea, quod in vicinia eſſent ciuitates barbarae? Caderet hoc quoque in hominem Lucanum, atque haberi poſſet argumentum γνησιότητος, niſi coniectura eſſet tam incerta.

3. μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι — ἀδελφῇ) „Aeternis in Graecia ſanciendum legibus conſtituit, ne quis cum matre congredi impio audeat amore, ne ſcilicet infando contingat exemplo cernere: (Senec. in Oedip. Act. 4.)

Retro reuerſas generis ac ſtirpis vices;

nec vnquam infamia cum filia permittantur connubia, in quibus immenſo ſane ſcelere (Ouid. Met. VII.) [imo X, 465.]

Accipit obſcoeno genitor ſua viſcera lecto.

fraternique penitus aboleantur concubitus, barbara Venere a Graecis excluſa, per quam (Lucan. lib. VIII.) [vſ. 404. ſq.]

— — jacuere ſorores
In fratrum [al. regum] thalamis, ſacrataque pignora matrum.

Huius ſcilicet inhumanae libidinis quam maxime ferax barbara quaecunque regio, quae, quolibet generis

nexu neglecto, ac violatis naturae iuribus, natae, genitricis vel ſororis thalamos inuadere non perhorreſcebant. Sic *Arabes* (Strabo Geogr. L. XVI.) filiis cum matre concubitus permiſere, Venereorum quinimo exercitia ad propriam ſtirpem deterrimo coarctantes inſtituto, cum alterius ſanguinis foemina concumbentes adulteros veluti acerrima morte plectebant. *Perſae* pariter, excluſis primaeuis ſuis legibus, quarum meminit Herodotus Hiſt. lib. 3. [c. 31.] filias, matres et ſorores ad matrimonii iura impie admittebant. Strabo Lib. XV. [Conf. Barn. Briſſon. de reg. Perſ. princip. Lib. II. §. 155 - 157. p. m. 493. ſqq. Clemens Alex. Strom. III. p. 431. A. Colon. *Ξάνθος δὲ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Μαγικοῖς, Μίγνυνται, φησὶν, οἱ μάγοι μητράσι καὶ θυγατράσι· καὶ ἀδελφαῖς μίγνυσθαι θεμιτὸν εἶναι.*] et in hoc immane nefas aliae quoque gentes irruebant, quarum exempla congeſſit Tiraquellus l. connub. 7. num. 32. et ſq. hae namque brutis longe deteriores patri filiae nuptias conceſſere, vel penes eas filius (Senec. in Oedip. act. 3.)

— nefandos occupat thalamos patris
Inuiſa proles, ſed tamen peior parens,
Quam gnatus: vtero rurſus infauſto grauis
Egit, qui in ortus ſemet, et matri impios
Foetus regeſſit, quique (vix mos eſt feris)
Fratres ſibi ipſe genuit.

Apud Aegyptios, aliasque gentes ſimiliter fraterna paſſim conſtituta connubia fuerunt: (Diodor. Sic. Bibl. Hiſt. Lib. I. Empir. Hypot. Lib. III. c. 24.) quare atrox huiusmodi inſtitutum, et naturae iuribus prorſus oppoſitum, ne Graecos etiam ipſos corriperet, quam maxime cauendum piiſſimus monet Ocellus: hinc ſcilicet ab ipſo tot votis expetita recta ciuitatis conſtitutio corrueret, quae nuptiarum praecipue beneficio prodit, ſi inter extraneos contrahantur; ſic enim neceſſitudinis ac ſanguinis vincula diffunduntur, e quo nexu maior ciuium concordia, ciuitatisque ideo

felicitas enaſcitur, vt monebat Plutarchus *Rom. probl.* 108. E matrimoniis imo temperantia, quam vbique auctor exoptat, profecto exularet, ſi inceſtas hasce nuptias homines contraherent; nam inſitus amor inter mortales, tanta conſanguinitate affectos, conjugalis Veneris ardore permotus ita efferueſceret, ac proueheretur, vt coniuges feruenti libidine effrenes ad concubitus impelleret; quod certe reſpexit Ouidius, dum Myrrhae nomine patrem nefarie amantis dicebat, Met. X. [331. ſqq.]

— — gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus et nato genitrix et nata parenti
Iungitur, vt pietas geminato creſcat amore."

Haec et alia deinceps Vizzanius p. 268. ſq.; quorum ea apponam, quae teſtimoniis nituntur, praetermiſſis iis, quae philoſophatus eſt. Ex Plutarcho de fort. Alex. Or. I. attulit, Alexandrum docuiſſe *Πέρσας σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν.* A Romanis vix tandem conſobrinorum matrimonia fuiſſe permiſſa, quorum vſum exacto tantum quarto conſanguinitatis gradu congruum fuiſſe illos ſancire, ſi neceſſitudinis vincula ab iisdem penes Plutarchum conſiderata reſpiciamus. Plutarch. Rom. qu. 6. d. probl. 108; [Cf. hac de re Thomaſii diſſ. de vſu pract. doctr. Inſt. de nupt. I, 18. ſq. pag. 59. ſq. allatam ab Heineccio in Antiqu. Rom. iurispr. illuſtr. I, 10, 17. et Plutarch. T. II. p. 265. D.] Matrimonia ab Ocello interdicta etiam a Pythagorea ſchola fuiſſe excluſa: id quod auctoritate Hipparchi in libro de anim. tranqu. [apud Gal. in Opuſculis Mythol. etc. p. 670.] efficere ſtudet: *πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον ἄθεσμα, κακὰ, παράνομα καὶ ἀσεβήματα ἐκ τῶν κατὰ τὰν ψυχὰν παθημάτων ἐντί· διὰ γὰρ τὰς παρὰ φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας πολλοὶ εἰς ἀκατασχέτους ὁρμὰς ἐξώκειλαν, καὶ ἄτε τᾶς ἐκ τῶν θυγατέρων, ἄτε τᾶς ἐκ τῶν ματέρων ἀνοσιοτάτας ἡδονᾶς ἀπέσχοντο*, atque Iamblichi teſtimonio de Vita Pyth. c. 17. Denique monet, Ariſtotelem prohibuiſſe mulieres eſſe communes, ne parentes, filios,

ac fratres inde nefarie commiſceri contingeret. Politic. II. c. 4. Haec ille. Videndus eſt hac de re Montesquieu, De Legibus Lib. XXVI, c. 14. Plato de Republ. V. p. 27. T. VII. Bip. Ioſeph. Antiqu. III. p. 95. E. Geneu. Ad Ouidii locum ſupra a Vizzanio allatum Gierigius Vir Clar. annotauit: „Gentes tam efferatas et immanes vnquam fuiſſe, credibile non eſt.“ At enim vero fuere philoſophi, alioquin admodum probati, qui eiusmodi inſtituta probarent. Certe reprehenderunt hoc in Chryſippo Stoico. Vid. Diogen. Laërt. Lib. VIII. §. 188. *ἐν δὲ τῷ περὶ πολιτείας, καὶ μητράσι λέγει συνέρχεσθαι καὶ θυγατράσι καὶ υἱοῖς.* Atque omnino Stoici, qui naturam rerum ipſam ſcrutantes, et euentuum conſequentiam parum curantes, vtilitatis et noxarum rationem parum habebant, ſimulque paradoxorum amore abripiebantur, hoc in genere a temperantia in decretis videntur receſſiſſe.

4. *μήτε ἐν ἱεροῖς*) Herodotus L. II. c. 64. teſtatur: *οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι πλὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων μίσγονται ἐν ἱροῖσι.* Sed addam, quae e Vizzanio hauſi: Aſſyrii Iouis Heliopolitae ſacra peragentes a Venere abſtinuerunt. Macrob. Sat. I. c. 23. et Porphyrius de abſtinentia lib. III. eandem abſtinentiam Aegyptiis tribuit et libro II. Epidauriis, apud quos templi frons prae ſe ferebat:

Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
Ἔμμεναι — —

„matronasque Romanas vniuerſos e domo mares, vel ipſos etiam coniuges, tunc expellere ſcimus conſueuiſſe, quum Bonae Deae ſacra forent peracturae, vel maſculorum quinimo animalium tunc pictas imagines contexiſſe, vnde Iuuenalis dicebat Sat. VI. [341. ſq.]

— — vbi velari pictura iubetur,
Quaecunque alterius ſexus imitata figuram eſt.

et tam vehementi odio tunc temporis Venerea proſecutas fuiſſe, vt nec etiam myrtum vt Veneri ſacram

in eiusdem Bonae delubrum ausae fuerint inferre; Plutarch. qu. Rom. 20. — hoc idem vel prisca Hebraeorum approbauere instituta." — Pythagoras teste Iamblicho, μὴ τίκτειν ἐν ἱερῷ, ἐ γὰρ εἶναι ὅσιον ἐν ἱερῷ καταδεῖσθαι τὸ θεῖον τῆς ψυχῆς εἰς τὸ σῶμα. [Locus est c. 28. p. 140. vbi Arcerius male *pariendum*, Vizzanius recte *generandum* vertit. Meinersius Vir Illustr. *Gesch. der Wiss. Griech. u. Roms*, in praeceptis Pythagora indignis ponit hoc: *dass es nicht erlaubt sey in einem Götterhause zu gebähren, oder die unsterbliche Seele an den sterblichen Leib zu fesseln.* Ex hoc Ocelli loco tamen apparet, huius praecepti quidem rationem probabilem reddi posse, et Pythagora dignam. Aetiologiam vero ineptam esse atque a Pythagorae genuinis praeceptis alienam libenter concedo. Nec dissentit Iamblichus, aut is, quem descripsit c. XVIII. p. 88. Arcer. αἱ δὲ προστιθέμεναι εἰκοτολογίαι περὶ τῶν τοιέτων ἐκ εἰσὶ Πυθαγορικαὶ, ἀλλ' ἐνίων ἔξωθεν ἐπισοφιζομένων καὶ πειρωμένων προσάπτειν εἰκοτολόγον. Caeterum ad formulam τίκτειν ἐν ἱερῷ cf. Aristophanis Ran. vs. 1112. et Bergler. p. 313.]

5. ἐν φανερῷ τόπῳ) Ne huius quidem licentiae desiderantur specimina. Herodot. III, 101. Μῖξις δὲ τέτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πάντων ἐμφανής ἐςι, κατάπερ τῶν προβάτων. Indos quoque attulit Vizzanius ex Empirico Hypot. Lib. III. c. 24. atque alios prope Caucasum populos ex Herodoto Lib. I. [c. 203.] Contra ea Sextus Empiricus Hypot. I, 146. scripsit: νόμος ἐςὶ τὸ μὴ μοιχεύειν, ἔθος δὲ ἡμῖν τὸ μὴ δημοσίᾳ γυναικὶ μίγνυσθαι· antea vero distinxerat inter νόμον et ἔθος, ita vt νόμος sit, quem qui migrauerit puniatur, συνήθεια vero, ἣν ὁ παραβὰς ἐ πάντως κολάζεται. Nota sunt, quae de Cratetis Cynici et Hipparchiae publico amore circumferuntur, in dubium quidem vocata a Meinersio, *Gesch. der Wiss. Gr. u. Roms*, T. II. p. 681. sed confirmata a Buhlio *Gesch. der Phil.* T. II. p. 411. Cf. Sext. Empir. Hyp. I. §. 152. ibique Fabric.

6. κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης) Hoc non pertinet ad proxime antecedentia sola,

ad Veneris vſum cum matribus, filiabus et ſororibus; ſed omnino ad Veneris vſum. Huic impedimenta ſunt obiicienda, idque efficitur, ſi ſanciantur, quae hic expoſuit Ocellus.

§. 13.

1. Pergit eadem in cauſſa, et quae obſeruanda ſint ei, qui procreationi ſit operam daturus, in medium affert; quo quidem in negotio nemo ſimplicitatem et honeſtatem deſiderabit.

2. περιαιρεῖν) Eadem vocula habetur apud Diogen. Laërt. VI, 104. περιαιροῦσι δὲ καὶ γεωμετρίαν etc. Illud δεῖ ad omnes pertinet, qui aliquid in ciuitate poſſunt efficere. Sententia eſt: generandi actum naturae contrarium tollendum eſſe; minime vero ſubolem tollendam; licet hoc in mentem venire legenti poſſit. Sed hac de re ſermo non eſt.

3. παρὰ φύσιν — μεθ᾽ ὕβρεως.) Cf. ad §. 4. παρὰ φύσιν γένεσις ea videtur, quae non fit procreationis a natura commendatae cauſſa. Aliter Vizzanius p. 274. „eas ſcilicet, quae e conjugibus prodirent, arcto prius cognationis vinculo connexis; cum enim naturae iuribus repugnent, praeter naturam eſſe conſtituendum, eas praeterea prohibet, quae cum contumelia fiunt, illas ſc. quae in ſacris vel publicis locis exercerentur, quae cum numinis ac populi contumelia ſuccederent; ac caeteras, quae per virginum raptus, ſtupra et adulteria peragerentur.“

4. καταλιμπάνειν) *Relinquere*, id eſt hoc loco *permittere*. Hanc verbi formam ſaepius inueni. Vid. Platonis Ep. IX. Herodot. περὶ Ὁμήρου §. 19. fin. LXX. interpretes 1 Reg. XVIII, 18. Ioſeph. Antiquit. I, 19. p. 28. F. Geneu. et ſaepius. Clemens Alex. Strom. I. p. 271. C. Sylb.

5. πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι.) Hoc loco non de cura in educando ſermo eſt, ſed de ea cura, quae

adhibenda eſt, antequam in lucem edantur. Cf. Socratis diſputationem cum filio Mem. Socr. II, 2.

6. τροφῆς ἀκαίρου) aut *immaturae*, aut *inepto tempore ſumtae*, aut in vniuerſum *ineptae*; quod praeplacet. Xenophon Ageſ. c. V. §. 1. habet σίτων ὑπὲρ καιρόν.

7. μέθη) Nolui deſcribere, quae h. l. a Vizzanio phyſice diſputantur; quae ad hiſtoricam illuſtrationem faciunt, adiiciam. Attulit Diogenis dictum in puerum ſtupidum, quod exſtat apud Plutarchum de liber. educ. [c. 2. fin.] Eademque Platonem monuit conſideraſſe, qui ebrios liberis operam dare prohiberet de Legg. libr. VI. [pag. 298. Bip. T. VIII.] Equidem addo Euſeb. Praep. Eu. III, 1. et legem Carthaginienſium, memoratam a Platone de Legg. II. pag. 103. T. VIII. nec vino vtendum eſſe νύκτωρ, ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποιεῖσθαι, ἀνὴρ ἢ καὶ γυνή. Atque Zenonis quoddam dictum apud Diogenem Laërt. VII, 18. Ἀρίστωνος δὲ τοῦ μαθητοῦ πολλὰ διαλεγομένου οὐκ εὐφυῶς, ἔνια δὲ καὶ προπετῶς καὶ θρασέως, ἀδύνατον εἰπεῖν, εἰ μή σε ὁ πατὴρ μεθύων ἐγέννησεν· quod quidem aut a Zenone in Diogenem, aut a Diogene in Zenonem translatum videri poteſt.

8. ἐξ ὧν) Quum ad omnia, quae antea ſunt dicta, referendum ſit, nihil mutandum eſt.

9. σωμάτων ἕξεις) σωμάτων ἕξις pro valido ſtatu et bona valetudine legitur apud Platonem Theaetet. pag. 71. T. II. H. l. vero omnino corporis habitum ſignificat. Cf. Aeſchin. Socr. Dialog. II, 39. 40. Vizzanius pag. 278. „quod pariter nos monuit Philoſophus, dum dixit, e diuerſa aëris temperie, et cibi natura, quam maxime varias emergere in producenda ſobole diſpoſitiones. *4. de gen. an. c.* 2. nam multum

— refert, quo victu vita colatur;
Namque aliis rebus concreſcunt ſemina membris,
Atque aliis extenuantur, tabentque viciſſim.

Lucret. Lib. IV.“ [vſ. 1258. ſqq.]

10. *φυλάττεσθαι.*) Etſi *φυλάττεσθαι* etiam dicatur pro *obſeruare*, vid. Steph. Theſauro h. v. tamen rariorem hanc ſignificationem vel propterea hic non ferrem, quod ſupra c. II. §. 19. *φυλάττεσθαι* pro *cavere* auctor noſter poſuit. Sed ſaepius haec vocula male accepta; vt l. l. a Nogarola, ita ab Arcerio in Iamblichi Protrept. c. 3. p. 7. *τὰ δὲ ἀπὸ τούτων ὠφέλιμα καὶ βλαβερὰ διακρίνει, καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τὰ δὲ περιποιεῖ*, vbi male redditur *conſeruat.*

11. *καθεστηκυίας τῆς διανοίας*) Dixi de hoc loco in notis criticis. Vizzanius reddidit: *tranquilla mente;* Nogarola: *pacata et tranquilla mente.* recte. Videtur eſſe illud *ἡσυχαῖον* apud Platonem de Legg. VI. pag. 298. Bip. Ἑστηκὼς et *καθεστηκὼς*, ſi de aetate, de moribus et animo dicitur, affert cogitationem *conſtantiae prudentis* et *vacuitatis a motibus.* Sic Thucydides II, 36. dixit *ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ*, i. e. *matura et ſedata aetate*, vt explicauit Abreſchius. Laudat ad iſtum Thucydidis locum Gottleberus in editione iſtius orationis, Menexeno Platonis iunctae, Hippocrat. Aphor. I, 13. Foeſ. Oec. Hippocr. pag. 297. Doruill. ad Chariton. pag. 125. [pag. 275. Lipſ.] Equidem addo Platonis locum de Legg. VII. pag. 350. Bip. vbi legimus *ἑστηκυίας τε καὶ ἔμφρονος ἡλικίας.* Noſtra lingua non a ſtando metaphoram ducit, ſed a ſedendo, in quo maior etiam quies ineſſe videtur; dicimus enim, *ein geſetztes Alter, ein geſetztes Betragen.* De mente humana vero paſſim dicitur. Ariſtoteles Phyſic. VII. t. 20. p. 559. E. habet: *καθίστασθαι τὴν ψυχὴν*, et *καθίσταται δὲ καὶ ἠρεμίζει.* Idem auctor Politic. VIII, c. 5. in fine, de vario Muſices effectu diſſerens, animum, ait, ad varia melodiarum genera non eodem ſe habere modo, *ἀλλὰ πρὸς μὲν ἐνίας ὀδυρτικωτέρως καὶ συνεστηκότως μᾶλλον — πρὸς δὲ τὰς μαλακωτέρως τὴν διάνοιαν, οἷον πρὸς τὰς ἀνειμένας· μέσως δὲ καὶ καθεστηκότως μάλιστα, πρὸς ἑτέραν· οἷον δοκεῖ ποιεῖν ἡ δωριστὶ μόνη τῶν ἁρμονιῶν, ἐνθουσιαστικοὺς δὲ ἡ φρυγιστί.* vbi extrema ſatis valent ad id intelligendum,

quod in medio eorum esse dicitur. In Fragmentis Philemonis p. 342. ed. Clerici legimus:

Ἐπὰν ὁ νῦς ᾖ μὴ καθεστηκώς τινι,
Οὐκ ἔστ᾽ ἀκῦσαι ὑθὲν αὐτὸν, ὐδ᾽ ὁρᾷν.

Apud Pythagoreos vero saepius inuenitur διανοίας ἀποκατάστασις, i. e. placatio mentis, reuocatio eius a motibus. Iamblich. de vit. Pythag. c. 31. pag. 170. Arcer. Λέγεται δὲ καὶ τάδε περὶ τῶν Πυθαγορείων, ὡς ὔτε οἰκέτην ἐκόλασεν ὐθεὶς αὐτῶν ὑπὸ ὀργῆς ἐχόμενος, ὔτε τῶν ἐλευθέρων ἐνουθέτησέ τινα, ἀλλὰ ἀναμένων ἕκαστος τὴν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν. et p. 171. ἀναβάλλεσθαι πάσας κολάσεις εἰς τὴν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν. Quibus in locis obseruari velim, διανοίας vocabulum, quo hac de re vsus est Ocellus, etiam reperiri.

§. 14.

1. Nunc diligentem commendat liberorum susceptorum educationem.

2. δεῖ καταβάλλεσθαι) Vizzanius: *oportet considerare;* ante eum Nogarola: *omni studio et intento animo eniti debent.* Battaesius: *Ils doivent aussi donner toute leur attention à ce que leurs enfans naissent bien conformés etc.* imo: *omni studio omnique attentione fundamenta iacienda sunt.* Καταβάλλεσθαι est fundamenta iacere; elliptica dictio, quae varie suppletur; apud Themistium θεμέλια κατεβάλλετο. vid. Lexica. Plutarch. de Educat. c. II. §. 4. vbi eadem praecipit, ex poëta, vt ait, nempe ex Euripide, Herc. Fur. vs. 1261. affert:

Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
Ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τὺς ἐκγόνους.

3. Γίνηται — καὶ γεννώμ. καλῶς ἀνατραφῇ) Sic et composuit verba Xenophon Mem. Socr. IV, 3, 10. γίνεται καὶ ἀνατρέφεται. De magno autem educationis bonae pretio magnaque eius necessitate veteres

non modo recte ſtatuerunt, ſed etiam grauiter dixerunt. Vizzanius p. 285. ſq. attulit Platonis auctoritatem in Critone [c. 5. p. 181. Fiſch.] ἢ γὰρ οὐ χρῆν ποιεῖσθαι παῖδας, ἢ ξυνδιαταλαιπωρεῖν καὶ τρέφοντα καὶ παιδεύοντα, atque Pythagoreorum ex Iamblicho de Vit. Pythag. c. 31. [p. 173. Arcer.] ἐκκρούεσθαι — αὐτὰς [τὰς ἡλικίας] ὑπ᾽ ἀλλήλων, ἐάν τις μὴ καλῶς τε καὶ ὀρθῶς ἔχῃ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γενετῆς. δεῖ οὖν τῆς τοῦ παιδὸς ἀγωγῆς καλῆς τε καὶ σώφρονος γινομένης καὶ ἀνδρικῆς, πολὺ εἶναι μέρος τὸ παραδιδόμενον εἰς τὴν τοῦ νεανίσκου ἡλικίαν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς τοῦ νεανίσκου ἐπιμελείας τε καὶ ἀγωγῆς καλῆς τε καὶ ἀνδρικῆς καὶ σώφρονος γινομένης, πολὺ εἶναι μέρος παραδιδόμενον εἰς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίαν. etc. Nec praeteriit Ariſtotelem ſuum Politic. VIII. c. 1. de detrimentis diſſerentem, quae reſpublica e neglecta puerorum educatione capere ſoleat; ex quo etiam haec obſeruat: „tyrannos ideo rectam inſtitutionem ciuium, vt ſibi noxiam, ſemper abhorruiſſe, *Polit.* V. c. 11. obſeruat Ariſtoteles, quoniam ex ea generoſi ſpiritus, vnaque ſapientia ciuium filiis enaſcantur; quod *ibid.* c. 10. videmus Thraſybulum vaferrimo praeſtitiſſe inſtituto, qui, vt Gelonis filio nepoti ſuo regnum eriperet, omnibus illum deliciis et voluptatibus immergi curauit. At ex oppoſito prudentes legumlatores puerorum primo inſiſtunt educationi, veluti vnico rite inſtitutae reipublicae fundamento; prouidi inſtar agricolae, vt dicebat Plato in Euthyphrone [c. 1. p. 10. Fiſch.] qui tenellas primo plantas ſumma curat ſolertia.“ Sed in hanc ſententiam plura potuiſſet exempla ex antiquitate afferre, et multo plura loca, educationis praeſtantiam illuſtrantia, vel in ſolo Platone et Ariſtotele habentur. Thraſybulus enim, Hieronis Syracuſani frater, in callido iſto inuento ſiue ducem ſiue praecurſorem habuit Croeſum, qui, vt Lydorum vitam ſeruaret, eorum mores perdere non dubitauit, eiusque rei Cyro auctor exſtitit. vid. Herodot. I. c. 155. Thraſybulum ſecutus et imitatus eſt Dionyſius, qui Dionis filium *ſic educari iuſſit, vt indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus.* Cornel. Nep. Dion. c. 4. Cf. Socratis cum Ariſtippo

disputatio, in Memor. L. II. c. 1. Nimius forem et molestior, si vel ea loca; quae mihi iam in promtu sunt, exscriberem; quominus indicem, nil impedit. Conf. igitur Plato Theag. pag. 6. T. II. Bip. et p. 17. De republ. passim, velut Lib. II. p. 244. sqq. Lib. III. inde ab initio, et p. 285 - 314. Lib. V. p. 8. sqq. p. 25. sqq. p. 84. sqq. Lib. VII. p. 134. et 141. sqq. de philosophi quidem institutione. De Legg. I. p. 42 - 46. T. VIII. L. II. p. 59. sqq. p. 82. sqq. Aristoteles, praeter loca iam allata, Ethic. II. c. 1. fin. et c. 2. cf. Sophocles Philoct. vs. 387. Eurip. Hecub. vs. 599. sqq. Xenoph. in Memorabilibus passim, velut L. IV. c. 1. et 2. §. 2. sqq. in Cyropaedia L. I. Plutarch. de educat. c. 3. et 7. Sed quoad ratio educationis e scriptis veterum, quae aetatem tulerunt, illustrari possit, ex instituto commodius dicetur, quam hoc loco. Haec apposui, ne quis haec in Ocello admiretur rudimenta et inchoata, si forte nostrae aetatis magniloquentia hoc in genere eum recens circumsonauerit.

4. φιλίππους etc.) Eodem exemplo in re fere eadem Platonem vsum esse de Republ. L. V. annotavit Vizzanius.

5. καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας) Solent hae voculae componi. Cf. Plato Criton. p. 116. Phaedon. pag. 244. Politico p. 42. Timaeo T. IX. p. 285. Menexeno c. 6. vbi videndus Gottleberus p. 26. Nostri philosophi culturam corporis a mentis cultura separant; sed hoc discrimen huc trahendum non est; παιδεία enim non est solius mentis et animi cultura.

6. κακία) Non tam infortunium, quam praua mentis vel totius hominis conditio. Synonymum est φαυλότης.

7. βοσκηματώδη) Eos Ocellus intelligit, qui tantum quantum sensu mouentur. Sic Aristot. Nicom. I, 3. eos, qui voluptatem tanquam summum bonum sequuntur, vocat βοσκημάτων βίον προαιρουμένους καὶ ἀνδραποδώδεις. Et haec quidem hactenus.

DISPVTATIO

DE

LIBELLI ANTIQVITATE ET AVCTORE.

§. 1.

Quum haud parua difficilium rerum copia Ocelli interpretem impediat, eique ancipitem curam cogitandi afferat: tum maxime in contrarias ſententias diſtrahitur animus, quum incidit in quaeſtionem, num hic liber genuinus ſit, et vere ab Ocello, antiquiſſimo iſto philoſopho, cui tribuitur, profectus; atque in tanta doctiſſimorum virorum diſſenſione, in tanta coniecturarum et opinionum varietate, in tanta decretorum antiquiſſimae philoſophiae, et huius maxime rei obſcuritate, qui non in probabilitate haud captioſa ſubſiſtere, ſed certam aliquam ſententiam amplecti fidenterque pronuntiare velit: eum et incredibili minutiſſimarum rerum cognitione et admirando ingenii acumine et certa quadam minimeque fallaci ſagacitate praeditum eſſe oporteret. Quamquam igitur hanc rem diu multumque in animo verſaui, nec rudis ad eam acceſſi: tamen magna me timiditate acceſſiſſe non diffiteor. Quodſi enim certamini, vt eſt, me immiſceam, contrariarum ſententiarum alteram arreptam defendam, et quae in diligenti quaeſtione contraria ſe obtulerint, vel animi agitatione inuenta fuerint, *μάλα ῥητορικῶς* reticeam: facile vidi, peritis harum rerum arbitris, ad quorum iudicium nunc elaborare ſtudui, parum me ſatis eſſe facturum. Hi enim poſtulabunt, vt res omnis candide retractetur, atque non modo non magis con-

fundatur, verum etiam explicetur; cuius explicationis etfi finis haud fplendidus et honorificus fit, negotium tamen ipfum fat difficile reperietur. Itaque, quantum facultas feret, faciam, fperans fore, vt hi conatus mei in bonam partem accipiantur; et vt laudem mereri nunc fere defpero, ita errorum, qui admiffi fuerint, veniam nacturum me effe confido. Quid autem effecerim, num res explicatior euaferit, an iudicata fit, an quo facilius iudicari poffit, propius fit adducta: ea omnia eos velim iudicare, qui veterum philofophorum decreta non e noftratium libris folis, fed ex ipfis veterum auctorum fcriptis, non perfunctoria infpectione, fed diligenti interpretatione didicerunt, et quibus maiori curae fuit, quid veteres affirmarint, accurate difcere, quam de eo, quod decreviffe viderentur, ex recentiorum principiis, philofophari.

§. 2.

De dubitationis huius origine et progreffu.

In hac quaeftione autem maxime curandum videbatur, vt lectores omnem rem et dubitationis hiftoriam vno adfpectu facile comprehendere poffint. Itaque de iis breuiter dicendum eft, qui olim de Ocello iudicarunt, eumque aut reiecerunt, aut genuinum cenfuerunt; in qua quidem expofitione temporum ordinem maxime feruabo, vt non modo quid quisque, inde a renatis literis, ad hanc quaeftionem attulerit, fed etiam, quae primaria fuerit dubitandi cauffa, facilius appareat, et ea quidem, vbi nuda eft nominis allegatio, celeri greffu praeteribo, nec anxie conquiram. Iam ante annum aeris Chriftianae 1498. Ocellus doctorum manibus verfatus eft. Nogarola enim adducit *Iohannem Picum Mirandulanum* (cuius opera ifto anno edita funt) Lib. I. contra Aftrologos ita fcribentem: *cur et Ocellus idem Lucanus, in libro de mundo, tefti-*

monio etiam ipse Platonis eminentissimus. Post secuta est *Parisina* editio (1539.) et *Louaniensis* (1554.) et *Nogarolae Veneta* (1559.), in quibus nullum est dubitationis vestigium. Nogarola quidem non ineptam iudicat quaestionem: *quamobrem Archytas Tarentinus et Timaeus Locrus, Itali philosophi; cur item Theocritus poëta ex Sicilia ortus — Dorica lingua scripserint, aliarum Graecarum antiquissima; Ocellus autem in rebus naturae explicandis Attico sermone vsus sit*: (Vid. annot. primam.) sed ad dubia de libelli ingenuitate hanc quaestionem non accommodauit; contra ea plura collegit testimonia, Philonis Iudaei, Luciani, Archytae, Platonis apud Diogenem Laërtium, et Pici Mirandulani. Neque apud *Franciscum Patricium* a Vizzanio nominatum, cuius discussiones Peripateticae Basileae 1581. prodierunt, vllam potui de libro genuino dubitationem inuenire; doctissimus homo potius non solum ex hoc et ignoto quodam Ocelli libro plura passim, vt vidimus, adscripsit, et cum Aristotelicis decretis composuit; sed etiam T. IV. L. VII. p. 437. fidenter affirmauit, Empedoclem, Ocellum et Hippocratem quatuor mundi elementa ante Aristotelem docuisse; Ocellum Hippocrate aetate superiorem, et Timaeum Locrum Ocello esse contemporaneum, quum vterque Pythagoram audierit. Quamquam autem Patricius Peripateticae disciplinae parum faueret: tamen, quum tanta esset eius eruditio, eum arbitror non omissurum fuisse, si qua dubitatio siue ab aliis mota, siue in ipso orta fuisset. Nec postea *Commelinus* in editione, (1596.) cui epistolam ad Isaacum Casaubonum, a quo graecum Ocelli exemplar acceperat, adiecit, vllius dubii mentionem fecit. Idem dicendum de *Francisco Picolomineo*, cuius commentarii in libros Aristotelis de Ortu et Interitu Francof. 1602. editi sunt. Ita enim, monente Vizzanio, ad L. II. t. 6. scripsit: *Aristoteles non profitetur se inuentorem numeri primarum qualitatum; nam Ocellus Pythagoreus, et Hippocrates his frequenter sunt vsi, at non patefecerunt, quare tot et tales essent.* *Daniel Heinsius* in no-

tis et emendationibus ad Maximum Tyrium (L. B. 1607.) ad p. 52. quum Ocelli locum e c. 4. adſcripſiſſet, addidit: *ita reuera nihil aliud eſt nobiliſſimus ille ſcriptor, quam Pythagoricarum opinionum quoddam ſyntagma. Ioh. Meurſius* in ſuis notis in epiſt. Beſſarionis Cardinalis ad paedagogum filiorum Thomae Palaeologi, (editis L. Bat. 1613.) Vizzanio Auctore, ita habet: *ecce autem, Lector, quantum Graecia illa vetus mutauerit, et in quam barbariem deuenerit. Venit hic mihi in mentem oraculum illud Ocelli Lucani de natura vniuerſi c. 3. πολλάκις γάρ. etc.* Nec *Lindenbrogius* in ſuis ad Cenſorinum notis c. 2. (1614.) dubitauit; nec denique *Daniel Sennertus*, ex cuius Epitome ſc. Nat. L. II. c. 1. (edita 1618.) Vizzanius haec attulit: *Ocellus librum ſuum de rebus naturalibus περὶ τοῦ Παντὸς inſcripſit, et de his appellationibus* ſcribit *τὸ δέ γε ὅλον etc.* Quodſi igitur e doctiſſimorum hominum non modo ſilentio, ſed auctoritate a dubitatione remota, quidquam concludi poteſt; ſeculum XVI totum, et primum certe decimi ſeptimi decennium dubitatione iſta fuit vacuum.

Sed non ita multo poſt dubia apparent. Etenim *Caſp. Barthius*, (cuius allegationes collegit Vizzanius) in libris Aduerſariorum, (1624.) vbi ſaepius Ocellum nominat, velut I, 8. et 15. VII, 2. XIX, 16. XXIII, 10. LVI, 1. XX, vlt. etiam haec de Ocello ſcripſit L. XLII. c. 1. p. 1867. *Dubitant nonnulli de libelli eius ingenuitate, non conſiderate ſatis, vt ego perſuaſus ſum. Nam et breuitas et grauitas illi ſeculo reſpondet, vt de rebus et ſermone nunc nihil dicam. Ipſa enim prima verba σεμνὸν illud aeui virtuti deuotioris retinent τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως. Quomodo et in libello Timaei eiusdem inſcriptionis, ſed multis millibus praeſtantiori, exorditum videmus. etc.* et Libro LIV. c. 9. p. 2537. *Ocellus Lucanus, cuius libellus Pythagoricorum ſcitorum quaedam concinnatio eſt. etc.* Succeſſit anno 1646. docta et diligens *Emanuelis Vizzanii*

zanii opera, defenſionem libelli ſuſcipientis. Et hic quidem, quod ſcrupulum iniiceret, praeter dialectum nihil habebat. Vt igitur librum vindicaret, non modo teſtimonia a Nogarola collecta reddidit, ſed etiam, quae ſuo ipſius ſtudio congeſſerat, addidit, *Iamblich.* de Vit. Pythag. c. 36. *Cenſorinum* de die natali c. 2. *Sextum Empiric.* adu. Mathem. IX. c. vlt. atque *Stobaeum*, plura loca huius libri dorice exhibentem, aliosque recentiores iam nominatos. Denique pergit: *Nec quempiam turbari contingat, quod et de lege fragmentum, eosque vlterius, quos retulit Stobaeus, textus iisdem quidem omnino vocibus, at diuerſa, Dorica ſcilicet, dialecto videat expreſſos: hinc enim nulla operi demenda fides, quod ipſa dogmata ſuo abunde vindicent auctori. Id certe aſſerendum crediderim, Ocellum Dorica dialecto ſuum opus conſcripſiſſe, tum quia Pythagoreos quoslibet illi ſtuduiſſe comperio, quos legerim, ſi tamen de antiquis ſit ſermo: tum quia id Pythagorae ſuadeant inſtituta, qui ſemper Graecorum idiomatum Doricum maxime voluit ſectari, cum antiquius, tum etiam praeſtantius illud ſemper arbitratus, teſte Iamblicho: (de vita Pythag. c. 34.) indeque tenui ac facili immutatione Ocelli opera ad Atticam traducta dialectum, vt ſcilicet celeberrima dogmata illa exprimerentur dialecto, quam maxime familiarem Graeciae eiusdem elegantia conſtituerat, eo fere pacto, quo Luſitano idiomate ab eruditis viris conſcripta opera in Caſtellanam, amoeniorem veluti, dictionem transferri haud raro conſpicimus exemplo.* —

Sed paullo poſt *Hermannus Conring.* Propolitic. c. 15. (Helmſt. 1663. 4.) Ocelli et Timaei Locri libros ſpurios iudicans, id ſe ait alias oſtendere. Eum tamen parum accurate hac de re cogitauiſſe, vel ea docent, quae de fictis ſeculo ſecundo et tertio libris ſubiecit; nec, vbi negationis ſuae rationes attulerit. inuenire potui. Nouam vero dubitandi viam ingreſſus eſt *Samuel Parkerus* (in diſp. de deo et prouidentia, anno 1678. primum editis, diſp. IV. Sect. III. p. 355.) qui,

ſi recte eum cepit Stollius in hiſtoria eruditionis pag. 556. neque Ocellum Pythagoreum, nec eius librum tam antiquum, quam putetur, haberi voluit, quia non Pythagorae, ſed Ariſtotelis, decreta contineat. Addit Stollius: *gleich als wenn er es gewiſs wüſste, daſs Pythagoras einen wirklichen Anfang der Welt ſtatuiret*; vnde apparet, decretum de mundo aeterno dubitationis anſam dediſſe. Neque tamen hoc multis innotuiſſe videtur. Etenim non modo *Thomas Gale* in praefatione Opuſculorum mythol. phyſic. et ethic. anno 1687. ſcripta, ita habet: *Ocellus Lucanus et Timaeus Locrus ex ſanctiſſima Pythagorae diſciplina profecti ſunt. Horum laudibus quoniam de meo nihil adiicere potui, aliorum de iis in prioribus editionibus teſtimonia* contentus *fui auxiſſe vno atque alio calculo* *): (praetermiſſa nimirum Parkeri dubitatione) ſed etiam Morhofius (qui 1691. deceſſit) in Polyhiſtore T. II. L. I. c. 2. p. 13. de Ocello ita iudicauit: Ocellus Lucanus. *Fuit ille antiquiſſimus philoſophus Pythagoricus, qui ante Ariſtotelem* de natura vniuerſi *ſcripſit. Hunc ſuperſtitem habemus paene ſolum ex auctoribus doctrinae Pythagoricae. Exſtat et quoddam Timaei Locrenſis fragmentum* de anima mundi et natura *editum Pariſiis anno 1555. 8. ſed non vsque adeo plenam meretur fidem. Huius Ocelli Lucani ſcriptum genuinum eſt.— Huius Ocelli paſſim ſunt apud Graecos Encomia, et apud ipſum Ariſtotelem* **). *Illud, quod de natura Vniuerſi ſcripſit, totum paene Ariſtoteles exſcripſit, vt vel ex vno hoc pateat, non adeo falſos eſſe, qui Ariſtoteli plagia, in veteres Philoſophos commiſſa, imputant. Omnia enim, quae pro aeternitate mundi apud Ariſtotelem argumenta occurrunt, ex his fontibus hauriuntur, vt conferenti patebit* ***). Quemadmodum autem hic

*) In Ocello quidem addidiſſe videtur Procli ad Platonis Timaeum auctoritatem; nam Syriani ad Met. Ariſtot. iam ὡς ἐν παρόδῳ mentionem fecit Vizzanius.

**) Vtinam non dixiſſet ſolum, ſed etiam nobis probaſſet.

***) Conferenti alia omnia patent, ſed hoc etiam patet,

Aristotelem accusandum putauit, ita postea *Thomas Burnetus* in Archaeologia philosophica (Lond. 1692.) L. I. c. 11. p. 152. propter mundi aeternitatem secundum materiam et formam, aut auctorem pseudopythagoreum, aut librum ψευδεπίγραφον esse contendit; quae docti hominis sententia, etsi Parkeriana cautior esset et modestior: tamen aut non obseruata est a multis *), aut non probata. Nam *Richardus Bentleius*, in diss. de Phalaridis epistolis, (quae primum prodiit 1697.) quum docuisset, Ocelli librum dorice fuisse conscriptum, (p. 26. edit. Lips.) addit: *ex quibus efficitur vtrumque, vt et Ocellus scripserit Dorice, nec adeo possit istoc exemplo excusari Phalaris; et, quod maioris est momenti, id, quod nunc exstet, verum Ocelli opus sit existimandum; cuius fidem adhuc suspectam eruditis reddidit dialectus. Discimus enim ex his fragmentis, singula verba veri operis fideliter seruata esse; sermone Dorico pro arbitrio librarii alicuius post tempora Stobaei in communem solum conuerso.* Quia autem haec dubitandi causa satis iam, vel a Vizzanio infirmata, altera vero haud adeo doctorum mentes peruagata esset: factum esse puto, vt πολυμαθέστατος *Ioh. Alb. Fabricius* in Bibliothecae Graecae Tom. I. (anno 1705.) Ocellum tanquam genuinum introduceret, atque dubiorum ne mentionem quidem faceret. Ex quo quidem tempore dubitationis agitatio videtur diu conquieuisse. Doctissimus *Burcardus Gotthelf Struvius* in Bibliotheca philosophica anno 1712. tertium edita, pag. 27. sq. *Inter sectatores*, sc. Pythagorae, ait, *aeque refertur Ocellus Lucanus, in opere de natura vniuersi — licet hinc inde etiam a sententiis Pythagoreorum discrepet. — Gottlieb Stollius* in Historie der Gelahrheit (Ienae 1736.) p. 555. sq. neque Conringii auctoritate, nec Parkeri argumento, impediri se passus est, quominus Ocellum genuinum putaret Py-

Morhofium non contulisse, atque haec dixisse *sperantem*, fore, vt recte se habeant.

*) Acta Eruditorum Lipsiensia eam non praeterierunt, in recensione operis.

thagoreum, donec contrarium ipſi rite fuerit probatum. — *Iacobus Bruckerus* in hiſtoria critica philoſophiae (anno 1742.) Tom. I. p. 1122. et pag. 818. *non eiiciendum*, inquit, *nobile antiquitatis philoſophicae monumentum ex Pythagoreorum circulo, ſed ſcholae ſectaeque ſuae relinquendum Ocellum;* cuius auctoritatem et argumenta ſecutus eſt *Sigm. Iac. Baumgarten* in annotationibus ad Hiſtoriam Vniuerſalem, Tom. I. p. 8. n. 4. Atque haec tanta doctiſſimorum virorum conſenſio facit, vt intelligamus, qui *D'Argens* homo non indoctus, etſi Vizzanii librum haberet ante oculos, tamen (anno 1762.) ſcribere potuerit p. 2. *Mais comment Ariſtote a-t-il pu dire, qu'il avoit été le premier à connoître l'éternité du monde, et comment les Commentateurs l'ont ils cru ſur parole, puisqu'ils pouvoient ſe convaincre évidemment de la fauſſe aſſertion de leur Maître, ayant devant leurs yeux l'ouvrage d'Ocellus qu'ils ne pouvoient ignorer, et Ariſtote encore moins qu'eux.* Quae obſeruatio alias non poterit non lepidiſſima videri, praeſertim, ſi recentiorum exemplis, quae viro docto ſtatim in mentem venerunt, perlectis etiam haec reperimus: *Ariſtote étoit bien aiſe de paſſer pour l'auteur d'un ſiſteme entierement nouveau: ſes partiſans dans la Grece firent ce que les partiſans des Philoſophes modernes font en France, en Angleterre, et en Allemagne.* Aliter *Battaeſius* et cautius; qui in editione (1768.) quum de dialecto Dorica a grammatico deleta dixiſſet, ita p. 9. pergit: *cette eſpèce de falſification, jointe à une conformité ſingulière des dogmes d'Ocellus avec ceux d'Ariſtote, a fait naître quelque doute ſur l'authenticité de at ouvrage. Mais ces doutes diſparoiſſent, quand on fait attention à la ſimplicité, à la brièveté laconique, et à la gravité du ſtyle qui règnent dans tout l'ouvrage, et qui ſont comme le ſceau de l'antiquité. Le fonds de la doctrine eſt conſtamment celui de l'Ecole de Pythagore, qui faiſoit l'Vnivers éternel, qui rempliſſoit le Ciel de Dieux, les Régions intermediaires de Démons, et l'eſpace ſublunaire des quatre élémens chan-*

geans par leurs générations réciproques. Si Ariſtote eſt d'accord avec Ocellus ſur beaucoup de points importans, cela ne prouve autre choſe, ſi non qu'il n'a pu trouver ailleurs, ni imaginer lui-même rien, de plus vraiſemblable que ce qu'Ocellus avoit dit. Timée de Locres, comme on le verra, a dit les mêmes choſes qu'Ocellus, à quelques expreſſions près, qu'il a jugé à propos d'emprunter du langage particulier de l'Ecole Pythagoricienne, pour relever la maieſté de la Philoſophie: faudra-t-il en conclure que l'ouvrage de Timée a été fait d'après Ariſtote? Enfin, Platon a commenté le Pythagoricien de Locres; Ariſtote a commenté Ocellus: pour quoi la conformité d'Ocellus avec Ariſtote feroit-elle plus de tort à l'authenticité d'Ocellus, que celle de Timée avec Platon n'en a fait à Timée?

Inde ab hoc tempore non modo doctrina, ſed etiam contentione maiori res agitari coepit. Etenim Meinerſius Vir Illuſtris quum hanc docti Galli editionem in Bibliotheca philologica Göttingenſi Tom. I. partic. 4. et 5. diiudicaret, omnem Ocelli cauſſam maxime dubiam reddere ſtuduit, quumque et doctrina et ingenio et dicendi facultate abunde eſſet inſtructus, etiam reddidit. Argumentis enim editoris docti allatis et breuiter infirmatis, contra antiquitatem et authentiam vrget *ſilentium* Platonis, Ariſtotelis, Galeni, Plutarchi, doctiſſimorum hominum; quorum duo priores Ocellum, ſi cognouiſſent, non modo laudaſſent, ſed etiam laudare debuiſſent; monet, doctrinam de mundo aeterno ne notam quidem Platoni fuiſſe; eiusque inventorem aperte ſe profiteri Ariſtotelem; Cenſorino decretum de generis humani aeternitate Pythagorae tribuenti, quum ſpuriis libris deceptus errarit, nihil eſſe tribuendum; placitorum Pythagorae propriorum, numerorum et ſymbolorum nullum ineſſe veſtigium; ſcribendi genus non eſſe Pythagoricum et myſticum, ſed Ariſtotelicis terminis in libris de generatione et corruptione maxime conſentaneum; teſtimonia veterum non ea eſſe, quae nobis authentiam perſuadeant;

Philonem, praeterquam quod recentior ſit, problematice loqui; Sextum Empir. videri aliorum ſecutum eſſe auctoritatem, et fortaſſe librum ne legiſſe quidem; epiſtolas Archytae et Platonis mutuas apud Diogenem fictas eſſe; Diogenem ipſum videri rem non credidiſſe, quippe qui Ocellum in numero Pythagoreorum non nominauerit. Multo fidentius, et tanto verborum impetu, vt ab hac quaeſtione facile deterreret omnes, qui in legendis veteribus philoſophis non verſati ſint, eandem cauſſam egit (1780) in praeſtantiſſimo libello, *Hiſtoria doctrinae de vero Deo*, Parte II. p. 312. ſqq. Ibi enim ab ea ſententia profectus, quam olim probare aliis ſtuduerat, Archytae et Platonis epiſtolas fictas eſſe, et ad ſuppoſititium huncce librum commendandum fictas, efficere ſtuduit, libelli indolem cum ficta iſta epiſtolarum auctoritate non conſentire. Arguit perſpicuitatem proſaici huius libelli, quanta ne in Platone quidem reperiatur; deſiderauit rurſus Pythagorea decreta; deſiderauit decretum de mundi aeternitate in Platone; et de Ariſtotelis fraude, furto, latrocinio, improbitate et ſtupore ea dixit, quae ſi vera eſſent, libellus genuinus haberi vix poſſet. Tum teſtimoniis veterum exagitatis, in nota p. 317. haec dedit: *Attenti quiuis huius libri lectores facile obſeruabunt, eum, licet maximam partem ex Ariſtotelicis centonibus conſutum, multis tamen Platonicis verbis tanquam gemmis diſtinctum eſſe;* quas quidem gemmas oſtendit in *Geſchichte der Wiſſenſchaften Griechenlands und Roms*, Tom. I. p. 584. nimirum κατὰ τ᾽αὐτὸ καὶ ὡσαύτως, ἶσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ, quae Platoni et Eleaticis; ἐπιγεννήματα, quod Chryſippo vindicat, νεῖκος et φύσις, quae Pythagoreis abiudicat, et διακόσμησιν, quam Anaxagorae adiudicat. Eodem tamen anno (1780.) Illuſtris *Tidemannus* in libro *Griechenlands Erſte Philoſophen*, p. 198. ſqq. etſi obiiceret nonnulla, quae falſa mihi videntur, tamen argumentorum in bibliotheca philologica propoſitorum vim valde minuit; atque hanc doctiſſimi viri operam non videtur reſpexiſſe Clariſſ. *Gurlitt*, quum in Abriſs der Geſch. der Philoſ.

(1786.) p. 127. iudicaret, Meinersium vere docuisse, hunc libellum opus esse Peripatetici cuiusdam e seculo primo; quod Meinersius nec dixit, nec docuit, nec docere voluit. Sed defensionem et vindicationem libri suscepit Clariss. *Bardili* in Epochen der vorzüglichsten Philosophischen Begriffe. (1788.) pag. 163. sqq. docte, feliciterque. Sed felicius etiam, si Timaeum Locrum et Ocellum separare maluisset, quam coniungere; haec enim coniunctio, etsi ad animi persuasionem apte excogitata est: tamen, quum non modo libelli ipsi mirum quantum differant, sed etiam in testimoniis veterum pro vtroque auctore haud parua sit diversitas: ad subtilitatem et veritatem minus idonea reperietur. Non ausus est Vir Clarissimus Ocellum et Timaeum numerare in primis et antiquissimis foederis Pythagorici sociis; sed ita ei visum diligenter legenti, in omni libello non modo nulla esse recentioris compilationis vestigia, sed etiam luculenta inesse ingenuitatis et antiquitatis argumenta; idque, postquam Platonici et Aristotelici silentii rationem reddidisset, cum ex totius libelli indole, tum ex singulis locis probare et efficere studuit. Illustr. *Tidemannus* tamen in Geist der spek. Philos. T. I. p. 91. a sententia, cuius patrocinium olim susceperat, recessit, atque non solum propter decreta Aristotelica, quae Ocello insint, verum etiam propter Met. I, 7. vbi Aristoteles neget, Pythagoreos de igne, terra et reliquis elementis quidquam docuisse, libellum spurium iudicauit, (ne illud dicam, quod ex eius verbis facile coniiciat aliquis: post Iamblichi aetatem confictum) atque Tom. III. p. 303. sine cunctatione in recentioribus et suppositi tiis numerauit. Hinc etiam *Buhlius* Vir Clariss. Lehrb. d. Gesch. der Philos. T. I. p. 228. ita censuit: *Die Aechtheit des Werks des Ocellus Lucanus, sofern dieser als einer der ältesten Pythagoreer angenommen wird, ist höchst verdächtig; — Inzwischen kann das Werk des Ocellus dienen, um sich von dem Pythagoreismus in seiner spätern Gestalt einen Begriff zu machen.* Parum igitur aut obseruatum aut proba-

tum eſt, quod Harleſius, Vir Illuſtris, in Noua Fabricianae Bibliothecae editione, ſi bene memini, veretur, ne libellus genuinus quidem, ſed interpolatus ſit.

§. 3.

De methodo.

Quodſi haec omnia animo et cogitatione perluſtramus, duas potiſſimum reperiemus dubitationis cauſſas, et primo quidem dialectum, qua nunc ſcriptus exſtat libellus, leuem quandam ſuſpicionem mouiſſe; deinde diſcrepantiam a decretis Pythagoreorum maxime iactatis et quaſi eminentibus, coniunctam cum magna decretorum Ariſtotelicorum ſimilitudine, et cum metu, ne Ariſtoteles non modo compilaſſe, ſed etiam mentitus eſſe videatur, tanta illi ſuſpicioni nutrimenta miniſtraſſe, vt in flammam exſurgeret, quae proxima quaeque corriperet, et luce ſua oculos ita praeſtringeret, vt, quamcunque in partem figerentur, coruſcis et diſcoloribus imaginibus impedirentur, quo minus rem ſimplicem et nudam cognoſcerent; in quod ſuſpicionis incendium ſi nos immiſerimus, idque in re media exſtinguere voluerimus: vidi equidem nil effici poſſe; ſed flammam e proximis redeuntem, quidquid exſtinxerimus, rurſus incendere, vt tandem feſſi et turbati ab opere cogamur recedere. Quamquam quid loquor obſcurius. Iſta igitur ſuſpicio, cum ſtudio Ariſtotelicae famae coniuncta, tandem non modo magnam vim argumentorum collegit, quae non amplius videatur impugnari poſſe, ſed etiam alia coniuncta veterum teſtimonia vario modo ſuſpecta reddidit. Atque in Ariſtotelis conſenſione ipſe diu haeſi; haeſi nempe tamdiu, quoad in ſingulis locis et in ipſis reciprocantium ſententiarum diſſenſionibus verſarer, nec de methodo cogitarem, quae nec rem ipſam remotioribus diſputationibus, iisdem tamen neceſſariis, obrueret, nec diſputationem et cogitationem in gyrum circumageret. De qua methodo paucis dicendum videtur.

Omnino intellexi, in hoc genere caussarum non esse quaerendam laudem *oratoris*, qui, quamcunque sententiam amplexus fuerit, eam magna argumentorum specie, et dictionis plenioris et parum subtilis fallacia, probabilem reddere cupiat; sed seuerius esse et, vt ita dicam, morosius versandum, vt diligenter quaeramus, non ambitiose dicamus. *Καὶ γὰρ δεῖν διαιτητὰς, καὶ οὐκ ἀντιδίκους εἶναι τοὺς μέλλοντας τ' ἀληθὲς κρίνειν ἱκανῶς* Aristoteles eodem loco dixit, qui hic in quaestionem maxime venit, (de Coelo I, c. 10.) Quodsi enim ista tractandi ratio placuisset, ne mihi quidem difficile factu fuisset, vt aut alterutra sententia sola, aut etiam vtraque probabilis *videatur.* Quis enim, qui non plane stipes esset, in re tam incerta, et commentitiis rebus ita patente, non potuisset in excogitando et coniectando et turbando multus esse, atque fidenter negando aut affirmando, quae sine multa lectione minutarumque rerum annotatione refutari nequeunt, haud paucis illa probare. Sed haec disputandi ratio, vt habet nescio quam ingenii ostentationem imperitis fortasse probabilem: ita ad hoc genus quaestionum, in quo non agitur, vt temporaria persuasione aut perperam iudicent lectores, aut ab omni iudicio abstineant, sed vt recte iudicent, et aliquando nutare desinant, plane inepta est. Quocirca eam, ridiculae ostentationis et inuidiae plenam, prorsus mittamus, atque non verborum strepitu et vehementia alterutram sententiam commendemus, sed seuero examine, vtra praeferenda sit, quaeramus.

Itaque primo curandum puto, *vt a re certa, et minime commentitia proficiscamur.* Sed quid hac in re certum? Quaerunt, num Aristoteles librum de mundo scripserit? Notus est Aristoteles; itaque quaeri potest, num talis libellus ab Aristotele bene noto profectus esse videatur. Sed in hac quaestione tam singularis est nequitia, vt auctoris rationem et modum fere ex hoc vno libro, aut e fragmentis magis etiam dubiis cognoscere debeamus. A testimoniis historicis profi-

cifcendum! At verendum eft, ne omnia teftimonia ad hunc librum pertinentia, huius libri lectione nitantur, vt, quum omnia fint recentiora, eorum auctoritatem magis Ocelli ingenuitate metiri, quam hanc illis efficere poffe, videamur. A comparatione cum Ariftotele exeundum; nam habemus fcripta Ariftotelis, habemus etiam hunc librum, et vt diligentiam et fubtilitatem adhibeamus, penes nos eft. Recte; comparatio ipfa res certa eft, fed id, in quo omnis rei cardo verfatur, num Ariftoteles ex Ocello, an Pfeudo-Ocellus ex Ariftotele haufeiit, admodum incertae quaeftionis eft, in qua vereri debemus, ne aut nimis magna aut nimis parua Ariftotelis reuerentia a recta via nos deducat; praefertim quum figna, e quibus in aliis libris haud difficulter intelligitur, quis eorum prior, quis pofterior fit, hac in re, vbi fraus, et ea quidem callida, interuenire potuit, admodum incerta reperiantur.

Haec omnia reputanti tutiffimum vifum eft, ab auctore, teftimoniisque de eo proficifci, vt habeamus, quo omnem difputationem referamus. Quamquam enim teftimonia veterum, fi pro authentia afferuntur, fatis infirma et incerta funt: hoc tamen fatis certo ex iis intelligitur, quid de Ocello ipfo veteres dixerint. Noftrum igitur eft curare, vt, quid teftimoniis veterum infit, et quid ex iis *certa* conclufione efficiatur, accurate appareat, quo facilius poftea videamus, num ipfa inter fe, et cum libelli indole confentiant.

Deinde danda eft opera, vt *diligenter diftinguamus*, *atque diftinctionibus haud commentitiis non modo difputandi et refutandi neceffitatem*, *fed etiam plurium enunciationum conglutinatarum, non tamen neceffario coniunctarum, demonftrationem effugiamus.* Hoc quale dicam, ita apparebit. Hactenus fere mifcuerunt quaeftiones, *num liber fit genuinus*, et *num decreta contineat eorum*, *quos Pythagoreos vocare folemus.* Sed inter has enunciationes nexus neceffarius non eft, vt altera alteram aut confequatur, aut deftruat. Neque enim, fi genuinus eft, decreta, quae

continet, Pythagorica *ſunt*, nec ſi non eſt genuinus, decreta Pythagorica non *ſunt*; nec ſi decreta Pythagorica non *ſunt*, propterea ſpurius putandus; nec, ſi *ſunt*, genuinus. Quamquam enim Iamblichus in Pythagoreis Ocellum recenſeat, Lucianus vero Pythagorae familiarem nominet: tamen quaeritur primo, num recte *iudicarit* Iamblichus, vel potius, quam late patere Pythagorei nomen cenſuerit; deinde num Ocellus Pythagorae rigidus ſatelles fuerit; atque omnino in logomachiam de vocula Pythagorei quaeſtio abit, et eam quidem a ſumma huius quaeſtionis alienam. Itaque has quaeſtiones ſeparabimus, quo facilius in vtraque verſemur. *Deinde* diſtinguenda haec: *num libellus antiquitatis veſtigia et ſimilitudinem referat*, et *num antiquus ſit.* Quamquam enim, ſi antiquus eſt, quaecunque inſunt notae, pro antiquitatis notis haberi debent: tamen, ſi vel maxime antiquitatis ſpeciem et ſimilitudinem habeat, nondum antiquus habendus eſt. Fieri enim potuit, vt ad antiquitatis ſimilitudinem diligenter effingeretur. *Denique* ſegregabimus *ea*, *quae neganda aut affirmanda ſunt*, *ab iis*, *quae nec neganda nec affirmanda ſunt.* Nam etſi omnis enunciatio (λόγος ἀποφαντικὸς) aut vera aut falſa *ſit*: inde tamen non ſequitur, vt omnis aut vera aut falſa *putetur*, et *dicatur*. Iſta quidem ſunt ἄμεσα, ſed in his tertium eſſe poteſt; vt nec vera dicatur, nec falſa; ſed vt omnino *nihil* dicatur et ſtatuatur. Itaque certum quidem eſt, librum, ſi genuinus ſit, non eſſe ſuppoſititium, et, ſi ſuppoſititius, non eſſe genuinum. Sed ſi ex eo, quod nulla ratio apparet, cur ſuppoſititius putetur, concludere velimus, eum genuinum eſſe; atque ex eo, quod nulla adſint authentiae argumenta, argumentum petamus fictionis et ſuppoſitionis: temere concluderemus et ſophiſtice. Erit fortaſſe, qui haec legendo mihi ſuccenſeat, quod in rebus tam tritis haeream e quavis Logica petendis. Sed iram cohibeat, et meminerit, vere *petenda* fuiſſe, et huic quaeſtioni *admovenda*.

Curriculum igitur, a nobis emetiendum, tribus spatiis constat; et primo quidem assequi debemus, quid de auctore eiusque libro a veteribus dicatur; deinde quaerendum, num liber eius antiquitatis istius similitudinem referat; denique, num sit, cur tam antiquus habeatur.

CAPVT I.

Quae de Ocello eiusque libro a veteribus tradita sunt, eruuntur.

§. 4.

Hic primo videndum de inscriptione libri; in qua, etsi nomen ipsum varie scribatur, auctor tamen constanter Lucanus vocatur. De Lucania autem nolo Nogarolam exscribere, nec Cluuerium Italia Ant. L. IV. c. 14. T. II. p. 1251 - 1282. nec Cellarium Not. Orb. Ant. T. I. p. 722 - 728. compilare. Vnum hoc moneo, *Veliam* seu *Eleam*, vnde Eleatici philosophi nomen acceperunt, in Lucania sitam fuisse. Reliqua testimonia ad duo genera reuocari possunt; alterum quidem est eorum, quae ad solum auctorem, ad Ocellum, pertinent, ad librum non proxime faciunt, alterum eorum, quae hunc librum ipsum spectant. In priori genere nunc sola spectanda est testium auctoritas, et eorum, quae de Ocello dicunt, interna probabilitas; in hoc tertium accedit, vt exploremus, num, quae de libello nostro dicuntur, etiam in eum cadant?

SECTIO I.

Primum genus testimoniorum.

§. 5.

De Archytae et Platonis epistolis.

Plurima eorum, quae e veteribus de Ocello discere possumus, exstant in epistolis Platonis et Archytae Ta-

rentini mutuis, a Diogene Laërtio L. VIII, 80. ſeruatis; quae paullo curatius iam conſiderandae ſunt.

Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν.

Καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀῤῥωστίας. ταῦτα γὰρ αὐτός τε ἐπέσταλκας, καὶ τοὶ περὶ Δαμησκὸν ἀπάγγελον. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω, καὶ βασιληΐας, καὶ ὁσιότατος, καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος αὐτοί τε ἔχομες, καί τινα ἀπεστάλκαμες. τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γε δύναται εὑρεθῆμεν. αἰ δέ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι.

Πλάτων Ἀρχύτᾳ εὖ πράττειν.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν ὡς ἔνι μάλιστα· καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων· λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ᾽ ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. τὰ δὲ παρ᾽ ἐμοὶ ὑπομνήματα, περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔπω ἔχει· ὡς δέ ποτε τυγχάνει ἔχοντα, ἀπέσταλκά σοι. περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν· ὥστε οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι. ἔῤῥωσο.

Teſtimonium, ſi genuinum eſt, non modo ſatis antiquum, ſed etiam ad hanc rem egregie accommodatum. Etſi enim non proxime ad *hunc* libellum pertinet: tamen haud vulgaria de Ocello docet, et illud ipſum, quod fundamentum totius quaeſtionis eſt, Ocellum ea de re, quae in noſtro libello tractatur, ſcripſiſſe. Sed ſtatim a curſu diſputationis reuocamur; certe veſtigium ſiſtere iubemur. *Ill. Meinerſius* enim in Hiſtoria doctrinae de vero Deo, pag. 313. fidenter ita ſcripſit: *nemo antiquus ſcriptor* eam (aetatem Ocelli) *definiuit*, *praeter fictae epiſtolae auctorem*, *qui Archytae nomine ad commendandum ſuppoſititium Ocelli librum abuſus eſt.* Plura inſunt huic loco, et ea quidem ſeparatim excutienda. *Ocelli liber ſuppoſititius eſt.* Hoc iam quaeritur, nec ab initio quaeſtionis, tanquam exploratum ſit, ſumendum. *Iſta epi-*

ftola ficta eft: In Biblioth. Philolog. l. l. hoc efficere ftuduit, de quo poftea. Haec epiftola ficta eft *ad commendandum libellum.* Hoc dixit Vir Illuftris folum, fed nullo argumento nobis probauit; atque profecto nihil eft aliud, quam mera coniectura, ita demum adhibenda, fi certis argumentis vtriusque iftius fententiae veritas effecta fuerit; et ne ita quidem adhibenda, quum fallax fit, atque licet admodum fit incerta, incredibilem tamen habeat vim ad animi perfuafionem. Incertam autem effe, nemini videbitur dubium, qui reputauerit, quam laxum fit vinculum, quod has epiftolas et huius libri authentiam copulet. *Neque enim fi liber fuppofitus eft, propterea ftatuendum eft, epiftolas effe fuppofitas;* nam, quum ex ipfa epiftola non appareat, vtrum hic ipfe libellus, quem habemus, intelligatur: poterat libellus propter epiftolam genuinam effingi, vt in ea memoratus exftaret. *Nec fi liber genuinus eft, fequitur, epiftolam effe genuinam;* quum ea, occafione ab hoc libello petita, Platoni atque Archytae affingi potuerit. *Nec fi epiftola fuppofita eft, ita ftatim libellus pro fuppofito habendus; nec genuina epiftola, easdem ob cauffas, libellum genuinum praeftat;* nec, fi vtrumque confictum, epiftola neceffario ad commendandum hunc libellum conficta; poterat enim fingi ex alio Ocelli fcripto fiue genuino fiue fpurio, et multiplici profecto confilio, in quo indicando hallucinari nolo. Ifta enim coniectura non modo nulla re commendatur, fi a magni Viri auctoritate receffleris, fed etiam eft quod eam infirmet; neque enim, fi ifto confilio et tanta fraudis confpiratione epiftola conficta fit, facile intelligitur, cur fraudulentus auctor libri allegationem eiusdem infcriptioni non finxerit confentaneam; nam in Archytae epiftola conftanter legimus γενέσεως, in Ocelli textu φύσεως, quae vocabula recentiori aeuo minime erant fynonyma. Quorfum haec omnia? vt facilius iftam fufpicionem omittamus, quae tanto magis quaeftionem noftram turbare poteft, quo magis facit, vt ratio ifta non tam fagax, quam fufpiciofa, egregie cohaereat, et

vt animum noſtrum *vna* eaque continua ſuſpicionis cogitatio circumuolitet. Quocirca iſtiusmodi coniecturas, ſi rerum *certarum* cauſſae *probabiles* quaeruntur, probandas cenſeo; ſin dubiis rebus adhibeantur, maxime noxias iudico. Nam faciunt, vt ſyntagma quoddam et ſyſtema coniecturarum animo ſe inſinuet abſolutum et in ſe rediens atque reductum, cui hoc vnum deeſt, quod verum non ſit.

His praemiſſis non vereor, ne ſuſpicionis iſtius ἐνάργεια nos impediat, quo minus pure videamus, num rationes adſint, cur epiſtolae allatae ſuppoſitae putentur. Obiicit Vir illuſtris: *nec dogma de mundi aeternitate, nec Ocelli ſcripta nota Platoni fuiſſe.* De ſingulis videndum. Et primo quidem illud admiror, quo iure Vir Illuſtris, qui libellum ſpurium putabat, hoc de mundo aeterno decretum in hac epiſtolae cauſſa vel nominare poterat. Quodſi enim libellus ſuppoſititius eſt, ad reiiciendam epiſtolam, in qua nulla iſtius aeternitatis ſignificatio eſt, nullo modo poteſt transferri. Neque enim, ſi *hic* libellus ſpurius eſt, ſequitur, vt omnino nullus liber περὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως ab Ocello ſcriptus ſit, in quo alia decreta Platoni nota continerentur. Sed ita verſatus eſt Vir Illuſtris, vt ad reiiciendum libellum, epiſtolas tanquam genuinas adhiberet (Vid. Hiſtor. doctr. de vero Deo p. 313.), ad infirmandas vero epiſtolas libello tanquam genuino et antiquo vteretur; quae concludendi ratio, quum in orbem nos ferat, ferri nullo modo poteſt. Sed admittatur haec concludendi ratio, admittenda ea quidem, ſi noſter libellus genuinus eſt; ipſa res, vnde concluditur, falſa eſt. Platoni enim decretum de mundo aeterno non fuit ignotum, vt poſtea videbimus §. 30. Ad alterum progredior: *Ocelli ſcripta Platoni nota non fuere.* Reliqua ſcripta nihil moror; de hoc libro quaeram. Et primo quidem illud monendum, etiamſi hic liber Platoni non fuerit notus, i. e. lectus, epiſtola tamen quo minus genuina ſit, nihil obſtare. Archytas enim non dicit, ſe *hunc*

librum misisse, sed *aliquos* eorum, quos haberet, misisse. Num igitur in missis istis hic etiam fuerit, incertum est. Deinde doceri nullo modo potest, hunc librum Platoni fuisse ignotum. Nam quod non allegavit nec Ocellum nominauit, poterant et aliae esse caussae, sed ea quoque, quod cum Archyta, vt ait, quod ad φυλακὴν consentiret.

Quaenam sit illa φυλακὴ, amplius quaerendum censebat Menagius in notis ad Laërtium. Sed quid est, cur dubitemus, quin sit eadem, quam in Pythagoreis admirabantur. θαυμάζεται καὶ ἡ τῆς φυλακῆς ἀκρίβεια Iamblichus inquit de Vit. Pythag. c. 31. pag. m. 172. quae, tametsi non ad omnes res pertineret, atque fabulis et ineptiis ineptam ipsa speciem acciperet; tamen apud Pythagoreos, teste Aristoxeno et Dicaearcho, obtinuit. Vid. Meinerſ. Gesch. d. Wiss. T. I. p. 491. sq. Cf. etiam Cicero de N. Deor. I. 26. et vero etiam Platoni ipsi placuit, vt eandem Dionysio commendaret, v. Ep. II. sua autem scripta non ipse ederet. Non me fugit, eundem virum doctum, cui non libenter contradico, alibi (p. 595. sq. in nota) negasse, Pythagorea decreta Platonis aetate adhuc secreta fuisse; sed hoc solum dixit, non legitima ratione probauit; nam quae de Archyta dixit, qui opera sua omnia ad communem vsum publicarit, et publice docuerit, commentitia videntur omnia. Ex Athenaei loco ibi allato certe effici non possunt. Athenaeus enim L. XII. C. 12. p. 545. A. narrat, Archytam disseruisse et collocutum esse, et interuenisse aliquem; quod profecto non est publice docere, multo minus scripta, et ea quidem omnia, ad omnium vsum diffundere.

Quid igitur, si Plato Archytae amico gratificaturus ab allegationibus consulto abstinuit; idque hoc mihi videtur probabilius, quod Plato, si bene memini, nusquam *scripta* Pythagoreorum appellat, sed *dicta*. Phaedone c. 5. p. 253. sqq. Fisch. de *sermonibus* Philolai loquitur, non de scriptis quibusdam. Timaeum *loquen-*

loquentem inducit, ſcripti cuiusdam mentionem non facit. Sic etiam Theaetet. p. 175. B. vbi Theaetetus ita: Ὅ γε ἐγὼ, ὦ Σώκρατες, εἰπόντός του ἀκήκοας ἐπιλελήσμην, νῦν δ' ἐννοῶ. ἔφη δὲ τὴν μὲν μετὰ λόγου ἀληθῆ δόξαν ἐπιστήμην εἶναι· τὴν δὲ ἄλογον, ἐκτὸς ἐπιστήμης· καὶ ὧν μὲν μή ἐστι λόγος, οὐκ ἐπιστητὰ εἶναι (οὑτωσὶ καὶ ὀνομάζων) ἃ δ' ἔχει, ἐπιστητά. Quae dicerem in Timaeum Locrum cadere (cf. p. 545. Gal. et Plat. Tim. T. IX. p. 301.) ſi quidem vocula ἐπιστητὸς in Timaeo aeque ac ἐπιστήμη eſſet adhibita.

Haec non moneo, quod certum et fidenter affirmandum putem, Ocelli librum, ab Archyta acceptum, ea de cauſſa non eſſe a Platone nominatum, ſed ne ex Platonis ſilentio certum argumentum peti poſſe videatur, quod nobis epiſtolarum auctoritatem dubiam et ſuſpectam reddat. Quod ſi hoc argumentum vi deſtitutum iudicabitur: reliqua omnia iam per ſe cadent.

Monuit doctiſſimus harum epiſtolarum oppugnator: intelligi non poſſe, qui tandem Archytas ſcripta Pythagorei a reliquorum Pythagoreorum decretis abhorrentia ad Platonem mittere potuerit, *ſine vlla huius diſcrepantiae ſignificatione.* Ponamus igitur, vera et certa eſſe, quae ſola et ea quidem nuda coniectura putantur: librum hunc Platoni miſſum, et Ocellum ab Archyta pro Pythagoreo habitum eſſe; atque ne ſic quidem hoc argumentum vllam vim habebit; ſi quidem nullum argumentum probandi vim habet, quod pro contrario aeque afferri poteſt. Nihil monuit Archytas, quia ipſum librum Platoni mittebat, vnde ipſe Plato debebat et poterat exiſtimare. Archytas noluit monere; voluit quidem, et feciſſet, ſed oblitus eſt. At debuit? ſed non vidit hoc ſe debere, et vero non debuit; ne licuit quidem homini vrbano. Miſit commentarios Platoni, cui Pythagorea decreta non ignota erant, qui, vt multi narrant, per Dionem Pythagoreos commentarios nactus erat. Quodſi eiusmodi obſeruationes addidiſſet, verendum fuiſſet, ne Platonis

acumini et iudicio diffidere, aut suum qualecunque iactasse videretur. Si aliunde constaret, Archytam loquacem fuisse et libenter addidisse superflua — sed hoc plane est *ἀεροβατεῖν*, ad alia progredior.

„Laërtius sibi non constat. Narrat in vita Platonis, Platonem a Philolao tria emisse scripta Pythagorica centum minarum pretio. Pythagoreos reliquos Philolao succensuisse, eumque sceleris reum putasse. Vnde igitur Archytae ista erga Platonem liberalitas. Nonne hoc Laërtius, si ipse credidisset, annotare debuisset?" Platonem Dioni, vt libros emeret, scripsisse, narrant Diogen. Laërt. III, 9. VIII, 15. VIII, 84 sq. Iamblich. de V. Pyth. c. 31. p. 172. Gellius III, c. 17. sed de *inuidia et criminibus* Philolai nihil monent. Vnde igitur hausta sit ista inuidiae mentio, me fugit, sed Diogeni certe, qui eam nullibi attingit, suspicionem mouere non poterat, nec vlla est hac in re eius inconstantia, nec erat, cur hoc tanquam singulare quiddam annotaret. *Sed vnde liberalitas?* Primo quaeramus, *num* sit liberalitas? nam in epistola *missi* dicuntur commentarii, sed *donati* non dicuntur. Deinde Archytas Platoni misit, qui, vt est in eadem epistola, suos commentarios ne expolitos quidem satis Archytae transmisit.

„At Diogenes nec Ocellum nec Timaeum Locrum in Pythagoreis recenset, vbi ex instituto de iis agit." Quid inde? Omisit hos et multos alios, siue quod longum videretur omnes nominare, siue quod oblitus esset, siue alia de caussa. Sed L. VIII, 14. tradit, ad Pythagorae familiaritatem etiam *Lucanos* accessisse.

„Denique in epistola absurda habentur. Nam inepte factum est, quod de Ocelli genere et maioribus multa exponerentur, quae quum Archytas a nepotibus et posteris Ocelli, ad quos iter fecerat, sine dubio plenius accipere poterat, Plato scripturus non fuisset." Ingeniose quidem, sed magna in eo est epistolae commendatio, quod tanto ingenio non potue-

runt grauiora inueniri. Ego vero in tam parua epiſtola primo non lego multa de genere Ocelli, deinde ne filios quidem aut nepotes Ocelli ſatis agnoſco. Archytas Platoni ſcribit: ὑπομνήματα (de quibus haud dubie Plato prius ſcripſerat) curae nobis fuerunt, adſcendimus ad Lucanos, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὠκέλλω ἐκγόνοις· τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω — αὐτοί τε ἔχομες etc. quem locum non ſolum Diogenis et Ocelli interpretes, ſed etiam hiſtoriae philoſophiae et literarum ſcriptores, quos euoluere potui omnes, partim de Ocelli *nepotibus*, partim cum Vizzanio de Ocelli *filiis* accipiunt. Haec tamen explicatio, niſi forte falſa, certe non neceſſaria eſt. Nam ἐκγόνοις ſignificare poteſt λόγους, *commentarios*, cuius metaphorae plura exempla inuenimus. Plato Sympoſ. c. XXVII. §. 7. edit. Wolf. καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον — οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν, ἃ ἐκείνοις ἀθάνατον κλέος καὶ μνήμην παρέχεται. atque Theaetet. T. II. p. 65. Bip. inuentum vocauit τῆς ψυχῆς ἔκγονον· quae ſecutus videtur Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 269. B. Colon. quum ſcriberet: οἱ μέν γε παῖδες σωμάτων, ψυχῆς δὲ ἔγγονοι οἱ λόγοι· atque apud Ciceronem Tuſc. Qu. V, 24. *triplex animi foetus*, eſt philoſophia in tres partes diſtincta et diſpoſita. Quemadmodum autem vocabuli vſus hanc explicationem admittit, ita ſuperior et inferior ſcriptura egregie eam confirmat, et adiuuat. Pergit enim auctor: τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω etc. ſcilicet ἔκγονα αὐτῶ, metaphorica vocula vſus, ne id, quod ante iam habuerat, ὑπομνήματα repetere cogeretur. In verbo autem ἐνετύχομες nemo vel mediocriter doctus haerebit. Vt enim Xenophon Mem. Socr. IV, 2, 4. de hominibus dixit: οὐδ' ἀκούων τινὰς εἶναι λέγειν τε καὶ πράττειν ἱκανοὺς, ἐζήτησα τούτοις ἐντυχεῖν· ita Plato de libris, ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ. Sympoſ. c. V. §. 4. atque Philo de mundo non interituro p. 728. G. Colon. ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι — ἐνέτυχον. Ad commendandam hanc interpretationem commentitiis rebus vti nolui; alioquin quaeſiuiſſem: num ne filii quidem aut nepotes aui aut parentis ſcripta ſeruarint, vt reperiri

non potuerint? quod ait Archytas. Sed eiusmodi quaestiones infinitas, in vtramque partem diu multumque agitandas, et inutiles libenter omitto. Quodsi igitur ista loci explicatio si non falsa, incerta saltem iudicanda est, nemo certam ex eo argumentationem petere poterit. Quamquam, quid haereo? Dabo, apud Ocelli filios vel nepotes versatum esse Archytam; dabo, illos origines suae gentis remotas non ignorasse; dabo etiam hoc, Archytam ista ab istis nepotibus accepisse; haec omnia, quae coniectura satis incerta et multiplici nituntur, concedam. Quid inde? Nimirum Plat. XXII. voces superfluae, quas vnus et alter ineptas iudicare potest, in epistola ad amicum, exciderunt. Quae res, si sufficit, vt epistola non modo Platone indigna, sed etiam ab eo non scripta iudicetur: vereor, ne summorum ingeniorum scripta suspecta reddi possint omnia.

Omnibus istis argumentis igitur nihil contra epistolarum γνησιότητα effici posse mihi certe videtur. Itaque si vel nihil Diogenis auctoritatem adiuuaret: tamen non esset, cur epistolae suppositititiae putentur. Sed insunt etiam γνησιότητος indicia; si quidem haud leue momentum ad animi persuasionem in eo est, quod omnia inter se et cum historia consentiunt. Praeter simplicitatem inest allusio ad infirmam Platonis valetudinem, qua propter multa itinera et crebras nauigationes vsus esse dicitur. (Vid. Seneca epist. 58. al. 59.) Quae de maioribus Ocelli et de Troianis temporibus dicuntur, a vulgari cognitione remotiora sunt, quam vt facile potuerint fingenti in mentem venire; atque omnino sunt eiusmodi, vt vix dici possent, nisi ab eo, qui veterem quandam famam sequeretur; vt est in epistola scriptum. Quid, quaeso, hominem, capto fingendi consilio, impedire poterat, quo minus multo splendidiora Ocello affingeret. Eleam in Lucania a Phocaeensibus esse conditam et Hellenicae originis, Herodotus tradit L. I. c. 167. promta profecto et illustris fingendi materies homini non plane rudi et

ftupido; a qua eum certe temporis ratio, quam alioquin iftius farinae homines parum curare folebant, deterrere non poterat. Sed e barbaria Ocelli genus repetit, idque fatis probabiliter; conftat enim, Laomedontem induci τυραννικώτερον. Denique breuiffima φυλακῆς fignificatio, haud ea quidem in Archytae epiftola, fed in Platonis literis, non poteft non aliquam admirationem excitare. Nam fi Plato Archytam ad φυλακὴν hortatus eft et excitauit: profecto exquifitius hoc eft, quam quod facile homini alieno fuccurreret, quum Pythagoreorum φυλακὴ decantata effet et omnibus nota; Platonis vero tantum non prorfus ignota, et fortaffe non per omnem viri vitam feruata *). Sin Plato φυλακὴν promifit, vt amici, libros mittentis, dubitationem et metum tolleret: in eo rurfus tam fubtilis eft vrbanitatis et humanitatis fignificatio, vt haud fciam, an fingenti in mentem venire potuerit. Atque omnino fi non modo eruditionem haud vulgarem et paratam, fed etiam tantam fubtilitatem et cautionem impoftores fingendo adhiberent: non amplius fieri poffe arbitror, vt genuina a fictis diftinguamus. Et haec quidem hactenus.

Attamen, ne quid fumam, quod non certo argumento fuperftructum fit: hisce epiftolis nunc non vtar tanquam genuinis; fed illud tantum ponam, quod fummo iure poffum. 1) Diogenes has epiftolas exhibet; nec dubium eft, quin ad Diogenis textum pertineant. 2) Non eft, cur epiftolae fuppofititiae putentur; quamquam nondum certo quodam indicio conftat, eas effe genuinas. 3) In his epiftolis Ocellus nominatur, et is quidem Lucanus. 4) Scripfiffe dicitur de lege, de regno, de pietate, de ortu rerum. 5) Hi libri Archytae aetate dicuntur exftitiffe, fed Ocelli fcripta

*) E loco Ciceronis ad Attic. XIII, 12. etfi effici non poteft, Platonis commentarios *iuffu* ipfius ab Hermodoro editos effe: tamen nec illud ineft luculenter: *inuito* Platone eos effe editos. Conf. Cl. *Tennemann.* Lehren und Meyn. des Socrat. über Unft. pag. 22.

non ita vulgata fuiſſe, vt Archytas ad Lucanos iter facere debuerit, et ne ita quidem reperire omnia potuerit. 6) Ocellum igitur ante Platonem vixiſſe, ſed quam diu ante Platonem vixerit, ex epiſtolis ipſis intelligi non poſſe. 7) Denique nec ab Archyta, nec a Platone Ocellum Pythagoreum dici, nec ineſſe in epiſtolis, vnde hoc quisquam rite colligat.

§. 6.

Lucianus.

Aliud teſtimonium ad ſolum Ocellum pertinens Luciano debetur, qui in libello *ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος*, c. 5. p. 729. ita habet: *ὁ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν.* Lucianus igitur Ocellum pariter atque Archytam referre videtur ad *familiares* et *auditores* Pythagorae. In hanc cogitationem certe nos adducunt voculae *τοῖς ἄλλοις*, et *ὁμιλητής*, quae vocula eodem ſignificatu legitur Timone, c. 10. Sed quaeritur, quanta ſit hac in re eius auctoritas. Etenim non ex inſtituto eam tractat, ſed aliud agendo attingit, vt incertum ſit, an ſcripſerit, quae ipſe explorata haberet, an ſit ea ſecutus, quae aut circumferrentur, aut ipſi tantum ita viderentur. Quamquam enim probe teneret, quae ſint hiſtoriae leges, et quam diligenter verum ſequi debeat hiſtoricus: tamen, quum omnino non tam ſtudioſus et diligens in definienda philoſophorum aetate, quam in deridendis eorum decretis dicax et facetus fuiſſe videatur: non eſſe arbitror, cur hac in re, et ea quidem obiter commemorata, multum ipſi tribuamus. Nec vereor, ne quis me putet diffidentius verſatum eſſe, quum Archytas Ocello iunctus tantum non cogat nos dubitare. Fieri enim nullo modo potuit, vt Archytas, Platonis et Dionyſiorum

aetate, et, secundum optimos Chronologos, fere CXX annos post Pythagorae obitum, superstes, Pythagoram attingeret, eiusque ὁμιλητὴς esse posset. Non me fugiunt, quae de duplici quasi Archyta a nonnullis dicuntur, sed rationes idoneae me fugiunt, cur veterem istum Archytam vere vixisse putemus; nemo enim praestabit, eum non esse a librariis, nomina permutantibus, procreatum; illud certe dubium non est, quae Diogenes VIII, 39. de *Archyta* et Lyside narrat, ea a Iamblicho de V. Pyth. §. 249. et a Porphyrio d. V. P. §. 57. de *Archippo* et Lyside commemorari. Quodsi quis igitur coniiciat, ex omni Pythagoreorum numero hos duos potissimum a Luciano coniungi, quia ista Archytae epistola, in qua illud ὑγιαίνειν inscriptum est, et Ocellus commemoratus, vndecunque accepta, istius animo obuersata fuerit: coniectura incerta esset, et cui *affirmatio* quaedam superstrui non possit; sed vt illud *negari* debeat, nemo facile efficiet. Hoc igitur Luciani testimonium ita optime accipiemus, si nec valde ei credamus, nisi aliis rationibus adiuuetur; nec, si nihil reperiatur, quod obstet, fidenter illud negemus.

§. 7.

Iamblichus.

Consentit cum Luciano Iamblichus, si quidem consentire putandi sunt, qui, etsi non plane eadem, ea tamen dicunt, quae non repugnant. Iamblichus enim de Vit. Pythag. c. 36. p. 221. ita: τῶν δὲ συμπάντων Πυθαγορέων τοὺς μὲν ἀγνῶτάς τε καὶ ἀνωνύμους τινὰς πολλοὺς εἰκὸς γεγονέναι· τῶν δὲ γνωριζομένων ἐστὶ τάδε τὰ ὀνόματα, atque in his clarorum Pythagoreorum nominibus habentur p. 223. etiam haec: Λευκανοί· Ὄκελος, καὶ Ὄκυλος ἀδελφοί, Ὀρέσανδρος etc. postea vero in Pythagoricarum foeminarum recensione nomina occurrunt similia, sed admodum corrupta, vnde tamen coniicias, Ocelli sororem in Pythagoreis foeminis fuisse claram.

Ex hoc igitur loco hoc vnum discimus, Ocellum *Pythagoreum* dici; sed quaerendum est, quid hoc sibi velit? Etenim quum nomen Pythagorei varie adhiberetur, istà appellatio non potest non valde ambigua et incerta videri. Quum enim omnino multiplex sit atque varium, sectatores magni cuiusdam philosophi ab ipso nominari: tum hac in re miram habet inconstantiam et varium errorem. Quam diuersa decreta et quam dissimilem philosophandi rationem olim sequebantur, qui omnes haberi volebant Socratici; atque nunc sequuntur, qui se Kantii sectatores et interpretes profitentur. Tametsi igitur vel nullum exstaret in veterum libris indicium, etiam in Pythagoreis tantam fuisse siue varietatem siue diuersitatem: tamen probabili coniectura ad hanc sententiam duceremur. Sed coniecturis non est opus. Etenim Iamblichus Pythagorei appellationem ita adhibuit, vt nec secum, nec cum aliis consentiret. Cap. XVIII. p. 84. haud scio vnde, de Pythagora descripsit: *κατὰ δὴ τȣτον τὸν λόγον* [*τῆς δικαιοσύνης* sc.] *τȣς μὲν Πυθαγορείους καλέσας, τȣς δὲ Πυθαγοριστάς· ὥσπερ Ἀττικȣς τινας ὀνομάζομεν, ἑτέρους δὲ Ἀττικιστάς. διελὼν ȣτω πρεπόντως τὰ ὀνόματα τȣς μὲν γνησίους εἶναι ἐνεστήσατο, τȣς δὲ ζηλωτὰς τȣτων δηλȣσθαι ἐνομοθέτησε. Τῶν μὲν ȣν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν ȣσίαν διέταξε, καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα διὰ παντὸς τȣ χρόνου διατελεῖν· τȣς δὲ ἑτέρους ἰδίας μὲν κτήσεις ἔχειν ἐκέλευσε, συνιόντας δὲ εἰς ταὐτὸ συσχολάζειν ἀλλήλοις. καὶ ȣτω τὴν διαδοχὴν ταύτην ἀπὸ Πυθαγόρου κατ᾽ ἀμφοτέρους τȣς τρόπους συστῆναι.* Ex his igitur atque ex antecedentibus patet, Pythagoreos vocatos esse, qui non modo propiori institutione magistri, verum etiam vitae atque bonorum communitate vterentur. Hoc vero de omnibus iis esse accipiendum et affirmandum, quos postea c. 36 in Pythagoreis ipse Iamblichus numerauit; id, qui in distinguendis aetatibus vel mediocriter versatus est, credere nemo potest. Aliter Anonymus de vita Pythag. apud Photium, Cod. CCLIX. *καὶ σὺν μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ οἱ γενόμενοι ἐκαλȣ̃ντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τȣτων μαθηταὶ Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταί, Πυ-*

θαγοϱισαί. Quae diuifio, quum per fe vitiofa fit, et a vario fundamento inftituta, tum quaerendum eft maxime, cui tandem fermonis confuetudini fit fuperftructa. His igitur iftorum hominum definitionibus in intelligendo parum adiuuamur. Sed ne Meinerfii quidem diligenti diftinctione hac in re multum proficimus. (Vid. Hiftor. doctr. de vero deo p. 294. fq. Gefch. der Wiff. Gr. u. R. Tom. I. p. 372. fqq. atque p. 461. fq.) Quemadmodum enim, fi quaerimus, quas Pythagoreorum philofophorum aetates diftinguere debeamus, aut, quos poffimus Pythagoreos vocare, noftro fcilicet arbitratu haud eo quidem inepto, egregie nobis Viri fubtilitate confultum eft: ita, fi ad interpretationem antiquorum librorum accedentes quaerimus, qui fint a veteribus Pythagorei appellati, parum adiumenti nobis attuliffe videtur; idque propterea, quia in informanda et conftituenda Pythagorei philofophi, et eius quidem antiqui, notione tria potiffimum fpectavit, *aetatem*, *cum Pythagora familiaritatem et decreta*, quae quidem tria nec neceffario coniuncta funt, nec coniuncta fuiffe videntur. Nam omnes Pythagorae familiares eiusdem quoque decreta omnia amplexos fuiffe, non modo doceri non poteft idoneo quodam et fide digno teftimonio; fed ne probabile quidem eft, nifi forte id probabile videtur, quod contra omnem analogiam diceretur; ifto tempore, in ifta philofophandi obfcuritate et ambiguitate, factum effe, vt omnes auditores praeceptorem eodem modo, et recte quidem, intelligerent; noftra aetate vero, vbi perfpicue et definite et explicate dici poteft et debet, non amplius fieri poffe, vt omnium auditorum affenfum et confenfum doctores confequantur. Itaque, fi Vir Illuftris, omiffis decretis, aetate et foederis communione fola Pythagoreum hominem cenfuiffet, idque non modo Lib. I. T. I. p. 372. fed etiam vbique feciffet; quamuis ne ita quidem vfus vocabuli veterum auctorum teftimoniis fatis poffit comprobari: tamen, quia in ipfa notione nihil ineffet, quod foederatos homines fortaffe diftrahat, et quibusdam eorum nomen Pytha-

goreorum denegare nos cogat: interna sua consensione se tueretur; nam foedere iuncti contemporanei certe esse debebant.

At hac via omnino parum hac in re efficiemus. Neque enim fieri debet, vt nobis ipsi notionem quandam informemus, eamque veteribus auctoribus, quos legimus, admoueamus (nam ita et male intelligemus eos, et saepe reprehendere debebimus tanquam ineptos et parum consentanea locutos); debemus potius ex ipsorum dictis vocabulorum vim, qualemcunque iis tribuerint, eruere et expedire.

Quocirca Iamblichi definitionem vndecunque petitam mittentes, *vsum* eius loci, in quo explicando versamur, considerabimus. In isto igitur CCXVIII. Pythagoreorum catalogo legimus Alcmaeonem Crotoniatam, Empedoclem Agrigentinum, Parmenidem Eleaten, Philolaum et Archytam Tarentinos, Melissum Samium, Echecratem Phliasium; vt facile appareat, *nec* aetatis, *nec* foederatae societatis, *nec* denique decretorum rationem haberi, sed omnes omnino Pythagoreos vocari, qui quocunque demum modo siue referri ad Pythagoram, siue ab eo deriuari poterant, qui aut ipsum, aut eius auditorem, aut auditoris auditorem audiuerant, aut audiuisse putabantur. Vagus profecto vsus, atque eiusmodi, vt multo plures, et vero ipsum Platonem in iis debuisset numerare; nec dubito, si definitione quadam hos *omnes*, et eos quidem *solos* comprehendere voluisset, quin nihil effecturus fuisset. Ita tamen dixit; nec defuerunt, qui eodem modo dicerent. Anonymus de Vita Pythag. §. 8. p. 59. Kust. Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην τοὺς Ἐλεάτας· καὶ οὗτοι δὲ τῆς Πυθαγορείου ἦσαν διατριβῆς. At hi negligentiores fortasse atque confusi. Immo Strabo, grauis auctor, Geogr. L. VI. p. 387. Almelov. non dubitauit scribere: ἐξ ἧς [Ἐλέας puta] Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι, vt magno argumento esse possit, Pythagoreorum nomen recentiore aetate tam

late patuiſſe, tamque infinitum fuiſſe. — Quid veteres? Quaeſtio huc non pertinet; ſed quia huic diſſertationi inſerenda eſt, hic adiiciam, ne eadem res ſaepius debeat retractari. Et Platonicas philoſophorum appellationes et diſtinctiones nunc non moror. Vnum moneo, iam ab eo nominari τὸ Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρότερον ἀρξάμενον, a quo deinceps Siculae Muſae Empedoclis diſtinguuntur. Soph. T. II. p. 252. Bip. De Ariſtotele diligentius videndum. Aetas igitur eorum, quos Pythagoreos vocare ſolet, ſatis definiri poteſt ex locis a Meinerſio, hiſt. doctr. de vero deo p. 299. laudatis. Met. A. c. 5. et M, c. 4. p. 217. Sylb. Quum enim iſto loco de Leucippo et Democrito dixiſſet, ita pergit: ἐν δὲ τούτοις καὶ πρὸ τούτων οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι. et deinceps: ὅνπερ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης ὑπολαβεῖν· καὶ ἤτοι οὗτος παρ᾽ ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι παρὰ τούτου παρέλαβον τὸν λόγον τοῦτον· καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ. C. VI. initio dicit de Platone Pythagoreos multis in rebus ſecuto, ſed etiam ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν φιλοσοφίαν habente. Met. M. c. 4. vero, poſtquam Democriti mentionem fecerat, addit οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον. Dubium igitur non eſt, quin de iis dixerit Pythagoreis, qui ante Platonem; qui cum Leucippo et Democrito, et antea; qui ante et poſt Alcmaeonem vixerint. Sed quosnam eorum omnium, qui iſta aetate viuerent, hoc nomine vocarit, et qua re Pythagoreum philoſophum cenſuerit, difficile dictu eſt. *Aetate ſola*, non potuit; nam Alcmaeonem, Democritum, Leucippum, Empedoclem et Parmenidem ab iis diſtinguit. Qui Pythagorei vocantur, poſtea Italici vocantur, vt vidimus, et de Coelo II. c. 12. ἐναντίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι λέγουσιν; ſed ne hoc quidem poterat eſſe κριτήριον· nam Italici philoſophi nomen latius patet, et ad Xenophanem, et Parmenidem, qui a Pythagoreis diſtinguuntur, aeque pertineret. Ad foederis conſociationem reſpexit? Non audeo affirmare, nec negare audeo, etſi ea, quae de Pythagoreis ab Alcmaeone diſcentibus dicuntur, parum

videntur fauere. Pythagorae auditores; et ab iis proxime profectos ita vocauit? Sed hoc quoque latius patere videtur, quam vſus vocabuli apud Ariſtotelem; niſi forte falſa ſunt, quae de Empedocle, Parmenide aliisque narrantur, qui Pythagoreos audiviſſe dicuntur. Decretorum rationem habuit! Sed quorum decretorum? Indicat ipſe Ariſtoteles diſcrepantes Pythagoreorum ſententias. conf. Met. I, 5. et Met. XIII. c. 6. p. 1414. A. *μοναδικὰς δὲ τὰς ἀριθμὰς πάντες εἶναι τιθέασιν, πλὴν τῶν Πυθαγορέων, ὅσοι τὸ ἓν ςοιχεῖον καὶ ἀρχὴν φασιν εἶναι τῶν ὄντων.* Ne numerorum quidem doctrinam omnes videntur amplexi; nam ſi decretum de numeris rerum principiis omnium Pythagoreorum voluiſſet commune haberi, ſcribere non debuiſſet: *τὸ τ᾽αὐτὸ συμβαίνει καὶ τοῖς ἐξ ἀριθμῶν συντιθεῖσι τὸν ὀρανόν· ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιςᾶσιν, ὥσπερ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινές.* Dicam, quid mihi quidem videatur. Definitae et explicitae cogitationis *ἀκρίβειαν* non ſemper licet in his talibus requirere; in denominandis iſtis philoſophis Ariſtoteles primo inſtitutionem videtur ſpectaſſe, deinde quandam plurium decretorum, vel etiam philoſophandi rationis conſpirationem, etſi non omnia, et pauca fortaſſe, et ea quidem haud adeo eminentia ab omnibus probarentur; vt, quorum conſenſus diſſenſione maior eſſet, Pythagoreis annumeraret; ſed qui in pluribus decretis diſſentirent, quam conſentirent, e Pythagoreorum numero excluderet. Nos certe, quando Leibnitianos aut Kantianos vocamus, eandem conſuetudinem ſequi videmur. Hinc factum eſſe arbitror, vt indefinite diceret *οἱ Πυθαγόρειοι*, et paſſim *οἱ καλέμενοι Πυθαγόρειοι*, non *πάντες οἱ Πυθ.* Et haec quidem ad praeſentem cauſſam ſufficiant.

Itaque e Iamblichi teſtimonio, vnde omnis haec diſputatio profecta eſt, nihil aliud diſcimus, quam ex recentiori vſu Ocellum in Pythagoreis numerari; ſed quum hic vſus latiſſime pateret, nec de aetate, nec de decretis, nec de inſtitutione hominis vllam peti poſſe ex iſta appellatione coniecturam appareat, aeque aper-

tum eſſe arbitror, ac illud, nihil ineſſe, quod cum Luciani teſtimonio pugnet.

Sectio II.

Alterum genus teſtimoniorum.

§. 8.

Hoc teſtimoniorum genus, noſtrum libellum ipſum ſpectans, atque e Philone, Sexto Empirico, Iohanne Stobaeo, Cenſorino, Syriano atque Proclo petitum, pro libri ingenuitate afferri non poteſt niſi rhetorice, vel potius ſophiſtice. Omnes enim hi teſtes recentiores ſunt, quam vt fides iis haberi recte poſſit; ſi quidem fidem iis habere nihil eſſet aliud, quam eorum auctoritate permotos librum genuinum putare. Quum tamen ratio nulla ſit, cur eos *mentitos* eſſe putemus, etſi iudicio eorum et opinioni parum auctoritatis tribuere debemus: tamen, quo minus id quod hiſtorice dicunt verum ſit, dubitare non debemus; atque ita hoc nobis afferunt commodi, vt, qua aetate noſter libellus exſtaret, et quid de eo veteres iudicarent, appareat.

§. 9.

Philo.

Philo Iudaeus igitur de mundo non interituro, p. 728. edit. Colon. ita: *ἔνιοι δὲ οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι, Λευκανοῦ γένος, ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγέννητόν τε καὶ ἄφθαρτον οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν τὸν κόσμον εἶναι.* Ad aeſtimandum hocce teſtimonium haec tenenda videntur: dubium nullum eſt, quin ea, quae hic dicantur, in noſtrum librum cadant. — Philoni, quod ſe librum reperiſſe et legiſſe dicit, quum afferat ex eo, quae etiamnum inſunt, credendum eſt.

— Philo quasi vestigio suspenso incedit, nec admodum vindicat Aristoteli decreti inuentionem, nec fidenter abiudicat. — Hanc animi suspensionem *non necessario* sequitur illud, vt libelli γνησιότητα in dubitationem adduxerit. — Sin dubitarit, ipsam dubitationem non esse maioris momenti, quam eius fundamentum ex ipso libro petitum, de quo nos etiam possumus iudicare. — Fuisse Philonis aetate, qui decreti istius inuentionem Aristoteli abiudicarent. — Inde non potest legitima conclusione effici, maximam doctorum hominum partem hoc qualecunque inuentum Aristoteli vindicasse. Nam Philo non dicit: nonnulli *tantum*, seu non nisi pauci; et quod scripsit ἔνιοι, scribere poterat, si vel plures *nominatim* sciret, qui abiudicarent, quam qui tribuerent, dummodo horum sententia ipsi verior vel peruagatior *videretur*. — Philo videtur Ocellum in Pythagoreis nominare; sed res certa non est. Quodsi in iis numerarit, vocabulum latiori et recentiori significatu dixit, vt nec numerorum rationem nec mundi originem in iis decretis haberet, quibus Pythagoreum hominem censeret.

§. 10.

Sextus Empiricus.

Ad Sextum Empiricum pergimus, qui adu. Mathem. Lib. IX. c. vlt. vbi varias veterum de rerum principiis sententias exposuit, haec attulit: ἐκ πέντε δὲ Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης· συμπαρέλαβον γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. In hoc testimonio maxime quaerendum, num in librum nostrum cadat, idque eo magis, quod naturae istius quintae, coelestium corporum materiae, nulla fit mentio; sed quatuor prima corpora et quatuor eorum contrarietates etiam atque etiam inculcantur. Attamen res bene habet. Quamquam enim ne verbulum quidem de materia, qua coelestia (τὰ ἀεὶ θέοντα θεῖα II, 1. §. 2. §. 23.) constent,

num ſit a quatuor corporibus primis diuerſa, legatur; et ſolum Ocellum legentes non facile ad quintae iſtius naturae cogitationem ducantur: tamen, cui res ex Ariſtotele (de Coelo I. c. 2.) nota eſſet, is eandem facile poterat in Ocello reperire, et ex eius dictis eruere. Neque enim *repugnat* Ocelli ratio; quum enim quatuor prima corpora interitui et generationi obnoxia putaret, coeleſtia diuina fecit et ab huiusmodi mutationibus remota. Quocirca non eſt, cur aut hoc teſtimonium huic libro accommodatum eſſe negemus; aut Ciceronem (Tuſc. Qu. I, 26.) et auctorem libri de decretis philoſoph. (L. I. c. 3. §. 32. coll. c. 11.) qui naturae quintae inductionem Ariſtoteli tribuunt, erroris accuſemus. — Vtrum autem ipſe Sextus hunc librum legerit, an alium, qui legerat, ſecutus ſit, definire non audeo. Scepticus certe fidentius affirmat, in quo diligentius debuiſſet verſari. Sed ita fere ſolebant, etiam optimi philoſophi et hiſtorici, vt veteribus non ea ſola adſcriberent, quae vere et diſerte affirmauerant, ſed ea quoque, quae his videbantur eſſe conſentanea; quam eorum liberalitatem recentiores imitari non debuiſſent. Hinc factum eſt, vt quaeſtio, de decretorum ſingulorum inuentoribus, ſi qua alia, maxime ſit impedita.

§. 11.

Iohannes Stobaeus.

In Stobaeo non eſt cur diu haereamus. Nimirum in Eclogis Phyſic. I. c. 24. pag. 44. ſq. edit. Aurel. Allobr. 1609. fol. plura loca e noſtro libro exſcripſit, addito auctoris nomine, hunc in modum: Ὄκελλος ἀΐδιον τὸν κόσμον, ᾡδί γὰρ ἐν τοῖς περὶ τοῦ παντὸς φύσεως λέγει· ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀτελεύτατον πέφυκεν μεταβάλλειν. cf. c. I. §. 15. deinde CII. §. 1. c. II. §. 6. inde a voculis πράτων γὰρ ὕλα τὸ πανδεχὲς etc. c. III. §. 4. inde a verbis παντελὴς δὲ φθορὰ, vsque ad finem §. 5. Denique fragmentum exhibet e libro Ocelli de legibus.

In quo vnum hoc tenendum eft, in noftra cauffa haud negligendum: omnia ifta exhiberi dialecto Dorica. Hinc poft Vizzanium magno confenfu eruditi, atque in his Seuinus, in hiftoria Societatis Reg. Parif. T. II. p. 186. Verfionis theotiscae, librum in Atticam dialectum (haud eam quidem puram et vbique feruatam) ab homine, nefcio quo, effe transfcriptum, putaverunt.

§. 12.

Cenforinus.

Noftri auctoris librum haud dubie refpexit Cenforinus, quum de die natali c. 2. fcriberet: *Sed prior illa fententia, qua femper humanum genus fuiffe creditur, auctores habet Pythagoram Samium et Ocellum Lucanum et Archytam Tarentinum.* In eam certe fententiam non modo viri docti, qui de Ocello difputarunt, verum etiam Cenforini interpretes, conceffe-runt. Ad infirmandum Cenforini teftimonium doctus Battaefianae editionis cenfor attulit: hominem eo vixiffe tempore, vbi tanta exftaret fpuriorum librorum copia, vt genuina a fpuriis vix poffent dignofci. Et vere. Hic tantum a me affertur, vt appareat, feculo tertio Ocellum eiusque fententiam fuiffe peruagatiorem.

§. 13.

Syrianus et Proclus.

Syrianus vero ad librum XIII. Metaphyf. Ariftot. habet haec: *ὀρθῶς ἄρα καὶ ταύτην ἐνίϛαντο τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν αἰτίαν παρέδοσαν τȣ̃ πλήθους τῶν ὄντος ὄντων· καὶ ἔτι πρός τι τὴν ἑτέραν ἐποίουν τῶν ἀρχῶν, ἔτε τὸν περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγον πάντῃ παρελίμπανον, ὡς δηλοῖ τὰ Ἐκκέλου μὲν περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς φύσιος· ἐξ ὧν τὰ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς μονονουχὶ μεταβεβλῆσθαι δοκεῖ· τȣ̃ Τιμαίου δὲ τὰ πλεῖϛα, καθ᾽ ὃν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ πολλὰ θεολογεῖ.* Et haec quidem ille (vt iam notavit Nogarola, in epiftola Commelinianae editioni adiecta,

iecta, p. 31.) qui Mstus exftat in Bibliotheca Caienfi. Huic iungendus Proclus in Platon. Timaeum libr. 3. cuius locum integrum dedi in commentario ad II. §. 11. n. 1. Sed horum hominum fiue teftimonium fiue fententiam diligentius excutere aut exagitare nolo; neque enim ad noftram rem multum momenti habet. Libenter tamen fateor me nefcire, quo iure Ocellus dici potuerit Timaeo viam praeiuiffe.

§. 14.

Iamblichi locus.

Attentionem noftram iterum ad fe vocat Iamblichus, haud paruam quarti capitis partem, tanquam Pythagoreorum decreta continentem, relatiuo ftilo exhibens. Hanc tamen fectionem ex ipfo Ocelli libro defcriptam effe, mihi quidem parum videtur probabile. Teftor modum, quo ad eius defcriptionem transgreffus eft. Vid. not. crit. ad IV, 9. p. 46. Si enim ex ipfo libro defcripfiffet: vereor, ne non dixerit: τάδε λέγειν αὐτὰς ἔφασαν. Itaque, fi docta Meinerfii coniectura, quam in comment. ad IV, 9. attigi, vera et certa effet: haud paruam putarem ineffe libri noftri commendationem; nam pro Iamblicho teftem laudare poffemus Ariftoxenum, antiquiorem et fide multo digniorem. Non abhorret animus; non tamen audet; ne agam cupidius, et imperaui egomet mihi, probabilibus probabilia non fuperftruere. Quocirca omne hoc, qualecunque fit, in medio relinquam.

CAPVT II.

Libri ad has veterum narrationes examinatio.

§. 15.

Quo facilius hoc examine defungi poffimus: neceffarium arbitror, quae ex auctorum teftimoniis hac-

tenus expoſitis de aetate et decretis Ocelli partim ſponte apparent, partim colligi poſſunt, paucis comprehendere. Archytas igitur libellum habuiſſe dicitur, Syrianus et Proclus Timaeo antiquiorem faciunt, Lucianus auctorem in Pythagorae familiaribus numeraſſe videtur, et niſi forte locum male intelligimus, Archytas ad Ocelli filios aut nepotes *) profectus eſt. Quae ſi vera ſunt, ſcriptus eſſe debet liber ante Platonem, immo vero, niſi forte ipſius Pythagorae aetate, certe haud ita multo poſt Pythagoram. Omnibus tamen narrationibus et teſtimoniis ſatis fieri poteſt, ſi vel ad XL annum poſt mortem Pythagorae (Olympiad. LXIX. init. ſecundum Meinerſii diligentiſſimam computationem) ideoque ad Olymp. LXXIX. deſcendamus. Vt igitur libellus, ſaluis quidem teſtimoniis omnibus, non debeat ſuppoſititius iudicari, requiritur, vt nihil inſit, quod Xenophanis, Alcmaeonis, Parmenidis, Leucippi, Democriti, Meliſſi, Zenonis, Aeſchyli aliorumque fere aequalium aetate ſcribi non potuerit. Quodſi enim anguſtioribus limitibus tempus circumſcribamus, verendum eſt, ne contra diſputantes noſtra commenta potius refutaſſe, quam libri ingenuitatem impugnaſſe, videamur. Quod autem ad decreta attinet, praeter illud, quod ab aetate pendet, etiam requiritur, vt nihil inſit, quod obſtet, quo minus auctor recentiori quidem vſu Pythagoreus vocari potuerit. Recentiori vſu, dico. Etſi enim vel maxime conſtet, ſecundum veterem vſum et Ariſtotelicum fieri non poſſe, vt ad Pythagoreos auctor referatur: tamen, quum nemo veterum, nec Plato, nec Archytas, Pythagoreum vocarit, nihil contra libri ingenuitatem ita efficitur. Etenim illud deſideraremus, quod libro et auctori affinxerimus.

*) Si vel maxime in iſta epiſtola ἔκγονοι non libri, ſed homines ſunt: tamen de *nepotibus* non eſt cur cogitemus. ἔκγονος eſt *filius*. Hom. Odyſſ. γ, 123. et *nepos*. Xen. Cyrop. V, 3, 19. Conf. etiam D'Oruille ad Chariton. pag. 327. Lipſ.

Quodsi igitur deprehenderimus, nihil inesse huic libro, quod cum aetate, qua secundum testimonia scriptus esse debet, aut cum decretis Ocelli, aliunde notis, scilicet e sola appellatione coniiciendis, pugnet: apparuit simul, quo minus libellus genuinus *sit*, obstare nihil; apparuit, librum genuinum haberi *posse*. Sed nondum apparuit, nihil obstare, quo minus genuinus *putetur* et *dicatur*: multo minus illud iam effectum est, genuinum esse habendum.

§. 16.

Disputationis via et ratio.

In altero autem, quod proposui, in decretis Pythagorei appellatione aestimandis, nemo amplius haerebit, cui de iis persuasum est, quae §. 7. disputaui. Quaerere enim, num Pythagorae decreta contineat, num Pythagoras mundum aeternum putarit, et quae sunt generis eiusdem, quemadmodum ad philosophiae historiam vtilissimum, sic ab hac quaestione totum est alienum. Pythagorae *ipsius* vel *rigidorum* eius sectatorum decreta, haud scio an frustra, temere certe in libello quaeruntur. Neque enim vlla veterum auctoritas, sed nostra opinatio, vt quaeramus et desideremus, effecit. Si quis Censorinus Ocelli aut aliorum decreta Pythagorae affinxit; habeat sibi, et temeritatis det poenas; libro nostro ista temeritas fraudi esse non potest, certe non debet. Penes nos est, iudicare, cui philosophorum familiae Ocellus sit annumerandus. Ita nimirum cuique annumerabimus maxime, vt cuique simillimus est. Si insunt, quae iubeant *nos*, veterem sermonis vsum sequentes, Pythagoreis eum addere, addatur; sin Xenophani, Parmenidi, Melisso, similior deprehendatur, ad horum numerum accedat. Nostrum est iudicium, idque ad explicatam notionem dirigendum; quod tamen, qualemcunque comprobarit sententiam, contra veterum testimonia hac in re nihil admisit. Non amplius quaeritur, num Ocellus sit Py-

thagoreus, num Pythagorica insint decreta; sed num probanda sit recentiorum consuetudo, et Iamblichi maxime vsus, Ocellum in Pythagoreorum numero recensentis; quae disputatio fortasse quandam habet subtilitatem philosophicam, sed ad nostram caussam, nullam vtilitatem.

Omne igitur libelli nostri examen eo redibit, vt videamus, num istius aetatis, quam paullo ante descripsimus, vestigia et notae reperiantur, recentioris aetatis indicia desiderentur. Itaque libelli indolem non modo *a tractandi ratione*, quae, tanquam magis conspicua, prius excutienda est, sed etiam *a materia tractata*, et sententiis comprehensis, considerabimus. Atque in tractandi modo, non solum *dictio et scribendi genus*, verum etiam *ratio cogitandi et argumentandi* spectari debet.

SECTIO I.

De modo tractandi, seu de forma.

§. 17.

De genere scribendi omnino.

Quod igitur primo ad dictionem et orationem Ocelli: iam dudum a viris eruditis annotatum est, genus dicendi simplex et breue, nullis fere ornamentis distinctum, aetatem vetustate grauem prodere. Sed huiusmodi iudicia magna ex parte ad sensum cuiusque redeunt, qui, quum varius sit, atque a lectionis copia et animaduersionis quadam subtilitate pendeat, ad animi persuasionem parum habent momenti. Quocirca periculum faciam, num efficere possim, vt haec non solo sensu, sed etiam cogitatione comprehendantur. Veterem inscriptionis morem, etsi recentiores imitati sunt haud pauci, vt pro ingenuitate afferri non debeat (vid. p. 59.), tamen non possumus antiquis abiudicare; vt, licet non sit *proprius* antiquis, iis tamen

consentaneus sit. Constat inter omnes, qui variae aetatis scriptores graecos legerunt, quanta sit in iis, qui post Platonem maxime scripserunt, partim rerum, partim non nisi verborum copia. In hoc libello nec rerum copia, nec verborum vbertas apparet. *Breuitatis* huius testem appello totum opusculum. Experiantur viri graecarum literarum haud imperiti, vtrum possint, et quae possint *breuius* dicere. Vix vnum vel alterum deprehendent locum, qui, nisi forte synonyma deleantur, salua quadam perspicuitate possit immutari. Atque haec ipsa synonyma, quae passim scriptoribus negligentia aut numeri studio excidunt, quandam habent antiquitatis speciem; quando enim vocabulorum significatio parum est definita, vt lectores vel auditores facilius et certius mentem nostram capiant, addere solemus aliam vocem, vt vtriusque comparatione et consensione alterius vtrius ambiguitas tollatur.

Simplicitas non minor apparet. In scriptoribus recentioribus haud paucis, atque in iis maxime libris, quos eruditi suppositos putant, ornatiorem et floridum stilum deprehendimus, in multis adeo calamistratum. Idque rationi est consentaneum. Tropi solent in sermonis consuetudinem abire, vt, si rem *rhetorice* et *hermeneutice* spectes, propriae dictionis vim et naturam accipiant. Hinc scriptores subsequentes, vt inveniant aliquid ad ornatum, ad aliena et remotiora deferuntur. In scholis rhetorum passim ineptorum formati abutuntur figuris, quo fit, vt integras paginas legere possis, formulis, tropis et figuris repletas, sed cogitatione et sententia vacuas. In nostro auctore nullus tropus apparet, nisi ex eo genere, quod non ornandi studium, sed aliqua necessitas peperit: velut ἐκμαγεῖον, κυβερνᾶν et similia. Sententiam verbis declarare, non verbis lectores delectare studuit. Isti homines flores spargere solent; noster parum abest, quin spinas sparsisse dicendus sit. Neque enim recentiorum calamister, nec masculae eloquentiae ornatus,

nec denique Gorgianae deliciae apparent. Maxime non modo fimplicitatem, fed etiam breuitatem fentimus, quando aliorum fcriptorum eandem rem elocutorum loca contendamus, quod paffim fecit Clariff. Bardili p. 183. p. 188. nota: et multa poffunt e commentario meo colligi huc pertinentia; velut IV, 1, 6. 2, 6. et alibi.

Hiulcus autem verborum concurfus, et periodorum atque numeri abfentia vix poteft exfpectari ab eo, qui Ifocratis, Xenophontis, Platonis aliorumque huiusmodi fcripta legerat, et quemadmodum poterat, ita *fine diffimulatione* fcribebat. Idque recentiorum graecorum opufcula in barbariem fere incidentia comprobant. Nonnulla certe, de quibus ipfe, quum legerim, iudicare poffum, traxerunt aliquid priftinae venuftatis, et vt paffim inepta funt ad mentis cogitationem, ita funt ad aurium delectationem apte compofita. Huius venuftatis et fermonis, quoad auribus accipitur, cultus nullum in Ocello veftigium. Ad fenfum haec redeunt! Audio. Ad eum tamen fenfum, qui haud admodum fubtilis eft, et auribus tantum non plane obturatis et rudibus facile accipi et comparatione variorum locorum excitari poteft. Neminem eruditorum effe putauerim, qui Ariftotelem, etfi fubtili dictione fententiisque accommodata omnibus praeferat, ornatu tamen et numero non cenfeat multis poftponendum. Cum Ifocrate certe, cum Xenophonte et Platone hac in re ne comparari quidem poteft. Sed Lucano Stagirita haud dubie praeftat; id quod conferenti facile patebit. Conf. quae dixi et exfcripfi ad II, 6. et 9. fqq. In Ocello legimus: διόπερ ὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται, ὐδὲ ἐκ πυρός. Ariftoteles eadem rotundius et plenius: διὸ καὶ ὐδὲν ὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, ὔτ᾽ ἐκ πυρός. Sed haec minuta funt, et minime vrgenda; etfi is, qui haud nefciat, quod meritum Ifocrati tribuatur (conf. Cicero, Orat. c. 52.), antiquitatis fimilitudinem in his quoque facile agnofcet.

Neque dialectus Dorica, qua conſtat librum fuiſſe conſcriptum, hic omittenda eſt. Neminem enim fugit, hanc in Sicilia et magna Graecia, et potiſſimum Pythagoreis philoſophis in vſu fuiſſe; vnde eam Bentleius in Phalaridis epiſtolis recte, Seuinus in Cebete minus recte deſiderauit. Quamquam autem haec res, ſi ad antiquitatis et ingenuitatis *demonſtrationem* adfertur, admodum infirma et imbecilla eſt: tamen ad id, quod nunc vnice agimus, ad antiquitatis *ſpeciem et ſimilitudinem* rite afferri poteſt, vt, ſi quis hunc librum finxit, eum ad antiquitatis imaginem effinxiſſe putandus ſit.

§. 18.

Difficultates et obiectiones e ſcribendi genere omnino petitae infirmantur.

Attamen in ipſa oratione Ocelli Meinerſius, qui, quum idonea dubitandi cauſſa apparuiſſet, reliqua argumenta magis collegiſſe, quam elegiſſe, videtur, haud leue argumentum contra libelli antiquitatem inuenit, certe id grauiſſime elocutus eſt. Nam in hiſtoria doctrinae de vero deo, p. 315. quum fictae epiſtolae auctorem, qui Archytae nomine ad commendandos ſuppoſititios Ocelli libros abuſus ſit, attuliſſet, ita pergit: „*Hunc ſi ſequimur: Ocellus ita antiquus fuit, vt Archytas ipſius nepotes viderit; et Ocellus itaque non longe a Pythagorae aetate abeſſe potuerit. Quod qui credere, ſimulque Ocellum Lucanum pro ſaepius nominati libri auctore habere vellet; is certe ſummam vniverſae antiquae hiſtoriae ignorantiam proderet. Licet enim Ocellum diuino paene ingenio fuiſſe concederemus: ſtatuendum tamen foret, non ſupra ipſius tantum, ſed cuiusuis hominis vires fuiſſe, rudi ac nondum elaborata Graecorum lingua, quam tertia demum poſt Pythagoram aetate Democritus, Zeno, Gorgias, ceterique veteres Sophiſtae ad Philoſophorum notiones exprimendas aptam reddiderunt, tanta perſpicuitate ſcri-*

bere, quantam in hoc libello deprehendimus. Prorſus incredibile eſt, eadem fere aetate, qua Xenophanes, Parmenides atque Empedocles ſuas cogitationes poëtarum imaginibus atque figuris includere coacti ſunt, atque Heraclitus poſt Pherecyden alter proſae Graecorum orationis conditor linguae egeſtate in impenetrabiles ſermonis tenebras praecipitatus eſt, eadem, inquam, aetate vnum hominem ſumma haec ingenia in fingendo et locupletando patrio ſermone adeo ſuperaſſe, vt ſenſus ſuos planius atque enucleatius exprimeret, quam ne Plato quidem multis poſt illum annis facere potuit. Habeo ad haec, non quae velim, ſed quae debeam. Videamus igitur, quam vere haec dicta ſint; ita enim facilius, quid inde conſequatur, apparebit. Aetatis definitionem accipio ita, vt ſtatuam, ſi vera ſunt, quae teſtes ſupra memorati prodiderunt, eorum, qui a Viro Doctiſſimo nominantur, aequalem Ocellum fuiſſe. Sed quae de Graecae linguae cultura philoſophica, de quorundam philoſophorum poëſi atque Heracliti obſcuritate coacta et neceſſaria, denique de magna Ocelli perſpicuitate dicuntur, accipere nullo modo poſſum. Negat Vir Illuſtris, ea aetate tanta perſpicuitate ſcribi *potuiſſe*. Si recte negat, neceſſaria conſecutione efficitur, vt libellus iſta aetate non ſcriptus ſit; nam quod fieri non *potuit*, nemo *factum* putare poteſt. Itaque illud *non potuiſſe* quale ſit, et quam vim habeat, diligentius videndum; quod, etſi paucis verbis fieri non poteſt, tamen, quum etiam ad alias res vtile ſit, omittendum non eſt.

§. 19.

De graecae linguae cultura philoſophica omnino.

Nego igitur, tertia *demum* poſt Pythagoram aetate Graecorum linguam ad philoſophorum notiones exprimendas aptam eſſe redditam. Nam quum Pythagoras, quum ante Pythagoram Thales, Anaximander, Anaximenes, Pherecydes, atque cum eo Xenophanes

aliique his addicti philosopharentur, et quae subtilius, quam vulgi ferebat consuetudo, excogitauerant, cum familiaribus suis communicarent: fieri non potuit, quin Graeca lingua quandam acciperet ad exprimendas philosophorum sententias conformationem. Non tam imperitus sum, vt varias graecae linguae aetates non distinguam, nec tam improbus, vel potius stultus, vt hoc discrimen confiteri nolim; sed illud profecto animo et cogitatione comprehendere non possum, quo modo homines isti philosophari, atque non modo in rebus sub adspectum cadentibus, sed in solis quoque notionibus versari potuerint, quin simul ea lingua, qua cogitando et dicendo vterentur, culturam quandam philosophicam acciperet. Qua in re cernitur ista cultura? Cogitanti mihi, et non modo philosophorum negotia, sed linguarum etiam historiam perlustranti, duo potissimum apparent, quae philosophia, a nobis dicta, linguis afferat, aut afferre debeat; nimirum vt *plura* dici possint, et vt ea, quae dicantur, *definite atque explicite* dici possint. Sin philosophiam latiori et eo quidem antiquo significatu dicamus, etiam grammatica cultura, quae velut Stoicis debet quam plurimum, accedit. Hanc autem, quippe a mea caussa alieniorem, nunc nihil moror; in duobus istis inhaerendum. Faciunt philosophi, *vt plura dici possint.* Etenim, si qua cogitatio noua et notio partim abstrahendo, partim caussarum et consequentium complexionem perlustrando, partim opponendo, partim copulando et partiendo inuenta fuerit, ad eam indicandam aut noua et plane inaudita vocabula adinueniunt, (quod raro et haud scio an vnquam factum est, nisi in deriuatis) aut vocabulis e populari vsu petitis partim tropicam potestatem *addunt*, partim vagam et errantem, synonymorum procreatricem, *adimunt*; ita vt non solum linguam vocabulis augeant, verum ipsa quoque vocabula partim priuent potestatibus, partim locupletent. Qua quidem solertia simul alterum ex parte assequuntur, vt eorum opera *lingua explicatior fiat, et ad subtilem intelligentiam aptior.* Boni enim

philoſophi ſubtilitati haud commentitiae ſtudentes non modo ſingularum vocularum ambiguitates explicant et oſtendunt, ne varia et vaga cogitatio in concludendo fraudi ſit; verum etiam, complexionem et collocationem vocabulorum rite aeſtimando, cauent, ne qua oriatur ſententiarum confuſio, atque in eo elaborant, vt, quid cuique enunciationi inſit, quid ei repugnet, quid conſentiat, quid eam neceſſario conſequatur, diſtincte appareat. De bonis dixi philoſophis, quos mali imitari ſolent. Nam hi quoque vocabula noua afferunt, ſed monſtroſa; in vocabulorum poteſtatibus conſtituendis verſantur, ſed prout ipſis eſt libitum; vnde mutant quidem, alio transferunt, amplificant, coërcent, ſibique placent vehementer, ſed vt emendent et explicent tantum abeſt, vt corrumpant potius atque obſcurent; quorum hominum quum omni tempore copia haud parua fuerit: factum eſt, vt verae ſapientiae amatoribus non ſolum cum popularis ſermonis natiua inconſtantia et erroribus, ſed etiam cum pſeudophiloſophorum temeritate et conatibus eſſet dimicandum.

Non eſt mei inſtituti haec diſputare pluribus; et ſingula, quae dixi, multis exemplis illuſtrare. Dabo ea alias, ſi quidem contigerit, vt longum opus, quod non χθὲς καὶ πρώην inſtitui, lexicon graecae linguae philoſophicum, ad finem perducam, et edere poſſim. Nunc breuiter monui, vt appareat, hanc linguae culturam philoſophicam a philoſophandi ſolertia ſeiungi non poſſe, ſed quemadmodum philoſophia colitur, ita quoque linguae culturam, haud eam quidem oratoriam, ſed philoſophicam, pari greſſu procedere.

Nemo mihi Latinae vel noſtrae linguae exemplum et hiſtoriam obiiciat; harum enim diſſimilis eſt ratio. Noſtrates quidem diu philoſophati ſunt, antequam noſtra lingua ad philoſophiam formaretur et fingeretur. Sed tum peregrinam linguam philoſophando adhibebant, vt periculum facere deberent, num quae Latine excogitauerant, didicerant et mente comprehenderant,

ea theotifce dicere poffent. Sic etiam Cicero quae fummi philofophi Graeco fermone explicauerant, Latinis literis mandare ftuduit. Haec igitur cultura linguae et ad philofophiam conformatio in aliis linguis a philofophandi ftudio omnino feiungi poteft; fed, quum Graecis, vt praeclare a Meinerfio demonftratum eft, non in eo effet elaborandum, vt amplam quandam, explicatam, fubtiliterque definitam philofophiam, in peregrina lingua natam, educatam et comprehenfam in fuam linguam transferrent, nec alio fermone nifi fuo in philofophando vterentur: Graeci fermonis et Graecae philofophiae cultura feiuncta et feparata effe non potuit.

Contra hanc fententiam ne illud quidem afferri poteft, philofophos antiquiffimos non habuiffe vocabula, quibus cogitata fua eloqui potuerint; hinc ab initio mythis et fermone poëtico fua inclufiffe, donec fermo aptus excogitaretur. Tales voces enim iactari non poffunt, nifi ab eo, qui priftinae aetatis obfcuritatem omnem et confufionem intuens, omnia, quae ita vidit, vno loco habet, atque non ratione et acumine, fed fenfu quodam et phantafia pronunciat. Ne dicta haec duriora et temeraria videantur, periclitabor, num diftinguere illa poffim. Ita fimul efficiemus, vt de ea re, a qua profecti fumus, rectius iudicemus. *Cenfeo autem, Graecum philofophum linguae ipfius inopia impediri vix potuiffe, quo minus id, quod cogitarat, tam perfpicue, quam cogitarat, eloqueretur.* In qua quaeftione, quum omnis de cogitationum et fignorum nexu futura fit, duplicem viam ingreffus, primo a notionibus ad figna et vocabula procedam, deinde a fignis ad notiones regrediar.

§. 20.

Prior quaeftionis via.

Rem fufcipio admodum difficilem, quum omne philofophi negotium breuiter comprehenfum et defcri-

ptum, quoad linguae inopia obſcurari et in animo includi potuerit, explicare coner. Sed haec difficultas non facit, vt ab opere recedam, ſed vt errorum veniam ſperem. Quidquid igitur philoſophus, tanquam philoſophus, in animo verſat, pertinet aut ad notiones *ſingulas*, aut ad earundem *reſpectum mutuum et copulationem*. Hoc quidem, ad quod enunciationum (iudiciorum, vt vocant) et ratiocinationum multiplex genus, earundemque conformationes et regulae referuntur, nunc mitto; ad noſtram cauſſam non facit. Quum enim omnis enunciatio ſingulis conſtet notionibus, quarum partim copulatio in affirmantibus, partim ſeiunctio in negantibus declaretur; nihil autem ad hanc coniunctionis et ſeparationis declarationem requiratur, quod in Homeri et Homeridarum ſermone non reperiatur *); nec quidquam in his carminibus antiquiſſimis deſideretur, quod ad concluſionum et argumentationum vincula exprimenda neceſſarium ſit: nullum potuit eſſe impedimentum, niſi in *ſingulis notionibus*, in quibus praeterea triplicem video philoſophi operam, vt aut *inueniat nouas*, aut *explicet* eas, aut, quod cum hoc coniunctum eſt, *eas in ordinem redigat* et per genera et formas digerat. Quod igitur ad explicandi et digerendi negotium attinet, in eo *ambiguitas*, *obſcuritas* et *indigeſta ratio* ſermonis impedire poterat philoſophum, quominus rectius, quam vulgo fiebat, digereret, quominus omnino in ordinem redigeret, atque id, quod ab aliis dictum erat, recte intelligeret; ſed quo minus id, quod in animo habe-

*) Declarabo hoc ſingulis exemplis ex omni enunciationum genere petitis. Immo non licet ſine iniuria adſcribere loca. Quis enim eſt, qui non memoriter poſſit ex Homero ſingulares, particulares, generales, infinitas, categoricas, hypotheticas, disiunctiuas, eas denique, in quibus τὸ eſſe, aut poſſe, aut neceſſitas, partim affirmando, partim negando exprimitur, vel plures recitare. Argumentationum concluſiones Coniunctionibus indicantur, quibus lingua Graeca, ex quo eius monumenta reſtant, nunquam caruit.

bat, eloqueretur, nifi vbi noua cogitatio interuenerat, linguae *inopia* impediri non potuit. Reftat igitur fola nouarum cogitationum declaratio et denominatio, quae elocuturo potuerit παρέχειν πράγματα. Itaque etiam hic, quid impedimenti linguae inopia afferre potuerit, difpiciendum.

Conatus videtur audacior et temerarius, inuentionem philofophicam velle terminare, omnesque inueniendi vias delineare. Sed quum de inuentione *philofophica* agatur, quae profecto ratione et modo procedere debet, res, etfi a me fortaffe non potuit, omnino tamen definiri poteft. Omnem igitur nouae cogitationis inuentionem philofophicam, quae a ratione fufcipitur, atque non libero ingenii et phantafiae impetu regitur, non video, nifi quadruplici ratione poffe fieri. Primum *abftrahendo* feu rerum coniunctarum cogitationem feparando; idque dupliciter: *Vnum* genus abftractionis in eo eft, quum e fingularum rerum cogitatione et comprehenfione *formae et generis cogitationem* elicimus *), velut hominis omnino cogitationem, e fingulorum hominum repraefentatione, arboris e fingulis arboribus, aedificii, ftatuae etc. e rebus fingularibus eiusdem generis. In hoc nouarum notionum genere linguae inopia non impedit philofophantem, quo minus id dicat, quod repererit. Nam feparatam generis cogitationem cogitatio et nomen rei fingularis antecedit, quod quidem nomen, quum nouae res occurrunt, iis, quae ita nominantur, maxime fimiles, latius patere incipit, et ad iftas quoque res fimiles transferri, vt fimul cum origine nouae et feparatioris cogitationis, vocabulum latiorem vfum, et vim arctiorem accipiat. Hic igitur nouis voculis opus non eft; fed notis vocabulis noua vis additur, vel potius

*) Non quaero, vnde repetatur hoc, quod cogitatur, num ex ipfo animo, an e fenfuum teftimoniis. Illud quaero, quibus modis mens humana ad hoc vndecunque petitum perueniat, vt fibi eius confcia fiat.

aliquid pristinae potestatis detrahitur *). *Alterum* genus abstractionis, quod in rhetoricis maxime celebratur, qualitates a suis subiectis separat ita, vt hae quoque rei, quae per se sit, vim et naturam nancisci videantur, et non amplius quoad in re sunt, aut rei nomen dant, considerentur. Hoc in genere multa vocabula noua cudenda fuerunt, sed tam facili negotio, vt paene nullo dicam. Nam nisi forte omnes, plurimae certe horum vocabulorum formae in Homericis iam habentur, vt cum noua cogitatione noua vocula simul inuenta esset, ne illud dicam, quod fortasse multis videbitur, et mihi ipsi, probabilius, vt ipsa istarum formarum animaduersio nouas cogitationes produceret et efficeret. Nimirum, cui ex Homericis non ignota erant ἀγανόφρων (Iliad. υ, 467.) et ἀγανοφροσύνη (Iliad. ω, 772, Odyss. λ, 202.) ἀεσίφρων (Iliad. υ, 183. ψ, 603.) et ἀεσιφροσύνη (Odyss. ο, 469.) ἀγήνωρ (Iliad. β, 276.) et ἀγηνορίη (Iliad. I, 696.) ἀεργίη (Odyss. ω, 245.) ἀδρότης. (Iliad. π, 857.) et multa alia, is profecto nisi vel dormituriendo multa vocabula noua ad hanc similitudinem effingere potuerit, rudi puero debebat esse stupidior. Primum igitur nouarum cogitationum genus, quod *abstrahendo* inuenitur, dicentem non torsit, nec verendum erat, ne id, quod tali via inuentum esset, dici non posset.

Secunda via inuentionis per *caussarum et effectorum regionem* latissime patentem nos ducit, in qua caussae efficientes, occasiones, fines, subsidia, vires, facultates, virtutes, instrumenta, actiones aliaque huiusmodi menti discurrenti occurrunt. Hic magna videtur et admodum difficilis inueniendorum vocabulorum necessitas. Mens humana enim, quum res omnes quadam copula et connexione comprehendere et colli-

*) Ὕλη significabat etiam lignum, ex quo fabricatum erat aliquid. Quodsi ligni cogitatio omitteretur, generalior oriebatur notio eius rei, ex qua aliquid fit, vt nouo verbo opus non esset. Et ita in innumeris.

gare ſtudet, rerumque cauſſas et conſequentias quaerit, ſimulatque ad huius nexus cogitationem conuertitur, cauſſae, conſequentiae, finis, ſubſidiorum et reliquorum huc pertinentium cogitatio noua, nomine quodam nondum inſignita, orta eſt, vt id, quod nondum dictum eſſet ore alio, dici deberet. Hoc tamen non erat tam difficile, quam videtur; nam partim ipſa vocabula iam aderant in lingua, vi paullo alia; partim formae permultae erant paratae, ad quarum ſimilitudinem effingerentur et componerentur; ita, vt partim ipſum vocabulum ad nouae cogitationis inuentionem duceret, partim cum noua cogitatione ſimul prodiret. Nimirum quidquid hoc in genere excogitabatur, aut ad ipſarum rerum cauſſalium nomina, aut ad nexum cauſſalem pertinebat. Nominum iſtorum duplex genus eſt, quorum vnum ipſam cauſſae, finis, facultatis notionem *generalem* indicat, alterum rem, quae cauſſae, finis etc. loco eſt et habetur. *Illud* ſenſim ſenſimque non tam effictum, quam explicatum eſt, atque ita explicatum, vt generalior notio ſuccedente tempore et philoſophandi ſtudio determinaretur, et notionibus aliis, notisque nominibus, in arctiorem gyrum concluderetur, donec notionibus definitis ad dicendi commoditatem ſingulis nomina definita et propria aſſignarentur. Liceat hoc vno illuſtrare exemplo. Vocabulum *ἀρχὴ* iam apud Homerum haud vno loco, vbi *initium* denotat; haec initii cogitatio, lege in mente noſtra latente, ducebat ad id, quod initium fecerat, i. e. ad cauſſam, atque ita iam apud eundem Homerum haud obſcure. Iliad. X, 116. Ἑλένην — ἥτ' ἔπλετο νείκεος ἀρχή. Philoſophi vocem ad rem ſuam accommodarunt. Pſeudo-Origenes Philoſ. c. 6. hoc Anaximandro, haud ſcio, an male, tribuit *): ſed varie acceptam adhibuerunt. Ionici maxime id, quod initio erat, *ex quo* res orta erat, cogitabant, nempe materiam; Pythagorei primum, quod erat in abſtracta cogitatione; Ana-

*) οὗτος μὲν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον εἴρηκε τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον, πρῶτος τοὔνομα καλέσας τῆς ἀρχῆς.

xagoras primum et ἀρχὴν, quae efficiebat; quas significationes varias, haud tamen explicitas, recentiores distinxere et caussarum genera varia constituere; conf. Aristot. Met. V, c. I. Sext. Empir. Hypot. I, 6. Quid multa? omne hoc genus partim metaphoris, partim metonymiis, partim synecdoche appellatum est, non ita, vt nouae cogitationi nouum nomen quaerendum esset, sed vt nomen vsitatum varieque vsurpatum ad nouam notionem duceret. — *Alterum* genus vocabulorum eas res indicat, quae caussarum, finium, instrumentorum loco erant, quae aliquid efficiebant, propter quas fieret aliquid, quibus id fieret, et rel. Quodsi hae res per se, et sine respectu ad nexum caussalem, appellandae essent; quaestio de nominis origine non huc pertinet, sed ad aliud genus a me expositum, aut exponendum; sin ita nominandae essent, vt caussalis nexus aliqua fieret in ipso nomine significatio: multae paratae erant formae, ad quas homo non plane rudis et stupidus, simul ac animum aduerterat, multa poterat vocabula componere. Nimirum habebant omne participiorum et nominum a verbis ductorum genus, cuius formae si non omnes philosophis vsitatae iam in Homericis habentur, non est, cur aut rem ipsam, aut eorum, qui inuenerunt, ingenium vehementer admiremur, quum constet, quam facile hoc sit negotium, et quam mature ad abusum traductum. Aristophanes certe non risisset philosophos, nisi hoc in genere potissimum modum excessissent. — Restat igitur in omni hoc genere caussali ipsius nexus significatio; ad quem sufficere verborum coniugationes et Coniunctionum genera, quis est, quin videat. Nondum attigi periphrasticum dictionis genus, quod Praepositionibus ἐξ, ἀπὸ, διὰ, εἰς, ἐν ceterisque, adiecto articulo, formabatur. Quae omnia mihi persuadent certissime, fieri non potuisse, vt in mentem veniret quidquam philosopho, quin id potuerit ea perspicuitate, qua cogitarat, explicare.

Tertia via inuentionis nouarum notionum *opponendo* procedebat; quum eius notionis, quae animo comprehenſa et nomen adepta erat, contrarium aut quocunque modo oppoſitum conciperetur. Poterat ita mentem ſubire cogitatio nomine carens, ſed ſunt omnes eiusmodi, vt aut nomen facile accipiant, aut nomine facile careant. Nemo hoc negabit, niſi cui ardua res videtur α priuatiuum voculae praefigere, aut qui non meminit, multas notiones diuidendo et formas opponendo inuentas ſine nomine a Platone et Ariſtotele eſſe transmiſſas, et paraphraſi ſola explicatas.

Quartus isque vltimus inuentionis modus *componendo in vnum*, et *partiendo* abſoluitur. Sed ea quoque, quae ita inuenta erant, facile potuerunt appellari, vt etiam hic recte dicas appellationem cum notione ipſa eſſe natam. Si plures notiones componebant in vnam, aut compoſitum vocabulum formabant, quarum vocularum apud Homerum magnus eſt numerus; aut, vt notiones, ita notionum nomina componebant, vt terminus complexus prodiret, velut πρῶτον σῶμα. Sin plurium rerum complexum quendam nouum animo conciperent, id ipſum, cuius cauſſa complectebantur, ad nominis originem ducebat. Velut in vocula κόσμος. Quodſi partes coniunctas ſeparare cogitationis aut rei vellent, erat profecto, *cur* ſepararent, atque hoc partium ſeparandarum diſcrimen animadverſum nomen ipſum partis vltro cogitanti offerebat; vt illud praeteream, quod partium nomina totius appellationi in pluribus videntur praeceſſiſſe.

Haec igitur omnia conſiderantibus in nullo philoſophi negotio a linguae inopia impedimentum paullo grauius apparet. Verendum non erat, ne id, quod vere cogitarant, non poſſent dicere. Linguae inopia a cogitationis inopia pendet, non haec ab illa; et vt cogitatio locupletior et explicatior euaſit, ita quoque lingua locupletata eſt et explicata. Huic tamen ſententiae hiſtoria obſtare videtur. Quaerent ex me, cur igitur veterrimi phi-

losophi non perspicue dixerunt? cur sua fabulis incluserunt, si dicere potuerunt aliter? Itaque alteram quaestionis viam ingrediamur, vt appareat, rationem contra historiam minime pugnare. Videamus igitur, quoad philosophemata veterum fabulis et figuris poëticis inclusa dici possint; et quoad id, quod inclusum est, necessario sit inclusum.

§. 21.

Altera quaestionis via, siue de dictione poëtica veterum philosophorum.

Scilicet Xenophanem, Parmenidem, Empedoclem esse *coactos* cogitationes suas, (non mythicas eas quidem. sed philosophicas) poëtarum imaginibus et figuris includere: id mihi persuadere nullo modo possum. Non licet magni Viri auctoritati nudam negationem opponere. Itaque ratione et argumentis res agenda est. Duo sunt in ista affirmatione: incluserunt cogitationes suas poëtarum imaginibus et figuris; deinde hoc fecere coacti. Vtrumque ita videndum, vt, illud *includere* quam vim habeat, et quoad coactum dici possit, quantum ad nostram caussam sufficit, appareat. Omnino igitur, si cogitationes istae solis imaginibus et figuris inclusae dicuntur: verendum est, ne nihil esset inclusum; sin rebus istis poëticis tantum illustratas putemus: lumen et ornatus non necessitatis erat ex lingua inope, sed arbitrii et studii. Haec magis ita apparebunt. Tres potissimum res poëticas rebus philosophicis, i. e. iis, quae in quaestionem philosophicam cadunt, adhibitas esse video: *fictionem*, *sermonem*, *metrum*; et fictionem quidem duplici modo.

Primo enim quae viderant homines, aut quocunque demum modo obseruarant, eorum caussas et origines, quas subtili cogitatione et certa ratione assequi debuis-

ſent, ingenioſe *finxerunt*. Ad hoc genus referenda ſunt multa, quae in veterum mythis (cosmogoniis et theogoniis) ad explicandas rerum phyſicarum origines habentur, et alibi paſſim alia; velut malorum origo e dolio ſeu pyxide Pandorae apud Heſiodum *Ἐργ.* 59. ſqq. Iouis pera, quae faciat, vt homines ſua vitia non cernant, aliorum vero, ſi delinquant, cenſores ſint; origo ciuitatium et virtutum, quam Protagoras apud Platonem exponit. Protag. p. 107. ſqq. T. III. Feminarum victrix pulchritudo et venuſtas apud Anacreontem Od. 2. Mira voluptatis et doloris copulatio, de qua Socrates, Aeſopi morem ſecutus, in Platonis Phaed. c. 3. diſſerit; atque alia permulta huiusmodi *). Primo huic generi in noſtra quidem cauſſa annumerari poſſunt et debent, quae de rerum a ſenſibus remotarum ſtatu et conditione, non legitima argumentationis et concluſionis via, ſed libero ingenii impetu diſſeruerunt; cuiusmodi ſunt, quae de deorum generibus, ſedibus, natura, de animarum poſt mortem conditione non modo apud poëtas, ſed etiam in philoſophis, reperiuntur; velut in Platone de Republ. L. X. in Phaedonis fine. Quae quidem conſiderantibus non inepta videbitur Maximi Tyrii ſententia (Diſſ. XXIX. p. 169. Heinſ.) *καὶ γὰρ ποιητικὴ τί ἄλλο, ἢ φιλοσοφία, τῷ μὲν χρόνῳ παλαιά. τῇ δ' ἁρμονίᾳ ἔμμετρος. τῇ δὲ γνώμῃ μυθολογική; καὶ φιλοσοφία τί ἄλλο, ἢ ποιητική. τῷ μὲν χρόνῳ νεωτέρα. τῇ δὲ ἁρμονίᾳ εὐζωνοτέρα. τῇ δὲ γνώμῃ σαφεστέρα;* In toto hoc genere nihil eſt, quod philoſophorum cogitata includat, ſeu contineat. Ipſae auctoris cogitationes in verbis expreſſae fictae erant et commentitiae; quod dixerunt iſti homines, etſi non admodum crediſiſſe videntur, tamen cogitarunt, nec alia erat cogitatio, alia dictionis propria ſignificatio. Itaque

*) Currus et equi Solis; nauigium Solis, quo ab occaſu ad ortum per mare reuehatur; tela manibus fabricata Cyclopum; niger color Aethiopum. Nili fontes latentes. poſt incendium Phaëthontis. Sed nolui in his eſſe multus.

in toto hoc fabularum orbe latens quidam ſenſus et ſubtilitas quaerenda non eſt; qui verba intellexit, mentem auctoris intellexit, nec habet *interpres* amplius, quod quaerat. *Philoſophus* vero et hiſtoricus amplius quaerere debet, quomodo auctor ad hanc fictionem peruenerit; quid eſſet, cur hoc potiſſimum et hoc modo fingeret; num veterem quandam famam, aut alium auctorem, aut quandam rerum ſimilitudinem ſecutus ſit? Quarum rerum inueſtigatio non facit, vt auctorem, eiusque mentem rectius intelligamus, ſed vt ipſam rem, quam in mente habuit, melius et propius, quae et qualis et vnde ſit, intelligamus; non explicat, *quid* auctor cogitarit, ſed id, *quod* cogitauit.

Quemadmodum autem eos, qui hoc fictionis genere vnice vſi omnia fingendo explicare ſtuduerunt, philoſophicam rationem vero plane non attigerunt, philoſophis annumerare non poſſumus: ita qui alia fingendo, alia pliloſophando explicarent, et commentis decreta miſcerent, etſi e philoſophorum coetu expellendi non ſunt: tamen non eſt, cur in omnibus eorum dictis et fabulis philoſophicam quandam et ſubtilem ſententiam latere arbitremur. Quoad autem philoſophi eius aetatis, quam quaerimus, hoc fictionis genere vſi ſint, definire non audeo. Fragmenta tantum eorum reſtant. Quidquid autem harum rerum commenti ſunt, ſiue quod ingenioſi ad comminiſcendum genio indulgerent, ſiue quod ea, quae recta ratione et certa non aſſequerentur, explerent, ſiue quod lectoribus, fictioni et poëticae dictioni adſuetis, ſe probare ſtuderent *): linguae certe inopia eos non potuit ad *res* comminiſcendas compellere.

Alter fictionis ad res philoſophicas adhibitae modus eorum erat, qui in ipſis philoſophematibus exponendis, et in iis rebus, quas ratione et ſubtiliter ex-

*) Protagoras apud Platonem l. l. ait: δοκεῖ τοίνυν καὶ χαριέστερον εἶναι μῦθον ὑμῖν λέγειν.

plicare ſtuderent, fabula et fictione vterentur ita, vt ipſam explicationem philoſophicam rebus commentitiis ſiue ornarent, ſiue illuſtrarent. Prodicus, vt ἀρετῆς et κακίας naturam atque munus ornatius et quodam ingenii flexu exponeret, attulit omnem Herculis dubitationem et fabulam; Plato, vt ἐναργέστερον declararet, quae de humanae cognitionis indole, eiusque conſequendae et ſeruandae modo ſubtilius excogitarat: hominem in antro quodam religauit, qui ſolas rerum vmbras videre poſſet, (de Republ. L. VII. p. 127. ſqq.) κήρινον illud ἐκμαγεῖον λόγου ἕνεκα in mente noſtra poſuit, atque τὸν ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ περιστερεῶνα non modo exſtruxit, verum etiam variis auium generibus impleuit. (Theaet. p. 154. et 167. ſq.) Num hoc in genere incluſae ſunt cogitationes philoſophorum? Sunt profecto, ſi quidem incluſa dici poſſunt, quaecunque circumdata ſunt et veſtita; vt gemma auro, corpus veſtimentis incluſum eſt. Non ſunt incluſae, ſi quis eam vim vocabulo tribuat, vt in ipſis fictionibus latentem quandam ſententiam, atque in ipſo auri corpore gemmam, aut in veſtimentorum materia et textura corpus quoddam intextum quaerat. Nimirum incluſae ſunt in his fictionibus cogitationes, ſed non eae, quae ſola mente eſſent comprehenſae, ſed quae aliis quoque verbis qualicunque ratione eſſent dictae et explicatae. Num ad hoc fictionis genus coacti ſunt? Non eſt, cur reſpondeam. Etenim praeclarum munus eſſet linguarum inopiae, ſi quidem hominibus nolentibus, certe non laborantibus, id afferret, ad quod in lingua copioſa non poteſt niſi ſtudio et diligentia perueniri, vt et ornate et euidenter dicatur. Et haec quidem de fictione.

Alterum, quod philoſophi a poëtis mutuati ſunt, *ſermo eſt et dictio*, quo nunc refero, quaecunque ita adhibebantur, vt ex iis mens auctoris intelligeretur. Scilicet quum lingua dupliciter animum noſtrum afficiat, partim quoad vocabulum auribus excipitur et tanquam corpus habet, partim quoad ſignum eſt men-

tis et cogitationis: iſtum reſpectum nunc non curo; nam quae poëtae ipſo vocabulorum ſono efficiunt, ſiue ad expoſitionem ſiue ad delectationem, ad rem noſtram non pertinent; ſed quid in cogitatis ipſis vocabulorum *ſignificatione* declarandis ſequantur, ab iisque philoſophi ad rem ſuam transtulerint, perſequar. Poëtae autem duo potiſſimum ſermone ſuo egiſſe videntur, vt ἐνάργειαν ſeu euidentiam conſequerentur, qua non tam dicatur res, quam oſtendatur. Deinde vt noua quadam et inuſitata dictione ingenium oſtenderent, lectoresque delectarent. Itaque praeter ea, quae in ipſa cogitatione poëtica ſunt, troporum et figurarum genere omni ſunt vſi. In philoſophis autem, quum imitarentur vtrumque, aut neceſſitatem nullam video, vt, quidquid huiusmodi fecerint, de induſtria feciſſe videantur, aut vbi coacti ſunt, nil erat incluſum, quod non pateat, et ex omni ſermone non refulgeat. De ſingulis videndum. In *metaphorarum* genere late patente aliqua poterat interuenire neceſſitas, quum novae cogitationis nondum eſſet propria appellatio, quumque nomen eius rei, a qua cogitando proficiſcebantur, ad rem ſimilem, ad quam cogitando perueniebant, transferrent; velut quum πνεῦμα, συνάγειν, συμβιβάζειν σύλληψιν, κατάληψιν et alia huiusmodi a rebus corporeis ad mentem eiusque agitationem adhiberent. Sed hoc in genere nihil erat poëticum, naturamque propriae dictionis haec talia mature acceperunt. Sed vbi philoſophi poëtarum morem ſecuti, et inuſitato nomine res appellare cupientes, aut antiqua verba reuocarent, aut noua effingerent, neceſſitatem nullam fuiſſe per ſe patet. Certe linguae *inopia* cogere non poterat, vt *vſitatum* nomen relinquerent; copia linguae potius optionem dabat eligendi, aut facilitas quaedam copiam et occaſionem fingendi. In *metonymiis* erat neceſſitas quaedam. Nam ab initio totum hoc genus troporum non tam ornandi ſtudio ortum videtur, quam obſcura et haud definita cogitatione effectum; etenim quae non definite cogitarunt, quod etiamnum fit in vulgari conſuetudine, ea indefinite eloqui ſolent homi-

nes, et vnum pro alio nominare. Quoad igitur metonymiae necessitatis erant, eatenus nil erat inclusum, quod esset eruendum; sed perperam erat cogitatum et dictum, vt deberet emendari; sed vbi inclusum erat quidquam, vbi alia distincte cogitabant auctores, alia nominabant; nullam equidem necessitatem video. In *synecdochicis* necessitas erat, quum generis cogitationem speciali nomine appellarent, velut, quum a nascendi et generandi cogitatione et vocabulo ad existendi et fiendi cogitationem assurgentes verbum simul eo transferrent. Sed quae de metaphoris dicta sunt, de his quoque sunt intelligenda. Ad *Ironias* nemo potuit cogi linguae inopia. Longus forem, si omnia tali modo vellem pertractare. Quocirca tantum excerpam, vbi haud inepte aliqua necessitas possit cogitari. Huc pertinet *prosopopoeia* illa antiquissima, non arte quadam aut ingenii flexu, sed ruditate procreata; quum personarum, rerum, virium, et variarum efficiendi rationum discriminibus nondum obseruatis et explicatis, omnia ἀθρόα confunderent, et quidquid esset, efficeret, aut fieret quocumque, modo eodem loco haberent, atque tali modo rebus inanimatis vitam, viribus et facultatibus ὑπόστασιν quandam, et naturae necessitati rationem et arbitrium darent. Sed ne in his quidem est, cur aliud ab hominibus dictum, aliud mente comprehensum putemus. Hoc solum de *allegorico dicendi genere* affirmari potest, haud eo quidem commentitio, quod soli interpretes sibi informarunt, quum veteribus poëtis sua decreta inferrent: (Conf. Heyn. ad Apollodor. pag. 931. sqq. Riccius Diss. Hom. Diss. XXVII. sqq.) sed de eo, vbi auctor aliud, quam proprie dixit, intelligi voluit; cuius duo sunt genera, a duplici consilio auctoris profecta; *didacticum* alterum, alterum *aenigmaticum*. Didactici generis, quo illud maxime videntur secuti et assecuti, vt quae dicerent ad sensus propius admouerentur, omnes facio allegorias sic adhibitas, vt res inclusa facilius et euidentius intelligeretur, memoria tenaciori teneretur, lectaque

magis placeret. Omnes fabulae Aefopicae et allegoricae huc pertinent; huc referendae allegoriae ad ornatum, velut Parmenideae initio operis, fi quidem Sextus Empiricus recte intellexit; huc allegoriae in τελεταῖς, conf. Plutarch. apud Eufeb. Praep. Eu. III. c. 1. dummodo vere erant allegoriae; huius generis omnino eft, quidquid ita eft fcriptum, vt ex eo, tanquam e fpeculo, veri, virtutis, fapientiae imago euidentior refulgeat. His inclufae erant cogitationes, *non propter aliquam linguae inopiam et neceffitatem*, fed ad ornatum et expofitionem. In genere *aenigmatico* includebantur cogitationes, vt occultarentur, et folertiae in cogitando tentamina effe poffent. Veterum fapientum γρῖφοι cuique hic in mentem venient, et Pythagoreorum fymbola, et quidquid nouorum et a vulgari vfu abhorrentium verborum effictum eft, vt effet inuolucrum cogitationis. (Conf. Clemens Alex. Strom. L. V. p. 570. fq.) Sed ne in hoc quidem inclufionis modo neceffitas fuit e lingua; quidquid enim ita includerent, antea debebant mente et propriis fignis concepiffe. Nam fi rem non cogitarunt aliter, quam dixerunt, ipfa res fictio erat, et nulla cogitatio inclufa; fin aliter cogitarent, aliter eloquerentur; non erat nifi in ipforum voluntate, cur aliter mente conciperent et aliter dicerent; vt conftare putem, vbi quidquam inclufum erat, non neceffitatem fuiffe, fed voluntatem; vbi erat fictionis et fabulae neceffitas, nihil fuiffe inclufum.

Tertium, quod philofophi a poëtis mutuum fumfere, *metrum* eft. Conftat enim, etiam poft Pherecydem plures metrice fcripfiffe. Plane ineptus et ridiculus mihi viderer ipfe, fi docere vellem, dictionem metricam artis fuiffe, non naturae aut vulgaris confuetudinis; qui profae orationis auctores dicuntur, eos non omnino profaicum dicendi genus, adhuc incognitum, inueniffe, nec linguam graecam ipfam metri vinculis liberaffe, fed eam *tantum fcribendo* adhibuiffe, et librorum profaice fcriptorum exempla dediffe; Em-

pedoclis aetate nec naturae contrarium visum esse prosaice scribere, nec difficilius, quam metrice. Laudare quidem possem viri docti loca, qui ista affirmaret, sed, quum haec talia parum reputanti excidisse videantur, omittam. Nimirum vetores homines antē Pherecydem vulgo metrice dixisse, nil ore protulisse, quod non versus esset: tam est contra omnem rationem, vt id ne grauissimo quidem testi credam, eum potius lectores suos parum facete ludificatum putem; est enim hoc ex eo genere, in quo, vt nuper Vir magnus scripsit, omnes omnium auctoritates ratione franguntur. Vetustissimorum hominum sermo poëticus erat. Hoc monumenta antiquitatis docent, hoc ratio vincit; sed quidquid in isto sermone poëticum erat, id non in compositione et definita syllabarum dimensione cernebatur, sed in ipsis vocabulis e rerum sensibus subiectarum ambitu desumtis, atque in ipsa cogitationum indole. Qui autem post Pherecydem ligata oratione vsi sunt, vel quia non tanti videbatur, orationis genus promtum nec a vulgari consuetudine seiunctum non sine molestia mandare literis; vel quia memoriae succurrere studebant; vel quia lectorum et auditorum poëtis adsuetorum delectationi seruiebant, vel denique alia de caussa, eam adhibuerunt. Quamquam quid haereo in his, quum nec Meinersius istam opinionem ad Ocelli caussam accommodauit, nec quisquam alius in Ocello metrum desiderauit.

§. 22.

Heracliti obscuritas.

Quae hactenus disputaui, satis, puto, efficient, ne quis arbitretur, quae a veteribus philosophis verborum et allegoriarum obscuritati *inclusa* sunt, ea propter necessitatem quandam et linguae inopiam esse inclusa; vt constet, si quid aetate quadam *ita* cogitari potuerit, non esse dubitandum amplius, quin dici et verbis explicari potuerit. Sed frustra haec dicta sunt omnia, si vera sunt, quae Meinersius non solum l. l.

verum etiam in Hiſtoria diſcipl. et artium apud Gr. et Rom. T. I. p. 620. affirmauit: Heracliti obſcuritatem a linguae inopia, dictione poëtica et interpunctionis abſentia eſſe repetendam; etſi recentiores (velut Cicero de Fin. II, 5.) priſtinae inopiae immemores, eum de induſtria obſcure ſcripſiſſe putarint; quam viri auctoritatem ſecutus eſt Buhlius Vir Exc. in Lehrb. der Geſch. der Philoſ. T. I. pag. 277. Plus apud me antiquorum auctoritas valet, qui legerant hominis ſcripta, qui obſcuritatis eum accuſarunt, et, cur accuſarent, optime ſcire debebant; vt cenſeam, quas cauſſas obſcuritatis Heracliteae antiqui et graues viri indicarunt, eas cauſſas non eſſe negandas; quorum nemo linguam inopem accuſauit. *Ariſtoteles*, grauiſſimus teſtis, vel potius iudex hac in re, non tam ſignorum diacriticorum abſentiam, quam ipſius auctoris negligentiam, accuſauit. Ita habet Rhetor. III. c. 5. p. 706. D. *ὃ δ᾽ ἂ μὴ ῥᾴδιον διαστίξαι, ὥσπερ τὰ Ἡρακλέιτου· τὰ γὰρ Ἡρακλέιτου διαστίξαι ἔργον, διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι, ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον, ἢ τῷ πρότερον· οἷον ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος· φησὶ γὰρ, τοῦ λόγου τοῦδ᾽ ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται. ἄδηλον γὰρ τὸ αἰεὶ, πρὸς ὁποτέρῳ διαστίξαι.* Singula hominis verba allata haud adeo obſcura ſunt, ſed *collocatio* verborum effecit, vt ſententia non certo appareret, dubiumque eſſet, num homines ignorent id, quod *ſemper eſſet*, an quod eſſet, id *ſemper ignorent*. Quis autem negabit, incuriae haec eſſe, aut imperitiae, aut temerariae affectationis vitia, non linguae parum cultae impedimenta. Eandem ambiguitatem in Epicuro, quam lingua ipſa impedire non poterat, reprehendit Cicero de Nat. Deor. I. c. 30. 31. Quid *Theophraſtus?* *Θεόφραστος δέ φησιν ὑπὸ μελαγχολίας τὰ μὲν ἡμιτελῆ, τὰ δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα γράψαι.* Vid. Diog. Laërt. IX. 6. Itaque facile patior, falſa et efficta eſſe, quae de Heracliti ſermone a medicis haud intellecto apud Diog. IX. 3. habentur; atque in medio relinquo, quae ſunt apud eundem Laërt. §. 6. *ὡς μέν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ, καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐ-*

καταφρόνητον ῇ. quibuscum consentit Cicero eatenus, vt de industria eum obscure scripsisse non vno loco dicat. Conf. de N. D. I, 26. *nec consulto dicis obscure, tanquam Heraclitus.* L. III. c. 14. *Heraclitum, qui, quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus,* et De Fin. l. l. Ego vero haud scio, an Cicero, qui fidenter de libris Heracliti, haud dubie lectis, et constanter iudicat, rectius potuerit iudicare, quam nos, quibuscum praeclare ageretur, si omnia fragmenta collecta haberèmus. Sed quid multa? In caussis Heracliteae obscuritatis post Meinersium mecum consentit Illustris Tidemannus Gesch. d. spek. Philos. T. I. p. 195. vt non communis quaedam eruditorum opinio, sed vnius coniectura, a me improbetur. Itaque non est, cur id, quod ratio omnino fieri non potuisse docet, id hac in re factum non esse, multis demonstrem.

§. 23.

De perspicuitate philosophorum.

Restat, vt magnam Ocelli perspicuitatem, qualis sit, videamus. Duplex est philosophorum perspicuitas, verborum altera, altera rerum et cogitationum; illam rhetoricam appellabo, hanc logicam perspicuitatem. *Rhetorice* perspicua est ea oratio, ex qua mentem auctoris, id quod cogitauit, qualecunque sit, et quocunque demum modo cogitarit, perspicere seu assequi possumus; qua lectorum vel auditorum mens eodem afficitur modo, quo mens auctoris, quum diceret vel scriberet, esset affecta. Haec perspicuitas ab auctore postulat, vt vocabulis vtatur, aut per se intellectu facilibus, aut explicatis, vt ne impediat verborum nexum translocatione nimia aut collocatione ambigua; vt nexum plurium cogitationum et sententiarum non modo animo concipiat, verum etiam verbis declaret; et quae sunt generis eiusdem. Obscuritas huic perspicuitati contraria ad *interpretem* pertinet, cuius omne munus, quoad interpres est, in eo cernitur, vt

qualiscunque auctoris cogitatio et ſenſus lectoris vel auditoris menti obuerſetur. *Logica* perſpicuitas eſt in ipſius rei, quam auctor mente concepit et declaravit, explicita et diſtincta cogitatione. Haec poſtulat, vt ipſe auctor claras et diſtinctas notiones, minimeque confuſas habeat; vt has tali modo in mente ſua copulet, vt quisque videat, recte eas et vere eſſe copulatas; vt omnem in mente ſua argumentationem ita inſtituat, vt appareat lectori, auctorem vere recteque eſſe argumentatum; vt, quidquid dicat, ſuo loco et ordine dicat, et quae his partim coniuncta, partim ſubiecta ſunt. Huic perſpicuitatis parti oppoſita obſcuritas ſaepe vexat lectorem philoſophorum. Videmus, quid dixerit auctor, quo modo copularit aut ſeiunxerit; adhibitis tamen ſubſidiis hermeneuticis omnibus non eo peruenimus, vt *diſtinctam* quandam et *explicatam* rei notionem menti noſtrae informare poſſimus; quid? quod eo nobis res ipſa fit obſcurior et incertior, quo curioſius omnia conquirimus, quae alioquin ad illuſtrationem faciunt, quum ita deprehendamus, quae pluribus locis de re eadem dicuntur, non conſentire, ſed ſibi repugnare. Manifeſto videmus, auctorem aliquid attuliſſe demonſtrationis loco; intelligimus etiam, qui factum ſit, vt hoc afferret; ſed nullo negotio videmus, hoc vere eſſe ad demonſtrationem allatum; vim probandi non perſpicimus. Sed haec obſcuritas ad interpretem non pertinet, qua interpres eſt, ſed ad philoſophum; non ad eum, qui *docere* vult, *quid* ſenſerit auctor; ſed ad eum, qui *iudicare* vult, *quale* ſit id, et quam verum, *quod* ſenſit. Velut: Auctor aliquis ſenſit diſcrimen quoddam rerum, ſed qua in re ſitum ſit, nondum eſt ſatis aſſecutus; quum plura confunderet atque miſceret, in eo illud quaeſiuit, quod tantum accedit rei, aut plane alienum eſt. Exponit auctor id, quod habet in mente; loquitur de rebus tanquam de diuerſis; ſed lector, quum diſcriminis expoſitionem legit, diſcrimen aut nullum videt, aut non diſtinctum. Auctoris locus igitur obſcurus eſt, et logice obſcurus. Iam ſi quis interueniat interpretum,

qui philosophi partes simul agens nos doceat, qua in re auctor *errarit*: gratias ei debemus, quod *rem* melius explicauit, quam auctor. Sin idem ille interpres glorietur: ego *auctorem* melius et rectius intellexi, quam ipse auctor intellexit se, non hoc auctor voluit, quod dixit, sed aliud quoddam verum et distinctum; si his vocibus adeo fallat se ipsum, vt rem a se explicatam aut excogitatam pro auctoris mente nobis propinet, et quod ipsius est, auctori, quem explicat, tribuat: non amplius debemus gratias, nam facit, vt, nisi nobis valde caueamus, erremus, et de auctoris mente perperam statuamus.

Omne hoc discrimen exposui, vt de Ocelli perspicuitate facilius iudicemus. Nimirum rhetoricam perspicuitatis partem haud admodum in eo desidero. Insunt profecto, in quibus haereamus; plurima tamen verba aut e vulgari vsu petita, aut eiusmodi sunt, vt vel originatio sola lectorem adiuuet; nec adsunt ornatus inuolucra. Sed altera perspicuitatis pars, quae est cogitationis ipsius, mihi quidem videtur fere omnis in primo certe capite, vbi e notionibus argumentatur, desiderari. Postea dicendum hac de re. Quod autem omnino magis perspicue, quam ipse Plato, scripsisse videtur, eius rei ratio facillime reddi potest. Plato enim res tractat difficiliores, difficiliori methodo.

Falli equidem possum, sed plane ita censeo, Socratis, Platonis et aequalium aetate, quod ad linguae, quam acceperant, siue auxilium siue impedimentum attinet, etsi errorum et ambiguitatis aliorum obseruatione acuta celerius et facilius possent ad *definitam et explicatam* rationem peruenire: ipsum tamen philosophandi negotium multo fuisse difficilius, et difficilioris cogitationis expositionem multo magis impeditam atque obscuram. Veteres isti rem habebant integram; patebat rerum natura oculis; parata erat lingua simplex ea quidem, nec praeter naturam impedita. Facilem igitur habebant cursum cogitationis, poterantque in spatiis notionum sine magna offensa discurrere,

in quamcunque regionem peruenerant cogitando, eo lumine, quod ipsi attulerant, videbant, nec sententiarum diuersitate animus distrahebatur. Quod in omni philosophia difficillimum est, explicare notiones generales, et definire, id non attigere, sed vocabula, prout se offerebant, sumentes, ambiguitate circumuenti circumueniebant alios, vt, etsi nihil dixissent, possent tamen aliquid dixisse videri. Alia Socratis, aliorumque, qui cum eo et paullo post eum philosopharentur, conditio. Tametsi haud admodum diu, multum tamen ante eos disputatum erat; accipiebant discrepantes sententias, quarum quaeque per se quandam probabilitatem haberet, nec plane refutari aut improbari posse videretur; accipiebant vocabula, varie adhibita; sentiebant significationis discrepantiam; sed qua in re potissimum sita esset, nondum clare vel perspicue videbant, nec methodum tenebant ex his tricis se expediendi, meliorem dialecticam. Socrates igitur, quum videret, philosophos *τοῖς μαινομένοις ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους* (vt ait apud Xenophontem in Memorabilibus), totum illud genus, quod ad vitam transferri non posset, abiecit; in eo autem, quod ad vsum hominum esset accommodatum, curauit, vt explicaretur et definiretur cognitio; vnde *τὸ ὁρίζεσθαι καθόλου* maxime introduxit. Successit Platonis opera dissertationes physicas postliminio reuocantis, iisque Socraticam philosophandi rationem, quoad eius fieri posset, accommodantis. Etiam hic multum in eo elaborauit, vt notiones generales definitione quadam comprehenderet; sed certam viam non tenuit. Omnem vocabuli ambitum vagum et incertum comprehendere studuit, nec satis distinxit inter ea, quibus nomen tantum commune erat, atque ea, in quae cum nomine nominis quoque definitio cadebat; qua re fiebat, vt ad certam quandam et definitam generalium notionum definitionem peruenire non posset. Accessit etiam hoc, quod non modo eam sectaretur veritatem, quam nos vocamus et quaerimus, conuenientiam repraesentationis vel cum re ipsa, vel cum legibus mentis humanae,

fed eam quoque, quae potius eft *certitudo* quaedam et *conftantia* *) cum in rebus ipfis, tum in decretis et fententiis; qua quidem duarum notarum non omni ex parte congruentium compofitione factum eft, vt ἀλήϑεια defideraretur in natura fenfibus fubiecta, propter rerum mutationem; atque in ipfis quoque notionibus fòla mente comprehenfis, propter fermonis varietatem et vfus loquendi inconftantiam. Hinc, vt alteram certe partem ftabiliret, quandam excogitauit λόγων ὀρϑότητα, et ad etymologicas excuffiones delatus eft. Quibus omnibus ifta philofophandi ratio non poterat non maxime difficilis et impedita fieri. Si igitur Plato paffim videtur Ocello obfcurior, mirari non debemus. Nam quanto facilius eft errare et mifcere, quam errorem emendare et explicare, tanto facilius erat ante Socratem atque Platonem, quam cum iis, de rebus philofophicis differere. Ocelli dicta perfpicua videntur, et ne videntur quidem, quum infinita et ambigua fint. Platonis dicta paffim obfcura funt, quia ex iftis difficultatibus, quas Ocellus plane non attigit, aegre fe expediebat; vt reliquas Platonicae obfcuritatis cauffas ex ipfius ingenio et cultura repetendas praetermittam.

Quorfum haec tam multa? Vt appareat, minime ponendum effe in Ocellum ingenium reliquorum ingenia longe fuperans; fupra hominis haud ftupidi vires non fuiffe, ifta graecae linguae conditione, ea verborum perfpicuitate fcribere, quam in Ocello deprehendimus. Non effe incredibile, ea aetate, vbi alii philofophi metri vinculis et poëticae dictionis obfcuritate fe impedirent atque coërcerent, vbi effent, qui fua cogitata con-

*) Nempe τὸ τὰ ὄντα (quae vere funt, et femper eodem modo, fine viciffitudine fe habent) δοξάζειν eft ἀληϑεύειν. Vid. Plato de Republ. III. p. 315. T. VI. Hinc in nulla enunciatione de rebus fenfibus fubiectis erat ἀλήϑεια, quia eadem enunciatio, *alio tempore* et re mutata, falfa erat.

fulto obfcurarent, non modo vnum hominem, fed vel plures, fententias fuas pedeftri oratione, fimplici ea quidem, parum comta et parum fubtiliter adhibita, exprimere potuiffe; nec fummam vniuerfae antiquae hiftoriae ignorantiam prodere, qui tali argumento non moueatur, vt librum recentiori aetate fcriptum arbitretur. E Pherecydis inftitutione prodiit Pythagoras Samius, fcripfit Meinerfius Hift. Doctr. de vero Deo P. II. p. 266.; addo: e Pythagorae difciplina prodiiffe dicitur, certe poft eum philofophatus eft Ocellus. Cur igitur Ocellum, diu poft Pherecydem, ea oratione, qua in vita communi, qua in colloquiis philofophicis haud dubie vfus eft, negabimus in fcripto vti potuiffe. Vnum hoc quaeritur, cuiusmodi fit ifta oratio, an recentiorem culturam et aetatem fapiat et arguat. Qualis *omnino* fit, fupra vidimus; nunc de *fingulis* agendum eft.

§. 24.

Auctor non adhibuit voc. ςοιχεῖον.

Ac primo quidem haud leue antiquitatis indicium in eo eft, quod *defunt* vocabula in re ab auctore tractata recentioribus tritiffima, quae fcribenti homini recentiori non poterant non in mentem *prima* venire. Huc pertinet primo vocabulum ςοιχεῖον, quod in Ariftotelicis fcriptis et poft Ariftotelem, *proprium* fuit vocabulum, tamque frequenter adhibitum, vt ei, qui poft Ariftotelem de rebus phyficis eorumque elementis fcriberet, fine dubio primum occurrere debebat, nec, nifi magna attentione, euitari poterat. Ipfe Ariftoteles in iftis locis, quae noftri libri conglutinator dicitur defcripfiffe, vocula hac faepe vfus eft. In Ocello nullum apparet eius veftigium. Vocabulum adhibitum eft primo de *terra, aqua, aëre et igne.* Vid. Ariftot. de Part. Animal. L. II. c. 1. ab initio: πρώτην [σύνθεσιν, primum compofitionis genus] μὲν ἄν τις θείη τὴν ἐκ τῶν καλουμένων ὑπό τινων ςοιχείων, οἷον γῆς, ἀέρος, ὕδατος, πυρός.

ϛός. conf. de Gen. II. t. 17. quem vſum, etſi improbaſſe videtur Ariſtoteles, tamen interdum ſecutus eſt. Vid. de Gen. et Corr. II. c. 4. t. 24. Haec Ocellus non ϛοιχεῖα vocauit, ſed οὐσίας. II, 5. et πρῶτα σώματα II, 21. Adhibitum eſt deinde de *calido*, *ſicco*, *frigido* et *humido*. Vid. Ariſtot. de Gen. et Corr. II. c. 3. t. 16. Ea Ocellus vocauit ἐναντιότητας. vid. II, 4. ſqq. Haec res ad noſtram cauſſam non eſt parui momenti; nam vocula ϛοιχεῖον aut a Platone, aut non diu ante Platonem, videtur in philoſophiam introducta.

Iudex libri Tennemanni Viri Clariſſ. in Ien. Allg. Litt. Zeit. n. 326. p. 390. anni 1793. ait: *Das Wort* ϛοιχεῖον *ſoll nach Herrn Tennemann Plato* zuerſt *in der Bedeutung eines Elements gebraucht haben.* [Vid. Syſtem. der Plat. Philoſ. T. I. p. 105.] *Wenn man aber bey dem Xenophon* [Mem. Socr. II, 1, 1.] *folgende Worte lieſet:* βούλει σκοπῶμεν ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς τροφῆς, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ϛοιχείων: *ſo ſieht man aus dem* ὥσπερ, *daſs damit auf die damals ſchon allgemein gangbare Bedeutung des Wortes* ϛοιχεῖον *gezielt wird;* cui docti hominis dubitationi plures addi poſſunt rationes ſpecioſae e recenſione decretorum philoſophicorum petitae. Ariſtoteles Pythagoreos ait affirmaſſe: τῶν ἀριθμῶν ϛοιχεῖα τῶν ὄντων ϛοιχεῖα εἶναι. Met. I, 5. Idem Met. II. c. 3. ἔτι δὲ τῶν σωμάτων καὶ οἱ πλείω λέγοντες εἶναι ϛοιχεῖα, καὶ οἱ ἐν ἐξ ὧν σύγκειται, καὶ ἐξ ὧν συνέϛηκεν, ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι· οἷον Ἐμπεδοκλῆς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ μετὰ τούτων ϛοιχεῖα φησὶν εἶναι· et Topic. I. c. 12. p. 267. C. παρασημαίνεσθαι δὲ καὶ τὰς ἑκάϛων δόξας· οἷον ὅτι Ἐμπεδοκλῆς τέτταρα φησι τῶν σωμάτων ϛοιχεῖα εἶναι. Magis etiam Auctor de decretis philoſophorum L. I. c. 2. οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀριϛοτέλην καὶ Πλάτωνα διαφέρειν ἡγοῦνται ἀρχὴν καὶ ϛοιχεῖα. Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος ταυτὸν νομίζει ἀρχὴν καὶ ϛοιχεῖα. Πλεῖϛον δὲ ὅσον διαφέρει ἀλλήλων· quae leguntur etiam apud Stobaeum fere ad verbum.

His non obſtantibus affirmare auſim, hoc vocabulum, niſi forte a Platone in Philoſophiam illatum ſit,

certe Platonis aetate nondum fuiffe tritum et peruagatum. Teftimonium enim, vel potius admonitio Diogen. L. III, §. 24. (καὶ πρῶτος ἐν φιλοσοφίᾳ ἀντίποδα ὠνόμασε, καὶ στοιχεῖον, καὶ διαλεκτικὴν, καὶ ποιήματα.) fortaffe eadem e Phauorino petita, atque Simplicii, a Tennemanno excitati, auctoritas, quum Platonis vfu valde commendatur, tum rationibus allatis, licet fpeciofis, nondum infirmatur. Plato enim huic vocabulo veniam praefatur, nouitatemque excufat. Velut Theaet. p. 176. T. II. Bip. ὅτι τὰ μὲν πρῶτα οἱ απερεὶ στοιχεῖα, ἐξ ὧν ἡμεῖς τε συγκείμεθα καὶ τ᾽ ἄλλα etc. Conf. Timaeo T. IX. p. 340. Bip. λέγομεν ἀρχὰς, etc. Quid? quod ne Ariftotelis quidem aetate fignificatio vocabuli phyfica fatis trita fuiffe videtur; quod non tam e vacillatione eius colligo, quam in ipfis eius locis lego. Met. V. c. 3. τὰ τῶν σωμάτων στοιχεῖα λέγουσιν οἱ λέγοντες. Metaph. XI. c. 1. p. 1371. E. τὰς ἀρχὰς τὰ καλέμενα ὑπό τινων στοιχεῖα. De Gener. et Corr. II. t. 1. λοιπὸν θεωρῆσαι περὶ τὰ καλέμενα στοιχεῖα. Conf. de Part. Anim. II, 1. fupra adfcriptum. — Quod autem e Xenophonte monuit vir eruditus, id minime tam certum eft, quam putaffe videtur. Socrates enim, vel Xenophon, fpectare potuit notiffimum vocabuli vfum, quo de *literarum elementis* dicitur. Etenim etymologia hunc *hiftorice* primum effe arguit; nam ductum eft a στοῖχος, στοιχεῖν, στείχειν, στῖχος, quae in tacticis habentur, et ordinis, aciei, earumque rerum cogitationem afferunt, quae ordine quodam ponuntur aut pofitae funt. στοιχεῖν quid fit, docet Arrian. Tact. p. 56. Blancard. στοῖχοι ἀναβαθμῶν, ordines graduum funt apud Herodotum L. II, c. 125. στοῖχοι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ὀδόντων leguntur in Antonino L. II, §. 1. Sed haec nota. Hinc facillimus tranfitus ad literarum elementa *ordine pofita* et quafi *in frontem porrecta*, vt mirandum fit, qui Stephanus in Thefauro T. III. p. 988. H. fcribere potuerit: „στοιχεῖον autem, licet eiusdem fit originis, non eandem tamen habet fignificationem, vtpote quod fignificet Elementum, Principium; proprie de quatuor mundi elementis" etc. Imo minus mirandum, quum

ipsi scriptores Graeci originis videantur obliti. Dionysius Halicarnass. certe περὶ συνθέσ. Ὀνομ. p. 17. St pli. elementi literarum significationem a physici elementi cogitatione deduxit, quum ita scriberet: ἃς καλῦμεν στοιχεῖα καὶ γράμματα — στοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτον, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν. Nimirum creber vsus effecit, vt ordinem significationis historicum peruerteret; ac generalem significationem et philosophice primam vel summam pro historice prima haberet. Si historiam et temporis successionem spectamus, haud dubie *prior* erat vsus, quo de literarum elementis vsurpabatur; est enim minus remotus a sensibus, et notationi consentaneus. Literarum elementa στοιχεῖα vocabantur, quia στοιχηδὸν collocabantur; sed quia ex hisce elementis vocabula componuntur, seu, vt ait Dionysius, ὅτι πᾶσα φωνὴ etc. translata est vocula ad ea, ex quibus *quaeque* res constaret; quae significatio, etsi adeo abiit in vsum, vt de translatione non amplius cogitaretur et tanquam propria (rhetorice) adhiberetur: tamen, quin secundaria sit, dubitari non potest. Nam quae ratio docuit, ea vsus auctorum egregie confirmat. Schneiderus Vir Exc. in Lexico ait, voculam grammatico significatu iam in Aristotelis poëtica occurrere; sed est antiquior. Plato, qui vocabulum de physicis elementis adhibitum qualicunque ratione excusat, Theaet. p. 178. Bip. sine excusatione et haud cunctanter scripsit: τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα καὶ συλλαβὰς, quid? quod omnis iste locus manifesto id, quod hactenus egi, docet. Plato enim diserte ait, philosophum istum, nescio quem, qui affirmauerat, τὰ μὲν στοιχεῖα ἄλογα καὶ ἄγνωστα εἶναι, αἰσθητὰ δέ, literarum et syllabarum similitudinem esse secutum. vid. p. 176. sqq. In Aristotele vero grammatica significatio vsitatissima est. Cf. Met. IV 2. p. 1283. D. VIII. c. 3. p. 1340. B. maxime Met. IV, 3. p. 1284. E. sqq. et alia multa, quum in Aristotele, tum in auctoribus graecis post eum. Illud igitur Xenophontis, a quo omnis haec disputatio profecta est, eodem modo dictum videtur,

quo nos dicimus: vom A. B. C. anfangen; vt nulla insit ad physicam significationem allusio. Neque Aristotelis aut Plutarchi loca a me allata quidquam contra Phauorini, aut Diogenis obseruationem efficiunt; nam probe tenendum est, *veteres philosophiae historicos, et vero etiam recentiores, placita aliorum suis vocabulis enarrasse, non eorum voculis, quorum decreta exponerent.* E loco Sexti Empirici (vid. supra §. 10.) facile concludas, Ocellum hoc vocabulum, quod non adhibuit, adhibuisse. Aristoteles, qui in exponenda Empedoclis sententia vsus est hac vocula saepius, ab eadem Met. I. c. 3. p. 1229. F. vbi de eodem Empedocle loquitur, abstinuit; et ipse abstinuit Empedocles; constat enim, eum ῥιζώματα dixisse. Vid. Clem. Alex. Strom. VI. p. 624. D. Plutarch. de Decret. L. I. c. 3. §. 9. Stob. Ecl. Phys. I. p. 25. Euseb. Praepar. Eu. L. XIV. c. 14. p. 749. Atque Aristotelis locus Phys. I. t. 32. quem locum adscripsi ad II. §. 4. n. 2. facile nos fallere potest, vt voculam ὕλην physico significatu Platoni male tribuamus. Quod vero de Thalete auctor libri Plutarcho adscripti monuit, id haud dubie non ita accipiendum est, ac si Thales vocabulum στοιχεῖον adhibuisset ipsum, et κατὰ ῥητὸν dixisset: στοιχεῖον et ἀρχὴν esse vnum idemque. Thales enim, vt taceam, absurdissimum fuisse ita dicere, in istis philosophiae primordiis, non videtur vacauisse disceptationibus philologicis et rixis de verbis. Sed Thales, qui ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ, vocabulo ἀρχῆς vsus fuerat, vbi e Platonis, atque ex parte Aristotelis vsu στοιχεῖον dicere debuisset. Quum igitur auctor iste dicere debuisset: Thaletem vocabulum ἀρχῆς vage adhibuisse, ita tamen, vt illud potissimum innueret, quod recentiores στοιχεῖον vocarent, ipse quoque confuse scripsit: ταὐτὸν νομίζει ἀρχὴν καὶ στοιχεῖα, et parum accurate in fine capitis: ἁμαρτάνει ἐν Θαλῆς, στοιχεῖον καὶ ἀρχὴν λέγων τὸ ὕδωρ. Conf. quae dixi ad II, 4, 4. Itaque siue Diogenis siue Phauorini auctoritati tantam fidem habendam censeo, quanta omnino his obseruationibus haberi potest. Nimirum hoc genus obseruationum eius-

modi eſt, vt vel doctiſſimus in eo facillime errare poſſit; et voculae, haud tritae antea, inuentionem ei tribuere, *ante* quem *vnus* et *alter* eadem vſus fuerat; vt adeo aliquis *ſibi* poſſit ſine arrogantia inuentionem vindicare, etſi ante eum alius idem dixerat *). Quemadmodum igitur ex iſta annotatione non facile concludam, omnes libros, vbi eadem voculae poteſtas habetur, poſt Platonem eſſe conſcriptos: ita effici illa putem, ante Platonem hunc vſum haud fuiſſe *peruagatum*.

Quorſum haec tam multa de vocabulo vno? vt appareat, in omiſſione eiusdem eſſe *antiquitatis colorem et ſimilitudinem*; argumentum antiquitatis non dico; nam homo recens, quem non fugiebant, quae de Platone huius poteſtatis auctore dicerentur, omittere potuit, ne ſe proderet; nam, vt caſu omiſſa dicatur, ab omni probabilitate remotum eſt.

§. 25.

Non inſunt aliae voces, recentiores.

Sed fuit in iſto homine, ſi quis hunc librum ad antiquitatis ſpeciem effinxit, ſingularis improbitas cum eruditione et attentione haud vulgari coniuncta. Praeterquam enim quod omnes iſtas voculas omiſit, quarum introductionem in philoſophiam Platoni tribui vidimus; (etſi dialectices mentionem c. II. §. 10. facere aeque potuiſſet, ac Lucian. de ſcrib. hiſtor. c. 32.) vulpes tam cauta fuit, atque antiquorum vſum tam bene tenuit, tamque diligenter ſeruauit, vt, etſi ipſi Pythagorae vocabuli φιλοσοφίας inuentio tribueretur: ab ea tamen abſtineret. Scilicet ſagaciſſime odoratus eſt, quae duo fere millia annorum poſt eum Meinerſi-

*) Plato l. l. iſtum voculae vſum ſibi non vindicat; ex iſto loco potius fit probabile, fuiſſe ante eum, qui hoc vocabulo poteſtate eadem iam eſſet vſus.

us Gesch. der Wiss. Gr. und R. T. I. p. 118. sqq. exquisitis rationibus demonstrauit: vocabuli vsum ante Socraticos haud admodum increbuisse. Nam quo minus ex istis argumentis concludam et fidenter dicam, Heraclidis narrationem (apud Cic. Tusc. Qu. V, 3. Diog. Laërt. I, 12. quibus addo Plutarch. de decret. philos. I, 3. §. 14. Diog. L. L. VIII, 8. Clem. Alexandr. Strom. I. p. 300. C.) commentitiam esse; non modo voculae φιλοσοφεῖν vsus apud Herodotum I, 30. *) et φιλοσοφίας apud Isocratem Paneg. c. 1. quae ipse Meinersius affert, impedit, verum etiam, praeter Ciceron. de Orat. III, 16. illud maxime, quod ipsius Platonis dissertatio super hoc nomine in Amatoribus vsum huius vocabuli satis iam egressum et peruagatum indicare videtur. Haec autem non monui, quod putem, Heraclidis auctoritatem a me nunc esse stabilitam, sed quum adhuc de ea dubitandum sit, adieci, ne quis, quidquid ad sententiam meam, quam defendo, faciat, me sine dubitatione arripuisse arbitretur. Sed quocumque demum modo ista res se habeat: hoc constat, ante Socraticos vocabuli vsum non increbuisse; vt, qui sciat, quantis laudibus recentiores φιλοσοφίαν mactare soliti fuerint; quam splendide et magnifice de vita philosophica locuti fuerint: iure is miretur, quid esset, cur auctor noster ne vocabulum quidem ipsum vsurparet; nisi illud statuat, aut antiquum fuisse hominem, qui ignoraret; aut recentiorem et improbum, qui antiquitatem affectaret.

Risum mihi viderer captare, si omnia vocabula recentiora, quae in hoc libro desiderantur, conquirere et enumerare vellem. Pauca quin addam, non possum. Etsi auctor ἄποιον dixit c. II. §. 3. voculam ποιότης ta-

*) Nempe φιλοσοφεῖν ductum est a φιλόσοφος, non vice versa. Graeci enim non habent voculam σοφεῖν, quacum potuisset componi. In auctoritatibus pro hoc vocabulo non audeo numerare, quod legitur in sapientum consiliis Φιλόσοφος γίνου. Vid. Sosiad. ap. Stob. serm. III. p. 47. Historiam ipsam de nominis origine in dubium non vocauit Bentleius de Phal. Epist. p. 21. et 275.

men non habet; quae ne Platonis quidem aetate satis trita esset. vid. Theaet. p. 134. T. II. Bip. ἴσως ἂν ἡ ποιότης ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον. — Affirmauit magnus vir, graecam linguam a Democrito, Zenone, Gorgia, et reliquis sophistis ad philosophorum vsum esse conformatam. Sed Democriteae culturae nullum in Ocello vestigium; nec ἄτομοι nec τὸ κενὸν etc. apparent; nec vllum Zenonis, dialecticam inducentis, nec denique Gorgiae, qui sermonem figurarum condimentis affecit. — C. IV. §. 12. dicit auctor: δεῖ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων etc.; non adhibuit formulam νόμους γράφειν vel γράψαι, qua formula recentior aetas de iis etiam vsa est, quos leges *non scripsisse* constabat. Vid. Wolf. Prolegom. ad Hom. pag. LXVIII. sq. Expressit igitur morem antiquum, quo legislatores potius educatores ciuium suorum et moderatores fuerunt. — Plura ex hoc genere annotauit Clariss. Bardili libro I. p. 182. et 185. Nempe φύσιν adhibuit Ocellus antiquo significatu, si non in ipsa inscriptione, in alio certe libri loco; vid. Comm. p. 60 sqq. vbi addendus locus e Platonis Timaeo, qui, quum ista scriberem, attentionem meam effugit; vbi in Critiae et Timaei oratione φύσις τοῦ παντὸς et γένεσις alternant. — Non dixit Ocellus ἐπιστήμην, cum Timaeo [p. 545. Gal.], Platone et Aristotele; nec dixit γνῶσιν recentiorum, sed νόησιν — Non nominauit ἐνεργείας recentiorum, sed δυνάμεις. Equidem addo, Platonem et Aristotelem dicere αὐτὸς καθ' αὑτόν *), Ocellum αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ. Aristotelem opponere δυνάμει ὂν et ἐνεργείᾳ seu ἐντελεχείᾳ ὄν, Ocellum vero δυνάμει et συντελείᾳ. Cf. II. §. 3.

§. 26.

Dubitatio de singulis vocabulis.

Ab hac etiam parte Meinersius librum impugnauit, inuestigando voces quasdam, quae recentioris notae

*) Haec formula Socratis aetate noua videtur fuisse, certe philosophis propria; nam Aristophan. Nub. vs. 193. sq. eam ridet abutendo.

esse viderentur. Hic omnino monendum primo, quod vocula apud recentiores trita est, eiusque vsus apud hos demum *increbuit*, propterea negandum non esse, eam esse antiquam; neque enim sequitur, si recentiori aetate sola *crebro* adhibita est, eam ab antiquioribus *plane non* esse adhibitam. *Deinde* significationis ratio habenda est; nam saepe factum est, vt vocabulum satis antiquum recentiori demum aetate certum in disciplina significatum acciperet. Quid magis decantatum Stoicorum ἀπαθείᾳ. Num igitur omnia scripta post Zenonem putabimus exarata, in quibus haec vocula legitur? Ita certe Aristotelis physicae auscultationes genuinae esse non possent, vbi ἀπάθεια τῷ πάθει opponitur, L. IV. t. 86. licet alio significatu. Sed horum nihil oportet exquisitis rationibus confirmari; tantum satis est admonere. *Aliud* addam, quod magis dubium videri potest, sed nihilominus verum est; nempe vsu venire potuit, vt vocula, ab auctore antiquo certa quadam et definita vi adhibita, aliquamdiu, vel etiam diu lateret, aut negligeretur, postea vero, e tenebris quasi educta, frequentaretur et in crebrum vsum abiret. Poterat in antiquiore auctore obseruari; poterat homini recentiori sponte in mentem venire. Quodsi fieri potuit, ne ita quidem licet concludere, vt propter vocem, certo quodam significatu obuiam, librum, in quo sit obuia, suppositítium iudicemus; debemus potius talia testimonia obseruationibus nostris limitare et corrigere. *Denique* in nostro auctore magna cautio adhibenda; nam quum constet, librum e Dorica dialecto esse transscriptum, quo facilius intelligeretur; quis praestabit, non vnam et alteram voculam simul esse commutatam. Quod igitur ad istas voces recentiores attinet, obiectionibus Viri Illustris iam a Clariss. Bardili satisfactum putem. Et primo quidem κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως satis vindicauit Bardili p. 184. quibus adieci, Aristotelem distinguere, quae Ocellus confudit. vid. I. §. 5. n. 3. Sed omni annotatione supersedere potuissemus, quum ipse libelli impugnator verissime dicat, hunc esse Eleaticum. Ita enim nihil facit ad

quaestionem de libri antiquitate; sed ad eam, quam cum hac male copularunt, de familia, ad quam auctor pertinuerit. — ἐπιγεννήματα accusauit Meinersius, defendit feliciter Bardili, atque ita, vt non modo non contra antiquitatem faciat, sed eam etiam potius arguat. Nam quum vocabulum aliter a Stoicis acciperetur, aliter ab Ocello, Ocellus antiquum vsum secutus est, a Menagio ibi laudato ex Aristotele confirmatum. Conf. ad c. 1. §. 7. n. 6. — διακόσμησις ne nos turbet, curauit Bardili p. 189. sq. et, opinor, recte; dummodo Aristotelis, in recensendis Pythagoreorum decretis hanc voculam vsurpantis, auctoritati parum tribuatur. Dixi ipse etiam non modo hac de re, verum etiam de etymologica ratione, ad II, 23, 5. et 6. et I, 7, 3. quam Bardili persecutus est p. 190. sq. — Νεῖκος, quum Empedoclis esse conceditur, conceditur esse antiquum. Conf. quae attuli ad c. II, 2. not. 8. Heraclitus autem non νεῖκος dixisse videtur, sed πόλεμος. vid. Diog. Laërt. IX, 8. et Fabricius ad Sext. Emp. I. §. 210. n. o. p. 53. vnde ipse a Gesneri sententia male recessi ad Lucian. de scrib. Hist. c. 2. n. 6. Et haec quidem Meinersius; sed insunt plura, in quibus haerere possimus. — ἀντιπερίστασιν non obiecit Meinersius, nec potuit. vid. Bardili p. 187. et quae dixi ad II. §. 14. n. 5. — Sed e vocabuli ὕλης physico significatu non satis me expedio. Quae ad II. §. 3. n. 19. e Nogarola attuli, parum faciunt satis. Tennemannus in System. der Plat. Philos. Tom. I. p. 105. e Plutarcho atque Simplicio in Physic. Aristot. p. 2. monet, hanc vocabuli vim Platone esse recentiorem, atque fortasse ab Aristotele inuentam. Plutarchi locus allatus non persuadet; quippe qui tantummodo hoc dicit, recentiores ὕλην vocasse, quod Plato non ita vocarit; vnde non legitime et certo concluditur, ante Platonem voculam fuisse inauditam; Simplicius vero ad manus non est. Sed ad infirmandam hanc sententiam non afferrem cum viro docto in d. Allg. Litt. Zeit. n. 326. p. 390. 1793. quod Sextus Empiricus Hyp. I, 33. de Protagora ait; φησὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι. Scio enim, et

dixi antea, quantum huic argumentorum generi tribuendum ſit; quo efficere poſſemus, antiquiſſimos Pythagoreos ne recentiſſimae quidem philoſophiae terminos ignoraſſe. Illud vero dubium mihi facit, quod dixit Ariſtoteles de Gener. et Corr. I. t. 24. ἔστι δὲ ὕλη μάλιστα μὲν καὶ κυρίως τὸ ὑποκείμενον γενέσεως καὶ φθορᾶς δεκτικόν. etc. quae quidem verba vix ſcripſiſſet, ſi vocula ab ipſo primo eſſet ad hanc ſignificationem translata. Nam obſeruaſſe mihi videor, hominem in dicendo cautiſſimum, quando ὀνομασίαν τὴν κειμένην migrat, atque affert notionem quandam aut voculam a ſe *nouatam*, dicere: λέγω δὲ etc. non ἐστί, multo minus μάλιστά ἐστι καὶ κυρίως· idque in hac ipſa vocula paſſim fecit, vbi *ea* materiae *cogitatio, quam ipſe informauerat*, hac vocula declaratur; velut Phyſic. I. t. 82. Met. VII. c. 3. p. 1314. AB. Met. VIII, 1. p. 1337. F. Nec, quod Plato ab hac vocula abſtinuit, facit, vt eam ipſi inauditam putem; video enim, cur eam, ſi vel eſſet vſitatiſſima, tamen ſpernere poterat et debebat. Etenim hoc vocabulum parum accommodatum erat, ad eam materiae indolem, quam ſibi informauerat, declarandam. Cogitabat enim materiam maxime mutabilem, omnibus formis aptam, ex vna forma in aliam atque aliam facillime transeuntem; conf. Tim. p. 341. ſq. ad quam mutationis facilitatem indicandam parum apta erat ὕλη, dura res et ſolida, proprio quidem ſignificatu. Vtcunque haec res ſe habeat, *dubitatio* de vno vocabulo, de quo quaeritur, num ſit antiquum, profecto non tanti eſt, vt de ipſa libri antiquitate propterea dubitemus. Idem fere diſputare poſſem de vocabulo ὑποκείμενον, ſed arbitror, lectores optare, vt tandem aliquando huic diſputationi finis imponatur; et iure optabunt. Quemadmodum enim bonus criticus ea vocabula diligenter obſeruat, in quibus eſt ad *res* aut *perſonas* aut *dicta* recentiora et apophthegmata certa alluſio: ita in iis, arbitror, non admodum haerebit, in quibus vnice quaeritur, num *tropica* quaedam ſignificatio aliquot annos antiquior an recentior ſit. Quocirca non moror reliqua vocabula, quibus

Ariſtoteles crebro vſus eſt: velut θερμαντικὸς (I, 9. n. 2.) νόησις (I, 1, n. 9.) πρῶτα σώματα (II, 3, 4.) ἐναντίωσις et ἐναντιότης (II, 4, 2. cf. c. I. §. 8. et Plato de Republ. VI. p. 117.) praeſertim, quod propius inſpicientes in multis deprehendimus ſignificationis diuerſitatem, et eam quidem, vt, quae Plato et Ariſtoteles diſtinctius adhibuerunt, ea Ocellus confudiſſe et παχυλῶς vſurpaſſe videatur. Conf. quae dixi de voc. γένεσις I, 3, 8. ἄφθαρτος I, 15, 3. ἀδιέξοδος I, 15, 9. πρῶτον σῶμα II, 3, 4. ἀλλοίωσις II, 4, 4. τεκμήριον I, 1, 5. δόξα I, 1, 6. εἰκὸς I, 1, 8. διέξοδος I, 4, 5. ἴσος καὶ ὅμοιος I, 5, 5. Et haec quidem hactenus; nam ſatis demonſtratum videtur, ſermonem aut arguere antiquitatem, aut recentiorem aetatem non ſatis arguere, vt libellus videatur aut antiquus eſſe, aut ad antiquitatis ſpeciem confictus.

§. 27.

De methodo logica.

Quod autem e ſermone apparet, id magis etiam e methodo tractandi logica elucet. Dicam autem potiſſimum de definiendi ſolertia, quippe a qua enunciationum formandarum cura, et demonſtrationes vel argumentationes hoc in genere pendent.

Definitiones igitur, ſi ab vna receſſeris, plane deſiderantur. Sed vel haec vna poteſt ſuſpicionem mouere. Etenim Ariſtoteles Met. I, 6. p. 1236. A. ait: Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐδέν· ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος, καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος π ρ ῶ τ ο υ τὴν διάνοιαν. Socrates igitur *primus* dicitur animum ad definitiones applicaſſe; in Ocello tamen definitionem κόσμου habemus. Num illud de maiori quadam cura intelligendum? Eſt hoc aliquid, ſed poteſt confictum videri et arbitrarie ſumtum. At tali fictione non eget, qui locum accurate contemplatur; nam ſermo eſt de definitionibus τῶν καθόλου, notionum generalium ſeu communium; id

quod magis apparet e Metaph. XIII. c. 4. p. 1409. ſq. *Σωκράτους δὲ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς πραγματευομένου καὶ περὶ τούτων ὁρίζεσθαι καθόλου ζητοῦντος πρώτου (τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μικρὸν Δημόκριτος ἥψατο μόνον, καὶ ὡρίσατό πως τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον περί τινων ὀλίγων, ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον, οἷον, τί ἐστι καιρὸς, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ γάμος) ἐκεῖνος εὐλόγως ἐζήτει, τὸ τί ἐστι*, et poſtea: *δύο γάρ ἐστιν, ἅ τις ἂν ἀποδῴη Σωκράτει δικαίως, τούς τ᾽ ἐπακτικοὺς λόγους, καὶ τὸ ὁρίζεσθαι καθόλου.* atque de Partib. An. I. c. 1. verſus finem p. 1106. B. *Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ ἐλθεῖν τοὺς προγενεστέρους ἐπὶ τὸν τρόπον τοῦτον, ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ ὁρίσασθαι τὴν οὐσίαν οὐκ ἦν, ἀλλ᾽ ἥψατο μὲν Δημόκριτος πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαίου δὲ τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ, ἀλλὰ ἐκφερόμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ἐπὶ Σωκράτους δὲ τοῦτο μὲν ηὐξήθη, τὸ δὲ ζητεῖν τὰ περὶ φύσεως ἔληξε*: quae quidem loca, cur integra exſcripſerim, conferenti facile apparebit. Cum his autem egregie conſentiunt, quae habentur in Magn. Mor. I, 1. et Diog. Laërt. VIII, 48. e Phauorino. Conf. Fr. Patric. Diſc. Perip. II, 1. p. 191. ſq. Quamquam autem omnis primi capitis diſputatio e notione *τοῦ παντὸς* eſſet inſtituta, atque notionum diſcurſu procedebat: tamen eiusmodi definitionis maxime neceſſariae nec vola nec veſtigium apparet. Quem enim terminum explicauit, et more Ariſtotelico definiuit; aut vbi Ariſtotelicae explicationis veſtigia ſuo libro impreſſit? Si a definitis et rite explicatis notionibus profectus eſſet, etſi in ipſo ſcripto non explicaſſet, nihil dicerem, nec quidquam ex omiſſione definitionis concluderem. Sed *ἀθρόα πάντα* confudit auctor, vt maxima pars argumentorum c. 1. expoſitorum ambiguitati vocabuli *πᾶν*, quod et *omne* tanquam Totum, et *omne* collectiue ſumtum, i. e. *omnia*, ſignificat, atque confuſioni enunciationum *non omnia pereunt*, et *omnia non pereunt*, ſit ſuperſtructa; quam quidem in demonſtrando tarditatem, quum paſſim in commentario *), tum ad III, 1, 5. notaui, et eo tempore notaui, vbi *γνησιότης*

*) velut I, 2. n. 1. I, 10. n. 1.

libelli mihi maxime dubia videbatur. Quemadmodum autem homo, qui post Aristotelem scribebat, quid? quod Aristotelem exscribebat, haec talia non poterat, nisi antiquitatis affectatione et imitatione assequi: ita omnis haec philosophandi ratio non modo proxime accedit ad Eleaticam, sed eadem ipsa est. Nam quod fecit Ocellus in vocabulo πᾶν, id istos philosophos et in hoc, et in ὄν et ἕν fecisse nemini dubium est eorum, qui horum philosophorum sententias e dictis eorum et veterum testimoniis eruere, quam Cantianas in ea inferre, maluerunt.

Scrupulum quendam iniiciunt, quae apud Aristotelem de inductione Socrati tribuenda vidimus. Etenim Ocellus c. I. §. 9. inductione vsus est. Sed qui locus scrupulum iniicit, idem eundem quoque euellit. Quemadmodum enim τὸ ὁρίζεσθαι καθόλου Socrati tribuebat, quod ab eo *tantummodo auctum* dicebat, ita quoque ἐπακτικοὺς λόγους, etsi ab alio atque alio adhibitos ante Socratem, Socrati tamen, qui curiosius et crebrius iis vteretur, tribuere poterat; vt illud omittam, abhorrere ab omni ratione, eam cogitandi viam, qua homines omnino ad communia decreta et principia peruenire debebant, neminem ante Socratem siue obseruasse siue ingressum esse.

Ordinem dissertationis non vrgeo. Etsi enim, quod recte monuit Bardili l. l. p. 174., dici non potest, librum plane esse Chaos confusum et indigestam molem: methodi tamen ad leges quasdam adstrictae et meditatae vestigia non video. Quum haud pauca disputasset de aeternitate mundi, tandem id, quod ab omni initio ponendum fuisset, addit, quem κόσμον dicat, et quid τὸ πᾶν sibi velit. Ab vna cogitatione ad aliam transit, quemadmodum transire solet homo non confundens omnia et transiliens; non transit, nec disponit, quemadmodum debet is, qui *Vnum* dare vult, cui nec addas partem quamdam primariam, nec detrahas. Sed de his passim dixi in Commentario, in

quo ne videar intuliffe ordinem, vereor; ne eum, qui infit, non agnouiffe videar, vereor minus.

Sectio II.

De decretis, feu de materia.

Reftat, vt de *decretis ipfis et fententiis* dicatur, et difputetur, num antiqua, an a recentioribus demum inuenta et expofita fint; quae dubitatio eo maiori diligentia et cura digna eft, quo magis conftat, in his potiffimum cauffam effe repofitam, cur de ingenuitate dubitaretur et dubitetur. Sed ne falfae opiniones et vagae faepius obloquantur, atque e curfu noftro nos reprehendant, praemonenda funt nonnulla de fide Ariftotelis hiftorica, et de plagiis veteribus obiectis.

§. 28.

De auctoritate Ariftotelis hiftorica.

De fide Ariftotelis hiftorica differuere Tidemannus Griech. Erfte Philof. pag. 126. fq. breuiter, vberius vero Meinerf. Gefch. d. Wiff. Griech. u. Roms, T. I. p. 195. fqq. vbi veriffime affirmatum et rite demonftratum mihi quidem videtur, errare eos, atque indigna hoc philofopho afferre, qui eum aemulatione et inuidia antiquiorum philofophorum decreta confulto deprauaffe et peruertiffe putarent; conf. praeter Bruckerum et Moshemium, a Tidemanno et Meinerfio allatos, etiam Obferu. Sel. Halenf. T. III. Obf. VII. §. 4. fq. p. 144. fq. cuius auctor nominatur G. E. Stahlius. Neque ea, quae de ambitione Ariftotelis I. G. Walch. in Parerg. acad. p. 356. fq. monuit, aut fatis probata, aut fatis iftam deprauationem probare videntur; et iam Vizzanius in Comment. pag. 134. Ariftotelis defenfionem recte fufcepit, eumque a furtorum fufpicione liberauit; et vere; etiamfi enim gloriae fuerit appetentiffimus, atque durus et ingratus erga Platonem, quae nunc in medio relinquo, inde tamen non fequitur, vt, qui

vnum vitium haberet, idem haberet reliqua omnia; multo minus, vt tantae tamque temerariae fraudis ſine idoneo teſtimonio aut indicio reus habeatur. Nihilo minus tamen magna cautione opus eſſe arbitror, non modo in hoc, verum in reliquis etiam hiſtoriae philoſophicae fontibus omnibus, ne auctore alioquin fide digno abutamur, ex eoque, quae falſa ſunt, efficiamus. Ipſe Meinerſius p. 205. non negat, Ariſtotelem decreta potuiſſe male intelligere, et male de iis iudicare; quibus addo: potuit, etſi doctiſſimus erat, neſcire aliquid; potuit homini, quum ſcriberet, alicuius eorum, quae legerat, non venire in mentem; poterat, vni cogitationi intentus eiusque plenus, verba non ſatis penſitare, vt plura inſint, quam vellet; denique errare potuit in omnibus, quae nec ſumma diligentia ſatis cauet, nec ampliſſima doctrina ſatis complectitur, nec ſumma ſolertia et veri ſtudio ſatis aſſequitur. Quamquam igitur ipſe confitear, omnium Graecorum philoſophorum, qui aetatem tulerunt, Ariſtotelem maximum mihi videri, atque de philoſophia optime promeritum: nolim tamen, quidquid dixerit, tanquam oraculum quoddam atque omniſcientis Dei effatum accipere, quo metiri poſſimus omnia, cuius conſenſus rem erigat et ſuſtineat, diſſenſus ſolus deſtruat atque euertat. Non dubito, quin haec tam vera videantur omnibus, vt ea ne dicenda quidem fuiſſe multos putare exiſtimem. Quamobrem haec mittens paucis declarabo cautiones et regulas in eruendis ex Ariſtotele veterum philoſophorum decretis ſequendas.

Primo igitur diligenter diſtinguendum cenſeo, vbi narrat auctor et *nude* decreta affert, et vbi de ſuo aliquid admiſcet, ſententiamque ſuam narrationi et expoſitioni immiſcet. Prioris generis haud adeo multa habentur in Ariſtotele. Neque enim philoſophiae hiſtoriam conſcripſit, ſed philoſophorum ſententias ſuper aliqua re compoſuit et examinauit, quo facilius, aliorum erroribus intellectis, ad verum

peruèniret. Plurima pertinent ad alterum genus, quod mihi tripartitum videtur. Nam, qui decreta et praecepta veterum philofophorum memoriae prodiderunt, ea partim *amplificarunt*, partim *explicarunt*, partim *diiudicarunt*. Et *primo* quidem non modo in Ariftotele, verum in aliis quoque paffim obferuamus, non tam afferri ea, quae veteres philofophi κατὰ ῥητὸν affirmarant aut negarant, quam ea, quae ex dictis eorum argumentatione et confentanea confecutione effici et deriuari poterant. Huius generis funt omnia, hunc fere in modum inducta: huic fententiae accedit et Anaxagoras, vel Leucippus, etc. qui illud affirmavit, quod cum hoc coniunctum eft. Exempla vide Ariftot. Met. XII, c. 6. Met. I. c. 7. p. 1239. D. His talibus hiftoricus parum fidei tribuit. Etenim, fi vel maxime recte argumentatus fuerit, et neceffario confequentia attulerit, qui talia afferret; femper tamen quaeritur, num haec confecutio philofopho ipfi in mentem venerit, fueritque probata. Itaque, qui ex allato Ariftotelis loco enunciationem ὅτι ἐνέργεια πρότερον Anaxagorae ipfi tribueret, parum κριτικῶς verfaretur. — *Deinde* de fuo ita addiderunt veterum decretis, vt notiones et enunciationes ambiguas et obfcuras explicarent, et definire ftuderent. Nempe quum legerent veterem philofophum explicatiori cognitioni adfuefacti, non acquieuerunt in vagis et ambiguis eius dictis, fed diftinctam cognitionem fuam in eo quaefiuerunt; quumque verborum non modo varius, fed etiam diuerfus fenfus effe poffet, quantum fieri poffet diftinguebant, et ex aliis effatis definire ftudebant; quod autem tali quaeftione exegetica inuenerant, iisque veri fimillimum videbatur, id recentiori fermone explicatioris cognitionis tefte eloquebantur. Conf. quae paffim dixi de Pythagoreorum decretis in Commentario, maxime ad II, 20. n. 4. et de Thalete fupra §. 24. et alia. Haec decretorum tractandorum ratio reprehendi non debet, fi ad eum fpectetur finem, quo ifta tractabant; fed ad vfum hiftoricum idonea non eft, nec meretur fidem. Nam pro ambigua et confufa cogitatione et

enun-

enunciatione auctori tribuit explicatiorem magisque definitam; quo facto non modo tributum eſt ei, quod ipſius non eſt, veritasque hiſtorica laeſa eſt et ſublata, verum reliqua etiam hominis doctrina non illuſtratur tali modo, ſed magis obſcuratur. Quemadmodum enim nobis in crepuſculo degentibus, ſi lumen affertur, reliqua externa obſcuriora videntur, quam antea, ita in ſyſtemate ſubobſcuro, vna cogitatione et ſententia illuſtrata, reliquae obſcuriores redduntur et ad intelligendum minus idoneae; quas non facile aſſequimur, niſi obſcuritatis aequabilitatem reſtituamus, et lumen, quod delere amplius non poſſumus, abſcondamus et ſub modio quodam ponamus. — Tertium genus additorum et intermiſtorum in iis video locis, in quibus non dicitur, *quid* ſtatuerint antiquiores, ſed *quale* ſit id, quod ſtatuerint; vbi non narratur, ſed iudicatur; in quibus tantum fidei tribuendum puto auctoribus, quantum auctoritatis habet eorum iudicium.

In iis autem, quae non niſi hiſtorice dici videntur, et nulla adeſt admiſtio, enunciationum quantitatem, qualitatem et modalitatem, quam Logici vocant, diligenter diſtinguere debemus; ne aut permutemus eas, aut eandem auctoritatem omnibus tribuamus. Maximam fidem mereri mihi videntur *enunciationes ſingulares affirmatiuae.* In his enim minor eſt errandi facilitas. Vt vere diceret aliquis: *hic* philoſophus affirmauit *hoc* aut negauit, nil requirebatur, quam vt legeret hoc in ſcripto, et quod legerat, recte diceret. Non dico, errari in his non potuiſſe, quod profecto potuit multis de cauſſis; ſed non tam facile errari potuiſſe, quam in reliquis deinceps nominandis. Nempe ſecundo loco et gradu pono *enunciationes ſingulares negatiuas.* In his maius erat errandi periculum. Vt iure dicam, philoſophus affirmauit aut negauit hoc, vel vnus locus e libris eius non perperam intellectus ſufficit. Sed vt fidenter *negem*, aliquid ab aliquo affirmatum aut negatum eſſe, non ſufficit, vt id vno et altero loco, vbi

maxime exspectatur, non exstet; ne illud quidem, vt id non videatur stare posse cum aliis eiusdem hominis decretis; sed omnia, quae scripsit homo, attente perlecta et tenaci memoria comprehensa esse debent, vt fidenter dicatur, *nullum esse in scriptis vestigium*; cuius rei difficultas in causa fuit, vt summi viri et *κριτικώτατοι* hoc in genere errarent. Negat Meinersius, Platoni notum fuisse decretum de mundo aeterno. Sed notum fuit. Tertio loco habeo enunciationes, *quarum quantitas, aut omnino subiectum definitum non est.* Has igitur, in quibus subiectum plurali numero, sed indefinite dicitur, scribendo quidem pro vniuersalibus habere debemus, ne in errorem alios inducamus; interpretando vero, quum non certo constet, num auctor pro vniuersalibus habuerit, tantum particularibus aequiparare debemus, ita tamen, vt nec negemus vniuersalitatem nec affirmemus, sed eandem in medio relinquamus. Quemadmodum autem in his dubium est, num auctor pro vniuersalibus seu communibus eas habuerit, ita in iis, quas ita habuit, et vniversaliter elocutus est, dubium, num vniuersaliter verae sint. Nempe in *enunciationibus vniuersalibus* maximam cautionem adhibendam censeo, quum in affirmantibus, tum maxime in negantibus. Nam quae in singularibus in errores inducunt, ea simul omnia has circumdant et vrgent, et praeter haec etiam alia. Poterat enim homo doctissimus aliquid nescire, non legisse, poterat aliquid memoria excidisse, aliquid scribenti in mentem non venisse, poterat denique dictionem ipsam non satis examinasse. Minus tamen etiam *negantibus* tribuo, quam affirmantibus, quum facilius sit colligere, quid omnes dixerint, quam efficere et inuenire, quae nemo siue affirmarit siue negarit. Hinc etiam factum est, vt non modo Aristoteles, sed etiam recentiores, quae doceri non possunt, et quae falsa sunt, afferrent. Ait Meinersius, Aristotelem decretum de mundi aeternitate *vbique* *) tanquam

*) Suspicor, *nusquam* esse legendum pro *vbique*; ita certe haec sententia verior. vid. infra §. 30.

ſuum proferre; ſed praeter locum 1 de Coelo t. 102. nullum ipſe inueni, nullum ab aliis nominatum reperi. Bardili negat, in vllo ſcriptore vllum exſtare argumentum poſitiuum contra Ocellum; ſed hoc profecto doceri non poteſt, niſi omnes omnino ſcriptores, quicunque aetatem tulere, hoc conſilio perlecti fuerint. Sed de Ariſtotele ſermo, atque de hoc id, quod dixi, demonſtrandum eſt.

Ariſtoteles igitur paſſim rem vniuerſalius eſt elocutus, quam aut habuit in mente, aut omnino vere dici poterat. Phyſic. I. c. 8. t. 71. Ὅτι δὲ μοναχῶς ἔτω λύεται καὶ ἡ τῶν ἀρχαίων ἀπορία, λέγωμεν μετὰ ταῦτα. ζητἕντες γὰρ οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν φύσιν τὴν τῶν ὄντων, ἐξετράπησαν οἷον ὁδόν τινα ἄλλην ἀπωσθέντες ὑπὸ ἀπειρίας· καί φασιν ἔτε γίνεσθαι τῶν ὄντων ἐδὲν, ἔτε φθέρεσθαι, διὰ τὸ ἀναγκαῖον μὲν εἶναι γίγνεσθαι τὸ γιγνόμενον ἢ ἐξ ὄντος, ἢ ἐκ μὴ ὄντος· ἐκ δὲ τέτων ἀμφοτέρων ἀδύνατον εἶναι· ἔτε γὰρ τὸ ὂν γίγνεσθαι· εἶναι γὰρ ἤδη· ἔκ τε μὴ ὄντος ἐδὲν ἂν γενέσθαι· ὑποκεῖσθαι γάρ τι δεῖ (lege δεῖν). Licet huic loco paululum immorari. Ponamus ignorari vel non conſtare, de quibus haec dicantur. Dicit ἀρχαίους, vt de aequalibus eius aut de Platone aliisque Platoni aequalibus cogitari non debeat; dicit οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι. qui tandem? Parallelismus proximus haec doceat apertius; nimirum, detecta erroris cauſſa, addit in fine capitis: διὰ γάρ τοι τἕτο τοσἕτον οἱ πρότερον ἐξετράπησαν τῆς ὁδἕ τῆς ἐπὶ τὴν γένεσιν καὶ φθορὰν etc. Itaque οἱ πρῶτοι poſitum, vt centies, pro οἱ πρότερον, vt intelligantur omnes, qui fere ante Platonem philoſophati ſunt; quod falſiſſimum. Sed ſuperius, οἱ πρῶτοι, putabimus magis apertum et perſpicuum, et πρότεροι ſit poſitum pro οἱ πρῶτοι· qui igitur ſunt primi philoſophati? Non noſtram opinionem ſequi debemus, ſed ipſius auctoris; hic igitur Met. I. c. 3. ait: Θαλῆς μὲν ὁ τῆς τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας etc. Thales igitur et Ionici intelliguntur. Imo nec Thales, nec reliqui Ionici, nec reliqui antiqui philoſophi, ſed aperte *ſoli Eleatici.* — Phyſic. IV. t. 2. ἔχει δὲ πολλὰς

ἀπορίας, τί ποτέ ἐστιν ὁ τόπος· οὐ γὰρ ταὐτὸν φαίνεται θεωροῦσιν ἐξ ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων· ἔτι δ' οὐδ' ἔχομεν οὐδὲν παρὰ τῶν ἄλλων οὔτε προηπορημένον, οὔτε προηυπορημένον περὶ αὐτοῦ. Aristoteles igitur primus fuit, qui περὶ τοῦ τόπου dissereret. Quodsi reperiantur libri, qui ante Aristotelem scripti dicuntur, in quibus inest aliqua super hac re dissertatio, actum est cum iis; nam aperto Aristotelis testimonio efficitur, eos esse spurios. Immo eosdem vindicabit Aristoteles, seque ipsum emendabit. Nam t. 12. ait: ἡ γὰρ Ζήνωνος ἀπορία ζητεῖ τινα λόγον· εἰ γὰρ πᾶν τὸ ὂν ἐν τόπῳ, δῆλον ὅτι καὶ τοῦ τόπου τόπος ἔσται, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον πρόεισιν· et t. 28. Ὁ δὲ Ζήνων ἠπόρει, ὅτι, εἰ ὁ τόπος ἐστί τι, ἐν τίνι ἔσται; λύειν οὐ χαλεπόν. Erat igitur profecto a Zenone προηπορημένον aliquid super hac re. At Aristoteles non omnino negat, veteres spatium et locum disputasse; sed negat, ante se quemquam docuisse et quaesiuisse, τί ποτέ ἐστιν ὁ τόπος. Audio, nec illud vrgeo, ita scribendum fuisse περὶ τούτου, non περὶ αὐτοῦ· sed illud affero, quod t. 16. dixit: λέγουσι μὲν γὰρ ἅπαντες εἶναί τι τὸν τόπον, τί δ' ἐστιν, οὗτος μόνος (sc. Plato) ἐπεχείρησε εἰπεῖν. Non est, cur plura addam. Satis haec probant, Aristotelem passim generalius esse locutum, quam debuisset, exceptiones vero data occasione addidisse, haud veritum, ne aut in errores inducat alios, aut ipse grauiter reprehendatur. Nemo mihi illud dixerit, eius auctoritatem satis sustineri eo, quod indefinita aliis locis definierit. Hoc enim casu factum potuit aliis in rebus casu omitti; vt illud praeteream, multa eius scripta, vnde fortasse multa rectius intelligi et constitui possint, interiisse. Non fraudis accuso Aristotelem; hoc per se patet; sed hoc, arbitror, iure meo pono, et legis instar habeo: *Enunciatis historicis vniuersalibus fidem esse habendam, donec probetur contrarium;* sed fieri non debere, vt propter enunciatum vniuersale, id, quod huic contrarium est, falsum esse putemus; vt enunciatum generale propter contrarium, (contradictorie oppositum) quod apparet, sed non hoc propter illud falsum habeamus. Quaerendum est deinde,

§. 29.

Quomodo veteres aliorum libros in ſuum vſum conuerterint?

Noſtra aetate ſumus tam diligentes, tamque ſeueri et religioſi, vt non modo eum plagii accuſemus, qui alicuius rei, quam non inuenit, inuentionem diſerte ſibi tribuit, et auctorem ſe iactat eius rei, cuius auctor non eſt; ſed quoque eum, qui aliorum libros et dicta in ſuum vſum conuertit, atque aliquid ab aliis tacite mutuatur. Ad hanc igitur ſeueritatis normam, cuius teſtes ſunt libri noſtrae aetatis critici, etiam veterum eruditionem et ſcribendi ſolertiam aliqui et multi exigere non dubitarunt. Idque improbabit nemo, ſi nihil aliud agitur, quam vt cuiusque ſententiae, aut dictionis, aut rei auctor appareat, et quae loca ſcribenti obuerſata fuerint, ſciamus. Sin reprehendimus antiquos, quod tacite ab aliis aliqua aut multa ſumſere, aut ſi eorum omnium inuentores putamus, quibus aliam auctoritatem non addidere: aut iniqui ſumus, aut valde erramus. Veteres enim hoc in genere non erant tam religioſi. Nolo equidem adſcriptor eſſe eius ſententiae, quam Bardili p. 169. propoſuit: quum magno pretio libri emti fuiſſent, fere penes emtorem fuiſſe, num hos foetus ſuo patri relinquere, an ſuo ipſius nomine eos educare et vulgare voluerit. Hanc, inquam, probare non poſſum; fabula enim de graculo pauonum gregi ſe immiſcente non eſt a Phaedro demum inuenta. Sed hoc vere dici putem, veteres in allegandis aliorum libris non fuiſſe tam religioſos, vt, niſi diſerte ſibi vindicent aliquid, aut a teſtibus fide dignis iis tribuatur, dubium ſit, vtrum ipſi excogitarint, an ab aliis acceperint. Non diſſimulabant ſe per alios profeciſſe, ſed vt cuique ſententiae ab aliis petitae ſuus auctor adſcriberetur, nec lector poſtulauit, nec ſcriptor fecit; non vt fraude quadam circumueniret lectores, non vt alienis pennis ſe ornaret, ſed quia tanta diligentia ſiue ignota eſſet, ſiue moleſta aut inepta haberetur. Atque venia ab aliis

mutuandi iis videtur magis data esse, qui, quid verum atque decens, quaererent, aut res gestas enarrarent, quam iis, qui ad ingenii sui laudem et ad delectationem lectorum elaborarent. Cicero non dubitavit, quae philosophi graeci graeco sermone dixissent, latinis literis mandare, nec dissimulauit hoc, etsi non omnibus in locis, vnde petita essent, annotaret. Horatius contra ea (Epist. I, 3, 15. sq.) Celsum monendum putat, *priuatas vt quaerat opes, et tangere vitet Scripta Palatinus quaecunque recepit Apollo.* Sed quid in Latinis, et recentioribus, haereo. De Aristotele dicendum est, quem Meinersius (hist. doctr. de vero Deo p. 316.) ait omnium priscarum doctrinarum, et earum quoque, quibus ipse accederet, repertores semper nominasse. Hoc autem, si beneficio quodam interpretationis illud *semper* non vrgeamus, atque de *aliqua* parte intelligamus, concedi debet. Sin ita accipiatur, vt Aristotelem in *omnibus* auctores nominasse putemus, falsissimum hoc est. Haud is sum, qui omnium auctorum, qui supersunt, scripta perlegerit, aut quaecunque legerit, memoria teneat; mea tamen lectio, qualiscunque ea sit, me docuit, falsum id esse, quanto magis docuerit lectio doctiores me et acutiores. *Nusquam* Aristoteles in Topicis laudat auctores, quos secutus sit; (*nusquam* dico, quia nullam eiusmodi allegationem reperi, quae *ipsorum praeceptorum* fontem et originem indicet). Num propterea fertile eius ingenium produxit omnia? Minime. Non appello ea, quae habet Patricius Disc. Perip. T. II. L. I. pag. 186. „Itaque omnis Aristotelicarum Categoriarum succus, omnis doctrina, nec non etiam oppositorum titulis, dogmatibus, exemplis, saepe etiam verbis ipsis, Ocelli atque Archytae libris est conformis et concors.“ Haec, inquam, pro mea sententia non affero; sed illud quaero, cur Aristoteles, si ea omnia, quae istis in libris sine auctore attulerat, aut ipse inuenisset, aut pro suis haberi voluisset, Topic. VIII. c. 3. p. 387. F. scripserit: *ἐπεὶ ἂν οὐδὲν ἔχομεν παραδεδομένον ὑπ᾽ ἄλλων, αὐτοί τι παραθῶμεν ἀπάν.* Mul-

ta igitur, et vero plurima, insunt in istis libris ex aliis hausta, alioquin non fuisset, cur, quae ipse periclitatus esset, diserte indicaret. Physic. I. c. 7. t. 69. *ἡ δ' ὑποκειμένη φύσις ἐπιστητὴ κατ' ἀναλογίαν, ὡς γὰρ πρὸς ἀνδριάντα χαλκὸς* etc. vid. Comment. ad II. 3. n. 24 Auctorem, vnde haec sententia petita sit, non laudat; sed nemo ignorat, haec esse e Timaeo Locro, aut, si quis hunc spernat, e Platonis Timaeo. Nec negari potest, eum e Pythagoreorum scriptis profecisse; cf. de Coelo I. c. 1. t. 2. quae etiam in verbis sapiunt Pythagorica; nec Aristoteles hoc dissimulat; ea quoque, quae Physic. IV. c. 11. t. 101. de tempore dicuntur, facile nos ad Pythagoreum fontem ducunt. Atque haec satis docere mihi videntur, falsum esse, si quis dicat, Aristotelem omnium sententiarum propositarum auctores nominasse; sed aeque falsum arbitror, si quis obiiciat, ambitiose hoc factum et fallendi spoliandique studio, atque de furtis aut etiam latrociniis loquatur. Etenim in iis quoque locis, vbi auctores, quos secutus est, non nominat, *passim* vtitur formulis, quae ex aliis hausta indicant; velut *φασὶ, λέγεται.* Conf. de Gen. et Corr. II. t. 8. et Commentar. ad Ocell. c. 2. §. 3. n. 24. §. 9. n. 1. Fraudis autem eo magis absolvendum iudico equidem, quia obseruasse mihi videor, fuisse in more positum Aristoteli, vt suos conatus suaque inuenta *diserte* indicaret; vid. quae attuli e Topicis, et superius e Phys. L. IV. c. 2. Quodsi non fecit saepissime, nec mirari, nec quidquam eius meritis detrahere debemus. Nempe, qui aliquam sententiam curatius explicauerat, ambiguitates remouerat, rationes et caussas addiderat, is, si vel maxime similia aut eadem rudia et inchoata ab aliis proposita essent, tamen sententiam *cultam et expolitam* sibi poterat recte vindicare; nec ab aequo homine plagii debet accusari; melius enim promeretur de disciplina quadam et de scientia humana, qui rem explicat et definit, quam qui vaga multa et obscura excogitat; et in hoc negotio casus dominatur, illud rationis est et acuminis et diligentiae.

Quae autem hactenus de Ariſtotele docui, ea non cadunt in ſolum Ariſtotelem, ſed multo magis in Platonem. Obſeruauit Tidemann. in Gr. Erſt. Philoſ. p. 199. *Plato führt überhaupt ſehr ſelten ältere Philoſophen namentlich an, es ſey denn, daſs er ſie widerlegen wollte. In Anſehung des Pythagoras aber und der Pythagoreer beobachtet er das tiefſte Stillſchweigen; in allen ſeinen Werken kommt der Name Pythagoras, ſo viel ich weiſs, nur einmal, und Namen der Pythagoreer keine andere als Timaeus vor;* qua cum obſeruatione conferri velim, quae ſupra monui §. 5. Sed quis contra veterum teſtimonia negabit, Platonem e Pythagoreis hauſiſſe, et ea hauſiſſe, in quibus alium fontem extra ipſius ingenium haud facile quaereremus. Velut nemo facile ſola coniectura eo adducetur, vt, quae Phaedone c. XI. habentur: καὶ γὰρ πολέμους etc. alius hominis, quam Platonis, inuenta putet. Sed ea Archytae fere eſſe effata diſcimus e Cicerone de Senectute c. 12. cf. Plutarch. Vit. Caton. p. 337. quem ibi laudauit Wetzelius. Sed nec Platonem arbitror id malo conſilio tacuiſſe; et vero video obſeruaſſe De Bougainuille in Memoires de l'academie des Inſcr. et belles lettres Tom. XXIX. pag. 65. *Platon, qui, ſans nommer Acuſilaüs, adopte ſon opinion dans le Timée* [vid. p. 291. ſq. Bip.] *le cite nommément dans le Banquet.* [vid. c. 6. Wolf.] quodſi in Timaeo fraudulenter tacuiſſet Acuſilai nomen, profecto alio loco non oſtendiſſet, notum ſibi ſcriptorem et lectum eſſe. Quocirca, ſi Timaei Locri ſcriptum genuinum eſt, et a Platone vſurpatum, ſi Parmenides Platonis vera Parmenidis decreta continet: Plato nec Timaeum, quem inducit, ſuo inuento et honore priuaſſe, nec Parmenidem ſpoliaſſe putandus eſt. Atque haec hactenus.

§. 30.

Decretum de mundo aeterno.

Quodſi lectores beneuoli vera deprehendant, quae adhuc egi: non vereor, ne ea, quae ſequuntur, magno

diſſenſu multisque obiectionibus perſequantur. In decretis igitur, quae antiquitatis colorem habere mihi videntur, primo loco id ponam, quod maxime effecit, vt liber ſuppoſitus putaretur; *decretum de mundi aeternitate*, quod ſiue ipſum ſpectes, ſiue argumenta, ſeu denique verba, totum eſt Eleaticum *). Vid. ad I, 2. n. 4. n. 9. §. 9. n. 5. §. 15. n. 5. a Meliſſo quoque affirmatum. Vide Meinerſ. Geſch. der Wiſſ. T. I. p. 716. ſqq. Tidemann. Geiſt d. ſp. Ph. T. I. pag. 377. Meliſſi autem prae ceteris mentionem feci, quia addenda ſunt nonnulla Ariſtotelis loca ad huius rei illuſtrationem et comprobationem maxime pertinentia; non tam Topic. I. c. 9. p. 265., vbi Meliſſus dicitur docuiſſe, *ὅτι ἓν τὸ ὄν*, quam Sophiſt. Elench. I. c. 4. p. 405. ſq. *οἷον ὁ Μελίσσου λόγος. ὅτι ἄπειρον τὸ ἅπαν, λαβὼν τὸ μὲν ἅπαν ἀγένητον· ἐκ γὰρ μὴ ὄντος οὐδὲν ἂν γενέσθαι· τὸ δὲ γενόμενον ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι, εἰ οὖν μὴ γέγονεν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει τὸ πᾶν, ὥστε ἄπειρον.* Addit Ariſtoteles: *οὐκ ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνειν· οὐ γὰρ εἰ τὸ γενόμενον ἅπαν ἀρχὴν ἔχει, καὶ, εἴ τι ἀρχὴν ἔχει, γέγονεν. ὥσπερ οὐδ᾽ εἰ ὁ πυρέττων θερμὸς, ἀνάγκη καὶ τὸν θερμὸν πυρέττειν.* Conf. c. 5. p. 408. D. L. II. c. 5. p. 435. E. et Phyſic. I. c. 2. et 3. Videmus igitur ſatis manifeſto et Meliſſum idem affirmaſſe, quod in Ocello habemus, eandemque attuliſſe rationem, et hanc rationem ab Ariſtotele eſſe *improbatam* et recte *refutatam* **). Quodſi hoc de-

*) Eandem non ſimilitudinem, ſed aequalitatem, obſeruauit ante me Bardili p. 196. a. quamuis ipſe non potui non ſponte mea in iſtam obſeruationem incidere. quod non moneo oſtentationis cauſſa, ſed quia ita obſeruatio comprobari videtur.

**) Nempe *ἀρχὴν ἔχειν*, *principium* habere, latius patet, quam *γεγονέναι*· poterat aliquid pendere a principio, quod non haberet originem, ex mente Ariſtotelis; velut, ſecundum Ariſtotelem motus *ἀρχὴν* et cauſſam habet, initium non habuit. Tidemannus T. I. p. 380. nec locum ſatis intellexit, nec ipſe intelligi poteſt. Neque enim Ariſtoteles l. l. omnino hoc egit, vt Meliſſum refutaret, eiusque rationem impugnaret; ſed vt erroris in argumentando, de quo diſſeruit, ſpecimen quoddam afferret.

cretum a Meliſſo, ſi a Parmenide, atque adeo a Xenophane propoſitum eſt, profecto, quin antiquum ſit, dubium eſſe non poteſt. Si igitur nihil aliud quaerimus, quam decreti antiquitatem, cauſſa dicta eſt.

Sed multos decepit locus Ariſtotelis de Coelo I. c. 10. t. 102. Nam quum ante Ariſtoteles dixiſſet: *τούτων δὲ διωρισμένων λέγωμεν μετὰ ταῦτα, πότερον ἀγέννητος ἢ γεννητὸς, καὶ ἄφθαρτος ἢ φθαρτὸς*, pergit paucis interiectis t. l. *γενόμενον μὲν οὖν ἅπαντες εἶναί φασιν. ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν ἀΐδιον, οἱ δὲ φθαρτόν.* Quo loco Franciſcus Toleta in comment. in Libr. VIII. Phyſ. c. 2. fol. 209. *), tanquam communi quodam axiomate vſus, addito ſyllogismo primae figurae, haec effecit: *Mundum eſſe genitum omnes antiqui philoſophi ante ipſum Ariſtotelem poſuerunt, vt Anaxagoras, Democritus, Empedocles, Meliſſus, Plato cum ceteris, ſed ipſe Ariſtoteles omnium primus ingenitum et aeternum fecit, vt de ſe ipſemet ait I. de Coelo. Text.* 102. Alii, minus promti et faciles in ratiocinando, ex iſto loco non hoc effecerunt, vt ii, qui mundum *ἀγέννητον* eſſe docuerant, eum *γεννητὸν* feciſſe viderentur: ſed tamen non dubitarunt ita accipere, ac ſi Ariſtoteles huius decreti de mundi aeternitate inuentionem ſibi tribueret. Conf. Meinerſ. Hiſtor. doctr. de vero Deo, p. 316. Gurlith. Abriſs der Geſchichte der Philoſophie. p. 127. Bardili p. 191. Sed tale conſilium ab iſto loco alienum eſſe arbitror. Etenim, ſi vel maxime concederemus, Ariſtotelem tam fuiſſe improbum, vt inuenta aliorum ſibi vindicare ſtuduerit: nemo tamen tam ſtultum putabit fuiſſe **), vt furta ſua non magis texerit, quam *vi-*

*) Hunc locum debeo D'Argenſio p. 2. edit. Francog.

**) Pariter hoc obſeruat Meinerſ. l. l. pag. 317. „*Hoc ſaltem ab Alexandri praeceptore exſpectari debet, illum, ſi furtum quoque facere voluiſſet, eiusmodi tamen maleficium arte quadam tegere ſtuduiſſe, ne ſine vlla defenſionis ſpe manifeſti aliquando latrocinii conuinci poſſet.*“

nosa glomos furtiuae Pyrrhia lanae apud Horatium. Meinersius, vt succurreret huic loco, Ocelli librum genuinum esse negauit; sed ita parum proficitur, et manet pugna et difficultas, vt ita dicam, in ipsis Aristotelis visceribus. Vizzanius p. 12. suspicatur, libros de coelo scriptos esse ab Aristotele *nondum forte conspecto hoc Ocelli opusculo, e quo inde plura felicissime desumsit.* Sed ne hoc quidem difficultatem tollet. Etenim credibile non est, isto tempore etiam reliquorum Eleaticorum decreta ignota ipsi fuisse, quae vel e Platone ipsi nota esse debebant. Sed quid dico debebant? dicendum est: nota fuerunt. Etenim libri de Coelo scripti sunt post libros Physicorum; nam L. I. c. 5. t. 38. δέδεικται γὰρ τοῦτο πρότερον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως. Iam vero conf. Physic. L. III. Quid multa? de Coelo L. III. c. 1. t. 2. et Melissum laudat et Parmenidem. Neque ita ex hoc loco expedire nos possumus, vt dicamus, aliam esse Aristotelicam mundi aeternitatem, atque aliam Ocelli. Nam vt taceam, difficillimum esse dictu, quam habuerit de mundi aeternitate sententiam Aristoteles, (mihi certe nondum contigit esse tam felici, vt eius sententiam plane intelligam *); ista obseruatio posset quidem, si vera est, vindicare Ocelli librum, et efficere, ne propter illum locum suppositus haberi debeat, atque ita accepit Clar. Bardili p. 191. sed ipsius loci repugnantiam non tollit. Enimvero Aristoteles isto loco non suum aliquod inuentum laudat, aut de suis meritis exponit; hoc, vtut intendo aciem oculorum, in isto loco non video. Aperto non indicat, quid ipse *inuenerit*, sed examinare incipit, quae οἱ ἄλλοι affirmarint; atque e verbis ita adhibitis *concluserunt* permulti id, quod nunc tanquam *effatum* Aristotelis circumfertur. Contextum et scopum auctoris in interpretando sequendum et diligentissime considerandum esse, praecipiunt omnes, et

*) Vt intelligamus, necesse est, vt sciamus, quo sensu οὐρανὸν dicat; quibus rationibus hunc οὐρανὸν aeternum dicat, et quam vim probandi iis tribuerit.

optime quidem. Videamus igitur nexum et confilium auctoris, quod fatis manifefto ipfe *declarauit*. Verfam locum: *His autem conftitutis deinceps dicamus, num fit non genitus an genitus, et incorruptibilis* (non corruptus) *an corruptibilis; ante tamen percurramus fententias aliorum*; (τῶν ἄλλων) *etenim contrariorum demonftrationes dubitationes funt de contrariis, fimul etiam quae dicentur magis certa erunt iis, qui antea audierint, quid de refragantibus* (diffentientibus, dubitantibus) *rationibus fit exiftimandum. Etenim condemnare, antequam altera pars fuerit audita, minus in nos ceciderit; judices enim aequos effe oportet, et non aduerfarios, qui, quid verum fit, fatis volunt iudicare. Ortum igitur omnes ftatuunt effe, fed ortum, alii aeternum, alii interiturum* etc. Reliqua vero totius huius libri differtatio fere in eo verfatur, vt illud decretum etiam atque etiam confirmaret: quidquid ortum fit, effe interiturum; quidquid interiturum non fit, non effe ortum; rationes et argumenta pro mundi aeternitate ipfa fere defideramus. Nempe Plato fatis videbatur docuiffe, mundum interiturum non effe, fed femper manfurum; itaque nil erat Ariftoteli agendum amplius, quam vt oftenderet, quid cum hac fententia neceffario effet coniunctum, nempe vt ὀρανὸς quoque *non ortus* putetur, quia omne, quod interiturum non fit, ortum dici non poffit. Quorfum haec? Vt iftum locum vexatiffimum recte intelligamus. Ait Ariftoteles ἅπαντες γενόμενόν φασιν, qui funt ifti omnes? Taleta et alii, fponte fua, omnes ante Ariftotelem philofophos, quicunque fuerunt, intelligunt. Ariftoteles vero haud dubie eos *omnes*, quos antea τὲς ἄλλους vocarat. Nam fi quis ad iftos ἄλλους non pertineret, de eo dicturus non erat; fed qui funt ifti (non ἄλλοι, fed) οἱ ἄλλοι; nemo, qui non plane rudis fit in interpretando, negabit, intelligendum et difcendum hoc effe e *ratione allata*, cur τῶν ἄλλων opiniones velit percurrere. Facturus hoc erat, quia *contrariarum* opinionum demonftratio de contrariis cogat dubitare; οἱ ἄλλοι igitur funt *aliter fentientes*, *diffen*-

tientes, Plato maxime, cuius gratia, vt alibi, sic etiam hic, ita praefatus fuerat, quem indicat, sed non nominat; atque cum hac explicatione optime consentit omnis disputatio reliqua; nam praeter Empedoclem et Heraclitum et Platonem in omnibus istis philosophis appellatur nemo. Sensus igitur istius loci est: *Omnibus, qui hac in re dissentiunt a me, aut a quibus ego dissentio, in eo conuenit, vt ortum putent mundum; sed quod ad interitum attinet, alii affirmant, alii negant interiturum.*

Itaque ex hoc loco ne leuissimum quidem dubium remanet de antiquitate decreti; nec vlla ex eo potest oriri suspicio contra Aristotelem, qui aliorum inuenta sibi voluerit arrogare. Non fuissem tam multus in vno isto loco, nisi in hoc vado mea quoque disquisitio saepissime consedisset haesissetque. Nimirum postea etiam, quam argumentis idoneis intellexissem, nihil esse huic loco tribuendum, in mente tamen intima resederat quaedam dubitandi materies argumenta et testimonia vel apertissima corrodens atque infirmans. Apertissima dico. Plato enim, etsi non probauit, nouit tamen decretum de mundo aeterno. Apparet hoc ex eodem dialogo, e Theaeteto, vnde Meinersius ignotum fuisse concludit. Qui enim Melissi decreta non ignorabat, nec alios, *οἳ ἓν ἑστὼς λέγουσι τὸ πᾶν*, vid. p. 137. Bip. is decretum illud ignorare nullo modo poterat. Sed quid rursus argumentor? *κατὰ ῥητὸν* illud apud Platonem exstat. Indicauit locum Tidemann. Erste Philos. Gr. p. 203. Platonis librum VI. de Legg. pag. 875. Ficin. quem locum ipse quoque in Commentario attuli ad c. III. §. 1. n. 3. vbi mentio fit decreti de generis humani aeternitate; quae ab aeternitate mundi profecto seiuncta esse non poterat. Addo equidem locum e Timaeo Platonis (ed. Lugd. p. 526. E.) *σκεπτέον δὴ οὖν πρῶτον περὶ αὐτοῦ, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν· πότερον ἦν ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν ἀπ᾽ ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος.* De materiae aeternitate sola haec accipi non possunt; etenim illud *αὐτοῦ*

refertur ad mundum, de quo ait: *ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο, ὅ τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ᾽ ἂν δέχοιτο, τοῦτ᾽ ἡμῖν ὠνομάσθω· σκεπτέον δὴ* etc. Quid? quum ait *ὅπερ ὑπόκειται* etc. quaestionem istam tanquam vsitatam, certe non tanquam nouam, inducit.

Atque his satis demonstratam arbitror decreti quod quaerimus antiquitatem. Itaque paucis verbis addam, quae de Pythagora refert Stob. Eclog. Physs. p. 18. lin. 56. sq. *Πυθαγόρας φησὶ γεννητὸν κατ᾽ ἐπίνοιαν τὸν κόσμον, οὐ κατὰ χρόνον*, quae quidem sententia fortasse praesidium petere potest ex Aristotele de Coelo I. c. 10. t. 104. deinde Censorinum de die natali c. 2. Varronem de re rustica L. II, c. 1. a Tidemanno l. l. allatum; praeterea quod dicit Diog. Laërt. VIII. 83. de Alcmaeone *φυσιολογεῖ*, atque de eodem e Phauorino de aeterna lunae natura; denique Philolai sententiam apud Stobaeum Ecl. Phys. pag. 44. l. 23. sq. quae cum Ocello valde conuenit etiam in verbis.

§. 31.

Decreta alia antiqua insunt; recentiora desiderantur.

Ad alia progressus, non haereo in dogmatibus, quae recentioribus etiam placuerunt, velut ex nihilo nil fieri; vid. I, 2, 9. omne, quod ortum est, interitum esse consecuturum, quod Xenophani tribuitur, sed etiam Aristoteli probatum est, etsi minus Platoni; vid. I, 3, 2. coelum esse sedem Deorum II, 2, 6. his enim nostra in caussa nihil efficitur, et sunt permulta; nam antiqua sunt et Pythagorica, ipso Meinersio auctore, quae e capite quarto exstant apud Iamblichum, conf. supra §. 14. antiqua est doctrina de contrarietatibus, et ipso Aristotele teste, Pythagorica. vid. Met. I. 5. p. 1034. B. *οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ πόσαι καὶ τίνες αἱ ἐναντιώσεις ἀπεφήναντο.* conf. Ocell. II. §. 7. et quae notata sunt ad II, 4. n. 3. antiqua sunt ista *γένεσις, ἀκμή, τελευτή.*

I, 3. n. 10. numerus aetatum. I, 14. n. 6. numerus elementorum. II, 5. 9. mundi partitio in ἀπαθὲς μέρος et ἀκίνητον, et mundus fub luna mutabilis. II, 2. n. 3. 5. 8. fuperior mundi pars cauffa efficiens. II, 22, 3. obliquitas ecliptices. II, 23, 1. Reperit Alexander Polyhiftor in Pythagoreorum commentariis τὴν ἐκ γῆς γένεσιν [τῶν ζώων] ἀδύνατον ὑφίστασθαι. Vid. Diog. Laërt. VIII, 28. et notata ad III, 1. n. 3. Quemadmodum autem infunt, quae conftat antiqua effe, ita *recentiora defiderantur*; idque maxime fidem facit fententiae, quam defendo: librum aut antiquum effe, aut ad antiquitatis fimilitudinem diligenter confictum. — Ariftoteles, quantum fcimus, primus fuit, qui materiam non ὂν ἐνεργείᾳ, fed ὂν δυνάμει effe moneret; effe eam, nomenque τοῦ ὄντος de ea adhiberi, non quod effet res quaedam et natura certa, fed quod natura quaedam *fieri* poffit et fiat; materiam eodem iure ὂν vocari poffe, quo lignum, ex quo fieri Mercurius poffit, Mercurium vocares; nimirum ὂν δυνάμει. At Ocellus nofter materiam non modo ὂν, fed etiam σῶμα vocauit. Conf. ad II, 3. in fine. Quid? quod pro fua aeternitate vfus eft argumentis, quae ifta Ariftotelis diftinctione adhibita refutantur, nec ab Ariftotele adhiberi potuerunt. Vid. c. 1. §. 2. — Iam ab Empedocle difputatum eft de pluribus mundis; eandemque rem Ariftoteles fubtiliter difputauit L. I. de Coelo. Ocellus huius decreti nec mentionem fecit, nec veftigium quoddam fcripto fuo impreffit. Vid. ad I, 7. n. 1. et 2. nifi forte in repetita vocabuli κόσμος explicatione, ita vocari τὸ πᾶν, tale quid odorari velimus. Sed haec repetitio duas anfas habet; potuit enim rem repetiiffe auctor, quia vocabuli huius fignificatio nondum effet trita et omnibus nota, idque mihi eo videtur probabilius, quia non tam illud repetit: omnia mundo comprehendi, quam πᾶν et κόσμον fibi effe fynonyma. — Duplicem auctor ingreffus eft cogitandi viam. C. I. §. 1. fed non difiunxit vtramque, fed confudit, vt ad ineptam fententiam tandem perueniret. Parmenides duplicem diftinxit ὁδὸν διζήσιος, monuitque,

ne confundantur, inuenit etiam pro viae diuerſitate decreta diuerſa. vid. I, 1. n. 7. — Auctor eſt Ariſtoteles Phyſic. II. c. 4. t. 41. neminem antiquorum philoſophorum, cauſſas generationis et corruptionis exponentem, quidquam περὶ τύχης conſtituiſſe, additque: ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ὀδὲν ᾤοντο ὀδ' ἐκεῖνοι εἶναι ἀπὸ τύχης. Ocellus τὴν τύχην in cauſſis iſtis non numerauit. Quod argumentum nunc video Clariſſimum Bardili e Pleſſingio vberius perſecutum, in Fülleb. Beytr. P. X. p. 57. ſqq. quamuis Ariſtotelis locum non indicat, et argumento nimium tribuit, quando antiquitatem libri eo putat effici poſſe.

§. 32.

Tidemanni argumenta examinantur.

Finem hic facerem huius diſputationis, niſi Tidemanni, δευτέραις Φροντίσιν Ocellum tollentis, locus eſſet examinandus. Etenim, vt plane omittam Viri dubitationes, non permittit magni Viri reuerentia, qua tamen non debeo impediri, quo minus, quid ſentiam, libere dicam. Tidemannus igitur Geiſt der ſpek. Philoſ. T. I. p. 91. dubia mouet a decretis, quae in ſuperioribus impugnatoribus fruſtra quaeſiui. Ait enim: *Dieſer Ocellus erklärt ausführlich den Urſprung, nebſt der Verwandlung der Elemente in einander, und beſchreibt deren Beſchaffenheit mit möglichſter Genauigkeit. Nun aber meldet Ariſtoteles ausdrücklich, von Feuer, Erde, und ähnlichen Körpern, alſo von den Elementen, haben die Pythagoreer gar nichts gelehrt, weil ſie ſich auf nichts den Sinnengegenſtänden eigenthümliches einlieſsen;* atque hoc Ariſtotelis teſtimonium ait exſtare Met. I, 7. et vere. Ariſtoteles enim, quum Pythagoreorum doctrinam de cauſſis mathematicis attuliſſet, adiecit: διὸ περὶ πυρὸς ἢ γῆς, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιέτων σωμάτων, ὀδ' ὁτιῦν εἰρήκασιν, ἅτε ὀθὲν περὶ τῶν αἰσθητῶν, οἶμαι, λέγοντες ἴδιον. Sed omnem loci contextum ſpectare debemus. Non vrgeo id, quod ex eodem

dem auctore et libro ſupra de contrarietatibus habuimus, vbi dixerat: Pythagoreos, quot et quales eſſent, contrarietates expoſuiſſe, quod profecto, quum in iſtis contrarietatibus eſſent etiam, quae ſenſu perciperentur, fieri non poterat, quin ſimul de corporibus iſtis *aliquid* diceretur. Non vrgeo hoc, nam diſputari poteſt hac de re, et eſt infinita diſputatio. Sed Ariſtoteles exponit de Pythagoreis, qui τὰ μαθηματικὰ attulerant principia rerum, πέρας, ἄπειρον, περιττὸν, ἄρτιον etc. atque negat, ex his principiis motum, generationem et corruptionem poſſe explicari, nec motum et effectus corporum coeleſtium, pergitque: *praeterea, ſiue concedatur iis, ſiue demonſtretur, ex his magnitudinem* (μέγεθος, magnum) *poſſe oriri: tamen qui ſit, vt alia corpora grauia ſint, alia leuia? Etenim ex iſtis quae ponunt principiis non magis dicunt de mathematicis corporibus, quam de ſenſibus* *); *propterea etiam de igne aut terra aut reliquis huiusmodi corporibus prorſus nihil dixerunt, quippe qui* (opinor) *de ſenſilibus nil afferrent proprium*; i. e. nihil, quod non ſit αἰσθητοῖς et μαθηματικοῖς commune. Qui igitur ſunt indefiniti iſti Pythagorei, qui nihil dixerint de igne et reliquis? Iſti profecto philoſophi, qui mathematica attulerant rerum principia; quorum in numerum quum Ocellus venire non poſſit, quippe qui de talibus principiis nil habeat; nec illud Ariſtotelis dictum ad eum poterit accommodari. Neceſſe eſt autem, ſit alterum de duobus, vt iſta Ariſtoteles aut de omnibus Pythagoreis negaret, aut non de omnibus. Si placeat illud: Ocellus Pythagoreus vocari et haberi non poterat; ſin hoc verius putabitur: nil impedit, quo minus Ocellus in iis fuerit, qui de igne et rel. aliquid docuerit. Enunciatio igitur, quam veram videmus: Ocellus de quatuor elementis diſſeruit; nulla ratione pugnat cum enunciato

*) Hoc affert, ne quis iniquam putet hanc reprehenſionem, ex iſtis principiis non minus explicare volunt ſenſilia, quam mathematica, ſed ſenſilia ex iſtis explicare non poſſunt.

Ariſtotelico. Et quemadmodum hic locus ſpectandus eſt in ea quaeſtione, vtrum Ocellus ex vſu Ariſtotelico Pythagoreus vocari poſſit: ita ad quaeſtionem de libri antiquitate prorſus nihil confert. Nemo eorum, quos Ariſtoteles Pythagoreos vocauit, de igne etc. diſſeruit. Falſam puto ſententiam, eſt tamen eiusmodi, vt ex iſto loco facile in mentem veniat, ponam igitur tanquam veriſſimam; Iam vero Ocellus de igne etc. diſſeruit: quid inde? nempe ab Ariſtotele Pythagoreus vocatus non eſt.

Alterum, quod fecit, vt Tidemannus a ſententia olim probata recederet, hoc eſt: *Noch füge man dazu, daſs die gänze Ocelliſche Theorie von einer erſten durchaus förmlichen *) Materie, von den zur Ausbildung ſich mit ihr verbindenden entgegengeſetzten Qualitäten, von der Verwandlung der Elemente in einander durch dieſe Qualitäten, und von der Weltewigkeit durchaus Ariſtoteliſch, und zwar unbeſtritten Ariſtoteliſch iſt: und daſs demnach Ariſtoteles, gegen alle Ausſage des Alterthums, in ſeinen wichtigſten Lehrſätzen, zum gelehrten Diebe würde gemacht werden.* De mundi aeternitate vidimus; vidimus etiam, quantum Ariſtotelica doctrina de materia ab Ocelli ratione abhorreat, et illud ipſum, quod Ariſtoteli proprium videtur, eſſe ab Ocello alienum; de qualitatibus, quae ſint in materia, obſeruandum eſt, Ocellum non dixiſſe, qua ratione in ea ſint, ſed videri χωριςὰς feciſſe; Ariſtotelem contra ea definite et explicite negaſſe, eſſe χωριςὰς, vt id, quod Ariſtotelis proprium videtur, rurſus in Ocello deſideremus. Reſtat igitur mutatio elementorum per has qualitates, quam Ariſtotelicam eſſe concedo, ſi, quidquid affirmauit Ariſtoteles, et tanquam ſuam ſententiam, i. e. eam, *quam probaret et defenderet*, propoſuit, Ariſtoteli-

*) Legendum videtur *unförmlichen*; alioquin falſum eſſet. Et inſunt multa operarum errata etiam in fine non emendata, velut Diomedes pro Democedes, p. 30. T. I. et T. II. pag. 347. Xenophon pro Demophon.

eum vocamus; ſed ita contra libri et dogmatis antiquitatem nil efficitur, poſſuntque Ariſtotelica etiam dici quae ab aliis didicit; ſin Ariſtotelica ea tantum appellamus, *quae inuenit Ariſtoteles:* haec Ariſtotelica eſſe negauit Patricius, et ante eum Syrianus, affirmauit ante Tidemannum, quantum ſcio, nemo; quodſi quis affirmauerit, quo iure quaeritur, et quibus tandem adductus rationibus? Et vero debent iſtae rationes eſſe grauiſſimae et ab omni dubitatione remotae, vt etiam *inuito* Ariſtoteli quoddam inuentum obtrudant; illud inuentum nempe, quod ipſe aliis conceſſit. Cui ſententiae vt fidem faciam, non affero vocabula paſſim in iſta tractatione conſpicua, *φασὶν*, *λέγεται*, quibus profecto non vtimur, quando noſtrum aliquod inuentum exponimus; ſed ipſum idque apertum Ariſtotelis teſtimonium de Gen. et Corr. L. II. c. 1. t. 6. *ταῦτα μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἕτεροι λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ἀλλοίωσις. αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ ὡς σώματος ποίας καὶ πόσας λεκτέον ἀρχάς· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ὑποθέμενοι χρῶνται, καὶ οὐδὲν λέγουσι, διὰ τί τοιαῦται ἢ τοσαῦται.* Iſtae *ἀρχαὶ σώματος* autem non ſunt ignis, aër, aut reliqua elementa, ſed *θερμὸν*, *ψυχρὸν* etc. id quod ſequentia docent, vbi *αἰσθητοῦ σώματος ἀρχὰς* exponit, et, cur tot ac tales ſint, docet. Itaque ipſe Ariſtoteles eo in loco, vbi ex inſtituto hanc rem diſputat, fatetur fuiſſe, qui iſtas *ἀρχὰς* afferrent; fuiſſe, qui iis vterentur; et nemo non videt, quid in omni hac re ſibi vindicarit; non ipſa contrarietatum nomina, non vſum earum, ſed explicationem, *cur* tot et tales eſſent; quae quidem ſuperiora adeo cadunt in Ocellum, vt in eum dicta videri poſſint. Quamquam hoc non aſſeuerauerim. Hoc ſtatuo, qui mutationis iſtius inuentionem Ariſtoteli tribuat, eum contra ipſius Ariſtotelis teſtimonium magno homini aliquid obtrudere, et obtrudere contra illud teſtimonium, quod ab omni ſuſpicione ambitionis aut fraudis aut ignorantiae ſit remotiſſimum. — In iis autem, quae durius de plagio di-

cuntur, nisi forte ipse antea prorsus deliraui, aut nunc a vero plane aberraui; nemo facile amplius haerendum putabit.

Multo plures eiusmodi dubitationes proferri possunt; et plures mihi annotaui ipse. Sed sunt fere eiusmodi, vt, si superiorem et inferiorem scripturam diligentius consideremus, tollantur et dispareant; itaque, quum diu iam pugnatum sit contra alios, nolui amplius contra memet ipsum pugnare. Vnum ponam speciminis loco. Ait Aristoteles Met. I, 6. p. 1236. F. *οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς ἐ μετεῖχον*, et Met. XIII. 4. p. 1410. B. *διαλεκτικὴ γὰρ ἰσχὺς· ἔπω τότ᾽ ἦν.* Itaque dubium mouere possunt, quae c. II. §. 10. de oppositis dicuntur. Sed vt omittam, illud decretum e veterum distributione philosophiae minus ad Dialecticam, quam ad Physicam, vel primam philosophiam, pertinuisse: istis in locis sermo est de idearum doctrina ex ignoratione Dialectices orta. Exponit hoc Platonis decretum, docet, qua in re a Pythagoreis recesserit, atque ita addit: *τὸ μὲν ἓν τὸ ἓν καὶ τὰς ἀριθμὰς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι, καὶ μὴ ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ, διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν* (quia e notionibus, a priori philosopharentur) *οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς ἐ μετεῖχον.* (ideoque non satis scirent, quo modo in hoc negotio versari deberent.) Ad istos *προτέρους* igitur etiam Plato pertinet; quum autem diceret, etiam Platonem fuisse dialectices expertem, facile apparet, quo sit rigore accipiendum. De dialectices autem inuentore non Aristotele vid. Wolf. ad Pseudo-Orig. Philoss. et quos laudat, Tom. I. pag. 874. F. Opp. Orig. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.*

CAPVT III.

Num fictus videatur libellus quaeritur.

§. 33.

Quae igitur longo certe hoc examine inuenimus, huc redeunt: 1) Multa in hoc libello ſunt non modo in verbis, ſed etiam in ſententiis, quum in ipſis decretis, tum in philoſophandi modo, impreſſa antiquitatis veſtigia, et ea quidem paſſim exquiſita. Atque non modo ea, quae vere inſunt, antiquitatis habent ſimilitudinem, verum illud quoque vel maxime, quod recentioris aetatis veſtigia, verba et decreta, deſiderantur, quae recentior auctor non potuit *niſi data opera* omittere atque cauere. 2) Doctiſſimorum et ſagaciſſimorum virorum argumenta recentioris originis conquirentium nemo adhuc e libello quidquam attulit, ex quo legitima et certa concludendi ratione efficiatur, eum non eſſe antiquum; cui hoc addo, quod arrogantius dictum videbitur, ſed vere dicitur: me ipſum ſeptem annorum ſpatio diligenti examine rem perſecutum, et quidquid in ſtudio hiſtoriae philoſophiae atque in legendis philoſophis veteribus reperiſſem, ad hanc quaeſtionem referentem, nil contra libri antiquitatem reperiſſe, quod referre non pudeat, et ſuccedente ſtudio infirmatum non eſſet.

Quodſi in his antiquitatis veſtigiis, qualicunque teſtimoniorum auctoritate et cohortatione incitatus, eo progrederer, vt librum genuinum et antiquum putem: non vereor, ne magnae temeritatis me eant accuſatum. Neque enim memini reprehendi aliquem, quod ea, in quibus antiquitatis notae teſtimonia comprobantes apparent, recentioris vero aetatis veſtigia deſiderantur, antiqua putarit. Hac tamen venia non vtar; ea tantum ponam et concludam, quae ſummo iure meo poſſum; *primo* quidem: nihil obſtare, quo minus hic liber ab homine, qui ante Platonem, aetate ſupra definita, (§. 15.) viueret, ſcribi *potuerit*. De-

inde librum *aut* vere antiquum et genuinum esse, *aut*, si fuerit fictus, *eo consilio* esse confictum, vt pro genuino et antiquo habeatur, atque non solum callide, sed etiam doctissime, et magna antiquitatis cognitione et imitatione esse confictum. Denique, si nulla appareat caussa, cur fictus habeatur, contra ea argumenta probabilia adsint, cur non fictus putetur, eum, propter testimonia veterum impressasque antiquitatis notas cum testimoniis egregie conspirantes, pro genuino habendum esse, donec contrarium non leuibus suspicionibus et declamationibus commendatum, sed idoneis argumentis probatum fuerit.

Omnis igitur reliqua disputatio bipartita est; cuius pars altera efficiet, nullam apparere rationem idoneam, cur fictus libellus habeatur; altera, adesse rationes *probabiles*, cur non fictum, i. e. genuinum, esse putemus.

§. 34.

Testimoniorum infirmitas.

Testium fidem labefactare studuit, in eoque felicissime versatus est Meinersius; hac in re igitur proxime ad eum accedo. Etenim etsi non habeo, cur istas epistolas suppositas putem: tamen nec habeo, cur eas fidenter genuinas dicam. Quid? quod etiamsi si sint genuinae, huius tamen libri γνησιότητα non efficiunt; docent solum, eiusmodi libellum esse ab Ocello conscriptum. Philo atque Sextus grauissimi testes, quando de rebus rite perspectis et exploratis dicunt, hac in re parum valent. Ille enim aliquam immiscet dubitationem, quae ad libelli ingenuitatem pertinere certe potuit; hic rem ὡς ἐν παρόδῳ attingit, et parum subtiliter. Itaque, si vel non obstaret recens eorum aetas, et librorum supposititiorum copia: tamen iam propter ista dubitarem. Reliquorum testium minor etiam fides, vel potius nulla; vt omnibus istis testimoniis fere

nihil efficiatur, nisi hoc: Philonis aetate hunc librum exstitisse.

Haec vero testium infirmitas facit, *vt, donec ratio idonea appareat, de ingenuitate dubitemus;* minime facit, vt suppostititium dicamus.

§. 35.

De silentio auctorum veterum.

Argumentum contra ingenuitatem e veterum auctorum silentio ductum proposuit Meinersius, idque amplificauit, ingenioseque corroborauit. Idem tamen egregie examinatum et infirmatum est a Tidemanno in Griech. Erst. Philos. p. 199. sqq. Liceat tamen mihi quoque rem agere meo more. Ait Meinersius in bibliotheca philolog. Gött.: „nec Plato, nec Aristoteles, nec Galenus, nec Plutarchus, quorum quisque immensam habebat copiam lectionis, vllo in loco Ocelli mentionem fecere." Quum Philo Ocelli meminerit, Plutarchi atque Galeni silentium frustra allatum videri potest; imo non frustra, docet enim, e silentio, ne doctissimorum quidem hominum, nihil certi concludi posse. Etenim si verum est, nullam in Plutarcho et Galeno factam esse Ocelli mentionem, efficere possemus, quod falsissimum est, ne ista quidem aetate libellum exstitisse, quem a Philone istis antiquiore lectum fuisse scimus.

Itaque omnino de hoc silentii genere *), quoad in crisi vim negandi habeat, breuiter et accurate dicendum. Vt igitur ex auctorum non *allegantium* silentio

*) Est enim in criticis etiam aliud silentii genus, quod, vt ait Vir magnus, apud prudentissimum quemque plurimum valuit. De quo vid. Wolf. Prolegom. in Hom. p. LXXIX. Sed hoc silentii genus pro antiquitate nostri libelli loquitur, quippe in quo nil exstet, quod recentiorem aetatem sapiat.

haud temeraria capiatur coniectura contra libelli alicuius antiquitatem: ante omnia *certo* conſtare debet, *vere nullam ab iis factam eſſe mentionem*, *nec in iis exſtare veſtigia.* Etenim ſi ne hoc quidem certo conſtat, auctorque *videatur* tantum, et *nobis* videatur, mentionem nullam inieciſſe: facile apparet, omnem argumentationem probabilem, a fundamento non niſi probabili profectam, ad commenti ſimilitudinem proxime accedere. Atque omnino in hoc quaeſtionum genere, niſi a re certa et explorata proficiſcamur, fieri non poteſt, quin in commentitiarum rerum fluctibus longe lateque natemus, tandemque ſubmergamur. Illud autem vt certa animi perſuaſione credi atque dici poſſit, profecto non ſufficit, quod in indice alioquin copioſo diligenterque elaborato nil ex auctore afferatur; nec quod ex auctore plane perlecto nec annotauerimus ipſi quidquam huiusmodi, nec memoria teneamus; requiritur potius, vt *omnia*, *quae auctor ſcripſit*, *attente et huic rei intenti perlegerimus*, *nihilque inuenerimus.* Ad hanc normam Platonem et Ariſtotelem, de quibus nunc quaeritur, exigamus. Nimirum facile apparet, ne id quidem effici et intelligi poſſe, quod primum eſt, et ſcitu maxime neceſſarium: Platonem Ariſtotelemque mentionem Ocelli nullam feciſſe. Etenim ſunt ſcripta Platonis deperdita. Quid? vt nihil a Platone dictum de Ocello videatur, ſcriptum, quod Platoni tribuitur, abiudicandum Platoni. — In Ariſtotele non legimus nomen Ocelli! Dabo; nec credo Morhofio, encomia Ocelli exſtare in ipſo Ariſtotele. At multa Ariſtotelis perierunt, atque in his libellus, in quo data opera de Pythagoreis expoſuit, vt bene eſt a Bardili annotatum Epoch. p. 168. Nomen hominis non habeat Ariſtoteles; rem certe habet et decreta, et ea tanquam antiqua. Omne igitur fundamentum, cui argumentationem ſuperſtruamus, eiusmodi eſt, vt cedat, nec aedificium argumentationum ſuſtineat. Quare non opus eſt verborum machinis, vt moles argumentorum exſtructa corruat. Cadit per ſe. Pergam tamen. Nempe, quando conſtat,

nullam esse factam mentionem, deinceps quaerendum est, *num sit, cur allegationem auctoris vel libri in quodam auctore desideremus, auctoremque nominandum fuisse putemus. Occasionem fuisse* nominandi, parum est, vel potius nihili, si nude dicatur. *Licuisse.* Habet difficillimam demonstrationem; nam quis omnia assequetur et remouebit impedimenta secreta et in animo hominis inclusa? Deinde, quamuis demonstrari posset, nihil tamen efficeret. Quis enim *omnino* mirabitur, non esse factum ab aliquo, quod ei licuerit, aut quis omnia, quae constat licere, facienda putabit. *Solitum fuisse auctorem* laudare alios. Est hoc aliquid; nam haud inepte quaeritur, qui facere solet aliquid, cur id aliquando omiserit. Sed habet multas cautiones: primo illud *solere*, quam late pateat, explorandum; quando, vbi, quae, quo denique modo soleat. Quae distinguenda sunt omnia, ne, quod de *vno* verum intelleximus, ad *aliud* temere transferamus. Deinde videndum, ne sit, quod eum a more solito recedere coëgerit, quae rursus sunt infinita, vt ne hoc quidem aliquam argumentationem admittat. Non sufficit, nullum *apparere* impedimentum; docendum est id, quod doceri non potest, nullum *fuisse*. *Debuit* laudare. Duplex hoc est: non potuit non mentionem facere. Sed hoc in nullum scriptorem cadere potuit. Quid enim esset, quod ita cogeret? Deinde contra honestatem atque consilium fuisset, non nominare. Vnicum *hoc debere*, opinor, faceret, vt iure quodam nostro allegationem requiramus, si facile negotium esset demonstrare, auctorem, qui non nominauit alium, intellexisse, se debere laudare; nam quod *nobis videtur* debuisse, vim habet nullam. Sed ponamus, quadam auctoris professione *) constare, allegationem cuiusdam in eius scripto requirendam esse. Tertio considerandum: *num forte noluerit?* At hoc quam sit multiplex, quamque incertum, apparet; no-

*) Velut, quum professus esset, se laudaturum esse *omnes* ex aliquo genere.

luit auctor, allegare, *quod* hominem indignum iudicaret, quem feparatim nominaret; (dici hoc poteft de Ariftotele, dici quoque de Platone, etfi laudat hominem in epiftola. Aliud enim eft, aliquem maioribus dignum iudicare, aliud, infignem atque inter aequales eminentem) atque omnino *quod in more non effet pofitum, ita, hac in re, tales, allegare.* Hoc et ad Platonem et ad Ariftotelem transferri poteft. Plato enim non multus eft in aliis auctoribus nominatim laudandis; id quod profecto non poteft ita infirmari, fi quis eum dicat laudare omnes, et ita dicat, vt minime videatur dubitaffe. Ariftotelem vero quis nefcit, etfi multos laudet, tamen non crebro nominare *fingulos*, fed familias philofophorum, *Pythagoreos*, *phyficos*, *antiquos*, *alios* afferre. Noluit laudare hominem, *quod ipfius laudum effet obtrectator;* vt tegeret atque absconderet fontem, vnde hauferit; hoc tamen nec de Platone, nec de Ariftotele, facile affirmauerim. *Noluit laudare, ne fibi aut aliis faceret inuidiam;* id quod de filentio Platonis haud abfurde dicitur. *Noluit, quia non licuit, quia confilio non accommodatum fuit.* etc. At nulla apparet cauffa, cur noluerit? Quid inde? Nempe noluit, nec apparet, quare. An in iis hominibus, quibuscum viuimus, quibuscum educati fumus, quibus familiariter vtimur, fatebimur interdum, qui tandem agere potuerint aliquid aut negligere, comprehendere nos non poffe: in iis vero hominibus, quos aetas, quos educatio a nobis longo interuallo feiunxit, qui e folis fcriptis nobis innotuerunt, concludemus, facturos eos fuiffe omnia, quae cur noluerint facere, ratio nobis nulla apparet; et fi non fecerint, non potuiffe; fi libellum laudare non potuerint, nondum eum exaratum fuiffe. Scilicet ita rhetorico faltu ad fcopum, quem nobis fiximus, tranfilimus, non quo legitima et συνεχὴς argumentatio ducit, contendimus. — Denique ponamus omnia, de quibus hactenus: voluiffe, debuiffe laudare: reftat, vt quaeramus, num *potuerit*, i. e. num vere is effet, qui poffet, qui non confilio et voluntate, fed qui imbecillitate quadam

non impediretur. Nimirum quo minus antiquus auctor alium poſſet laudare antiquum, aut librum antiqui, multa erant quum in rebus externis, tum in ipſo homine, impedimenta. Nec typographia erat, quae libros multiplicaret, nec bibliopolarum ſolertia, quae diuulgaret, nec ephemerides literariae, quibus certe librorum tituli auctorumque nomina ſpargerentur. Quam facile igitur latere potuit aliquid hominem in conquirendo vel diligentiſſimum. Quodſi hodie, vbi omnibus his adiumentis et copiis ſuppeditamus, a diligentiſſimis doctiſſimisque rei literariae hiſtoricis, partim auctor aliquis, partim liber omittitur auctoris, vt ſupplementis opus iisque locus ſit; ſi in tanto tamque multorum ſtudio ad recentiſſima vſque tempora in bibliothecis latuere auctores, aut auctorum libri: quo iure id olim factum eſſe negabimus? quocirca tertium Clerici aphoriſmum in Arte critica P. III. S. II. c. 3. niſi prorſus falſum, fallacem certe, iudico. Deinde qui omiſit, poterat aliqua negligentia omittere, poterat obrui magna rerum copia; ſed quis omnia haec impedimenta percenſebit? Quod igitur Diogenes Ocellum in Pythagoreis non recenſeret, poterant aliae eſſe cauſſae, ſed haec vel ſola ſufficit, ſi nunquam libros viderat, nec, quae ſint eius decreta, compertum habebat. Platonem vero et Ariſtotelem, quominus Ocellum laudarent, ignoratione impeditos eſſe, probabile non eſt, quum liber notus fuiſſe videatur; ſed quin memoria ſcribentes aliquando defecerit, quin copia rerum et auctorum, quos laudare potuiſſent, alium atque alium ſubduxerit, vt in mentem iis opportuno tempore non veniret, dubium eſſe haud arbitror.

Quum igitur argumentum, ab *hoc* ſilentio ductum, ſi afferatur, vt dubius *reddatur* libellus, tantam doctrinam, tantam diligentiam, tantam in cognoſcendis hominibus experientiam tantumque acumen poſtulet; quum id requirat, vt, quae a libera voluntate arbitrioque hominum, et vero etiam a caſu et fortuna pendent, tanquam certa et neceſſaria ſumamus; prorſus

illud cenfeo ab hoc quaeftionis ftatu remouendum; ita potius dirigendum, vt filentii talis inueftigatione diligenti caueamus, ne quid reperiatur, quod noftram fententiam, quae ingenuitatem libri neget, refutet. Silentium igitur, de quo agimus, facit, vt *defit ratio grauis*, cur libellus genuinus putetur; non *affert* rationem, cur fuppofitus habeatur; neque enim, quod nullum eft argumentum, quo genuinus effe demonftretur, propterea putandus fpurius; fed affenfus ab vtraque enunciatione contraria aeque reuocandus et cohibendus eft. — At fi deeft ratio pro ingenuitate, dubitandum de ea; igitur propter filentium de ingenuitate dubitandum. Recte. Sed ambiguitate quadam alios fallimus et nosmet ipfos. Nempe dubitat de ingenuitate, qui non habet, cur genuinum putet; dubitat etiam is, cui, etiamfi argumenta adfunt, tamen nondum eft exploratum, effe fpurium. Ifta igitur dubitatio, qua neutrum liquet, excitari poteft filentio; haec, qua in contrarium inclinat et nutat animus, nec poteft nec debet.

Pluribus haec fum perfecutus, vt temerarium quendam fenfum, lectione et crebra cogitatione talium obiectionum ortum, atque vfu, fed non ratione confirmatum, ex animo meo deleam et exftirpem. Adieci autem, vt alios fortaffe ab eodem errore liberem. Etenim fenfus, qui veri et rationis inuentionem poteft adiuuare, minime debet quidquam contra rationem efficere. His autem ante conftitutis non amplius eft, cur Meinerfii argumenta a filentio ducta falfisque opinionibus, quas fupra refutaui, commendata recenfeam. Etenim, fi magnus vir in rebus paruis errauit, etiam fi valde errarit, erroremque confidentius elocutus fit: tamen committendum non arbitror, vt eum exponamus, ei infultemus et refutando gaudeamus.

Quum igitur teftimonia recentiorum infirma, antiquiorum filentia incerta fint, quoad in differtatione de ingenuitate progreffi fumus, cur aut genuinum dica-

mus aut spurium, nondum habemus. Sed animus ad vtrumque paratus nondum debet ad alterutram partem inclinare.

§. 36.

Aristotelis dignitas non obstat, quo minus libellus sit genuinus.

Aliter res se habet in iis, de quibus nunc dicendum est, quae non leue momentum ad contrariam sententiam videntur habere. Non dico de recentioris aetatis vestigiis; ea enim adhuc desidero; sed de Aristotelis existimatione. Satis quidem demonstratum videtur, Aristotelem propter decretum de mundo aeterno non esse in plagiariis numerandum, sed habentur in Aristotele loca nonnulla Ocelli locis quibusdam ad verbum respondentia; vt, qui e centonibus Aristotelicis librum hunc consutum dicit, profecto probabilia afferat; et mihi quoque in singula ista loca intuenti plenoque dubitationis saepe expressa et extorta est sententia: certissime genuinus non est, sed ex Aristotelicis scriptis infelici opera consarcinatus. Huius tamen daemonii dictaminibus diffidere primum me docuit antiquiorum auctoritas, quos ista conuenientia minime fugerat. Syrianus Aristotelis interpres monuit, Aristotelem, quae de generatione et corruptione disputaret, ex his Ocelli commentariis tantum non transscripsisse, sed, quin liber Ocelli genuinus sit, non dubitauit. Philo propter decretum de mundo aeterno, re parum cognita dubitauit, quae dubitatio fortasse ad libri ingenuitatem pertinuit; locorum similitudinem non attigit. Vizzanius, maximus Aristotelis admirator, attulit omnia ista loca, sed tam longe abfuit ab omni dubitatione, vt potius Ocellum, quem Aristoteles secutus sit, laudibus mactandum putaret. Multi fuerunt, qui, propter decretum de mundi aeternitate atque discrepantiam a Pythagoricis decretis, dubitarent; hanc locorum conuenientiam ante Meinersium, quantum scio, nemo accusauit. Quodsi Syria-

nus, antiquior homo, re obferuata non dubitauit; fi nec Vizzanius dubitauit, is, cui libellus a doctorum dubitationibus antea erat vindicandus: profecto haud adeo prona videtur doctorum mens ad hanc fufpicionem et argumentationem. Itaque cura tanto maior eft adhibenda, ne, quod oftendit nobis aliquis, qui et ipfe vidit, quia voluit videre, certe non noluit, id ipfum nos quoque confpicere nobis videamur. Quid igitur eft, quod dubitare nos faciat? Verum eft, convenientiam inter Ocellum et Ariftotelem fortuitam haberi non poffe. Vid. II. §. 6. n. 5. §. 7. n. 9. Quodfi igitur Ariftoteles et loca et decreta ifta, vt erant, defcripfiffe videatur, vt iis nec fua inuenta, nec iudicium fuum, nec fuum tractandi modum adiiceret: maxime dubitarem; illud enim ab Ariftotelis ingenio exfpectari nullo modo poffet; dubitarem autem non de Ocello, cui antiquitatis funt impreffa veftigia, fed, quum methodus non effet Ariftotelica, libros de generatione et corruptione aut fpurios aut interpolatos putarem. Iam vero quum diligens comparatio nos doceat, Ariftotelem, qui, quum rem aliud agens attingeret, non minus indefinite diceret, quam Ocellus, (vid. II, 13. n. 3.) in fede tamen dogmatis multo diftinctius fubtiliusque dixiffe; (II, 7. n. 2. §. 4. n. 8.) ad *generalia* decreta reuocaffe, quae Ocellus *fingula* propofuit; (II, 20. n. 4.) noua decreta iis, quae in Ocello habentur, adieciffe, atque problemata ex Ocelli decretis prodeuntia, quorum in Ocello veftigia nulla funt, et propofuiffe et foluiffe; (II, 4. n. 8. fin.) principia argumentationum, quibus tacite vfus eft Ocellus, diferte expliciteque indicauiffe; (II, 4. n. 8.) attuliffe (non dico *adieciffe* aut *fuppleuiffe*, ne ponam id, quod probandum eft et probare volo) attuliffe igitur mutationis primorum corporum genus, quod in Ocello defideratur; (II, 13. n. 2.) aliam mutationem, quae fieri non poffit, ab Ocello praetermiffam, diferte reieciffe *); (II, 20. n. 1.) fufpicionem mouiffe, non li-

*) Habemus quidem mutationis genus in Ocello, quod Ariftoteles praetermifit. (cf. II. 18. et 19.) Sed, fi

bere se esse philosophatum, sed aliorum decreta et ordinem, adiectis suis explicationibus et limitationibus et reprehensionibus, esse secutum; (II, 6. n. 4. §. 10. n. 5.) docuisse, cur tot ac tales sint primorum corporum qualitates, quod, quum *ab aliis* praetermissum esse dicat, in hoc Ocelli opusculo praetermissum est, vt non modo haec reprehensio in Ocellum cadat, verum etiam aliud, quod de *veteribus* Aristoteles iudicavit; (vid. II, 5. n. 2.) probabile non esse, si quis descripsisset Aristotelem, tali potissimum modo ac talia descripsisse; (II, 6. n. 4. fin.) probabilius esse, aliqua ab Ocello ad Aristotelem, quam ab Aristotele ad Pseudo-Ocellum transiisse; (II, 6. n. 5.) haec igitur omnia quum diligens comparatio doceat, atque sint eiusmodi, vt oculis et menti cuiusque pateant, vt non coniecturis e praeterito tempore colligi, sed e praesentibus rebus intelligi in iisque obseruari possint: vereor profecto, nisi fidenter dicam, ea omnia docere, Ocelli librum ante Aristotelem esse conscriptum, ne Scepticos dubitando vincere voluisse videar. Sed vincam Scepticos, qui de rebus sensu perceptis non dubitabant; nec aegre feram, si quis iudicaturus sit, facilius me aliis, quam mihimet ipsi, mea persuasisse. Dubitabo amplius. Etenim, tametsi credibile non est, exstitisse hominem tam acutum, tamque improbum, qui tantam diligentiam tantamque eruditionem non dubitarit in fingendo paruo libello consumere: tamen apodictice effici non potest, eiusmodi hominem non exstitisse. Quocirca nunc hoc vnum mihi dari velim, quod in explicatiori, copiosiori, subtiliori Aristotelis expositione legantur loca nonnulla ad verbum fere conuenientia

nemo interpretum hoc obseruauit; si a me ipso, putidam diligentiam adhibente, ex istis vocabulorum translocationibus diuersisque casibus, non potuit nisi magna cum molestia erui; cur credamus, Aristotelem id inuenire debuisse, qui, etsi incredibili acumine gauderet: tamen non habebat, cur tantam diligentiam adhiberet. Atque omnino ad inueniendum illud non tam acumine opus est, quam diligentia, et ea quidem in comparando.

cum locis Ocelli, in eo nondum esse rationem *idoneam*, cur noster libellus e centonibus Aristotelicis consarcinatus dicatur. Namque Aristoteles, qui Ocelli rationem hac in re probaret, simplicius et breuius dicere non potuit; ornatius vero et copiosius videtur noluisse. Atque ita simul dictum de impudenti Aristotelis furto, vel adeo latrocinio, cuius Aristotelem non dicam absoluendum, sed ne accusandum quidem censeo. Nam, aut omnes omnino philosophi furti sunt condemnandi, aut propter hoc, quod ex Ocello habet, non accusandus Aristoteles. Etenim ea lege, quicunque aliquem locum ad veterum auctorum aut omnino aliorum similitudinem effinxissent; aut sententiam quandam aut locum sine notula adiecta ex aliquo mutuati essent: fures essent appellandi atque latrones; quam quidem seueritatem fas esse negabunt non modo in antiquis scriptoribus, sed ne in recentioribus quidem adhiberi.

§. 37.

Probabile est, librum esse genuinum.

Quamquam igitur hactenus certam rationem, cur libellum genuinum putemus, nondum viderimus: hoc tamen satis mihi effectum videtur, nec vllam esse allatam, quae cogat, vt suppositititius habeatur. Quocirca nunc aream puto purgatam, vt sine impedimento grauiori possim exaedificare. Sed aedificium haud adeo firmum promitto; materia quidem firma, sed id, quo iungitur, eiusmodi est, vt ei fidere minime possimus. Tantum tamen firmitatis habebit, quantum ab internis argumentis omnino potest exspectari. Nempe ita concludi posse arbitror: qui liber antiquitatis notas, non modo in medio positas, sed etiam exquisitas, gerit; qui cum testimoniis veterum optime consentit, atque ita, vt *certa* dubitandi caussa non appareat, eum librum, tametsi haud adeo certis et antiquis testimoniis adiuuetur, tamen *vel propter testimoniorum et indolis*

dolis consensionem antiquum et genuinum habendum esse, donec contrarium effici possit. Vt allegaretur aliquis veteris auctoris liber, casu saepe factum, et omissum est. Quodsi nullum librum putare genuinum velimus, nisi eum, pro quo aut *aequalium*, aut paruo temporis interuallo seiunctorum hominum scripta testari possimus: verendum profecto est, ne nimia nostra seueritate et morositate tantum non omnia antiquitatis monumenta suspecta reddamus. Quamquam igitur testimoniis solis et per se spectatis parum tribuendum est; quamuis antiquitatis similitudo per se sola nil efficiat, quam genuinum esse *posse*: tamen *coniunctio* testimoniorum et antiquitatis indiciorum, eorumque *consensio* vel sola, eam vim habere debet, vt librum Ocelli genuinum putemus, donec contrarium rite probatum fuerit. Animi persuasio igitur non est adhuc libera, sed in alterutra sententia iam tenetur. Non amplius aequabili libramento suspensus est, sed in alteram partem, quae ad ingenuitatem nutat, momentum quoddam haud contemnendum incidit. Sed plura sunt, quae animum eandem in partem trahant.

§. 38.

Probabile non est, librum esse fictum.

Ex iis, quae c. II. disputaui, satis apparere putaverim, fictionis suspicionem, cuius passim mentionem feci, non argumentis esse excitatam in nobis, sed sponte natam; itaque, nisi argumentis idoneis adiuvetur et confirmetur, animi nostri persuasionem impedire non debet. Sed non modo nihil est, quod eam adiuuet, sed sunt etiam, quae eam infirment et tollant. Semper equidem miratus sum, qui tandem homo, quum animum ad fingendum applicasset, tali modo librum fingere potuerit. Magna enim cura magnoque studio antiquitatis imaginem feliciter ex-

preffit; incredibili diligentia et folertia cauit, ne quid appareat, quod fraudis eum conuincere poffit; recentius dicendi genus et melius diffimulauit; verba noua, etfi non offerrent fe, fed obtruderent, euitavit; notiones diftinctas et a philofophis feparatas, rurfus confudit, et pro luce recentiorum antiquiorum tenebras mifcuit et induxit. Haec omnia tantam eruditionem paratiffimam, tantamque attentionem et fubtilitatem poftulant, vt per fe parum credibile fit, quemquam iftius aetatis, qua fictus liber effe deberet, multum potuiffe proficere. Sed idem hic tam diligens antiquitatis imitator, tamque cautus homo et fubtilis, vnum hoc non potuit aut noluit cauere, ne loca ex Ariftotele ad verbum defcriberet, idque impetu tam temerario et negligentia tam coeca, vt non tamquam ludibundus puer, quidquid congefferat, et exftruxerat, diffiparet atque euerteret; fed vt eodem tempore, quo recentiora vocabula euitaret, temeraria defcribendi negligentia omne fuum confilium effunderet. Haec igitur reputanti mihi et admiranti vna res videbatur fcrupulum poffe eximere, fi in fraudem Ariftotelis ab aduerfario quodam confictus liber putetur, vt haberet, quo calumniari poffet Ariftotelem. Sed vt taceam, ita demum hanc fufpicionem admitti poffe, fi conftet librum effe fictum; vt illud praeteream, fieri vix potuiffe, vt tanta folertia confilium tam cupidum tegeretur: omnis haec fufpicio commentitia apparet, fimulac reputamus, nihil omnino in hoc libro reperiri eorum, quae Ariftoteles fibi vindicarit; eum potius locum, qui furti apertiffimi fedes effe deberet, ita effe compofitum, vt ea, quae Ariftoteles ab aliis haufta non diffimulat, allata, ea vero, quae fibi tribuit, omiffa fint; vt appareat, ex quo hauferit, non quem compilarit. Denique nulla cauffa apparet, cur omnino fictus fit libellus. Diligenter et erudite perfecutus eft hunc locum Clariff. Bardili, in Epochen T. I. pag. 174. ex quo vnum hoc moneo, quod a Meinerfio allatum eft, vt libellus fuppofititius habeatur. Nam aut non infunt,

aut non aperte infunt decreta Pythagorica eminentiora. Nec de numeris difputauit, nec de fymbolis, nec de metempfychofi. Nimirum hic defectus tantum abeft, vt libellum mihi fufpectum reddat, vt in eo haud ambiguum videam γνησιότητος argumentum. Nam quum Ocellus ea aetate, qua libellus fictus effe deberet, pro Pythagoreo homine haberetur; quum Philo in Pythagoreis eum haud obfcure nominaret; quid tandem fraudulentum hominem impedire potuit, quo minus foetum fuum iftis dogmatibus exornaret, difciplinaeque Pythagoricae diligentius aptaret, atque ita lectoribus fuis magis commendaret? Num ignorabat homo, Pythagoreos de numeris difputaffe? minime; nam qui Pythagorae nomen audierat, is fere non poterat hoc nefcire; multo minus is poterat, qui legerat Ariftotelem. Defiderantur igitur in hoc libro, quae ab auctore eiusmodi male fedulo in primis debent exfpectari; contra ea infunt, quae ab eo non facile poterant exfpectari, decreta Eleatica, et Eleatica methodus.

§. 39.

Conclufio.

Non quaero amplius, cur Ocello ignobili fcriptori et parum noto libellum fubiecerit, nec illuftri quodam nomine figmentum ornarit? Etenim, qui liber vetuftatis imaginem refert; quem probati auctores, et tantum non perantiqui pro antiquo habuiffe videntur; cuius teftimonia et inter fe, et cum indole ipfius confentiunt; qui ita eft fcriptus, vt homo Lucanus, et is quidem antiquus, ita eum fcripturus fuiffe videatur; (conf. praeter alia c. IV. §. 10. n. 2. §. 12. n. 2.) qui, fi fictus eft, callidiffime pariter ac ftupidiffime eft fictus, et incredibili quadam ratione confilioque haud affequendo; quem diligens compara-

tio arguit Aristotelicis studiis et scriptis esse antiquiorem: eum librum, si antiquum putem et genuinum, eiusque rei argumenta idonea dedisse mihi videar: non dubito, quin ad meam sententiam haud pauci sint accessuri; nec vereor, ne id arrogantius dictum videatur. Sed quum hac ipsa in re saepius sim expertus, quam facile hoc in genere labi, atque incognita pro cognitis habere possimus: tantum mihi non tribuo; sed num, re ita comparata, vere sit *probabilius*, genuinum esse, quam fictum, a peritorum arbitrorum sententia haud cupida mente tranquilla exspectabo.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 7. a. l. 5. *hiad.* l. *hiat.*
— 8. a. l. 8. *legentum.* l. *legendum.*
p. 20. l. 6. καὶ ἡ ὕλη δὲ πρ. ἀνδρ.) Poſt ἀνδριαντοποιητικὴν addendum videtur: καὶ κηροπλαστικήν. Nempe varia lectio, voculis ἄλλως δὲ etc. notata, pertinet ad vocem λευκὸν ſolam; pro λευκὸν legendum eſſe: ὕλη. Rectiora hic me docuit Clariſſ. Bardili in *Fülleb. Beytraegen zur Geſch. der Philoſ.* P. X. p. 47. Sed locum Platonis in Timaeo (p. 1060 der Figl. Ausgb. ſic legitur) vbi κηροπλαστικὴ in ſimili eiusdem rei tractatione adhibeatur, dialogum denuo perlegendo, in Bipontina editione reperire non potui. — Coniecturam in nota pag. 21. et pag. 163 ſq. propoſitam: ἀνδριάντα ποιητὴν, nihili eſſe video. Deberet eſſe πεποιημένην, ſi quid nunc ſentio. Sed his non opus. — Ad defendendam lectionem vulgarem: λευκὸν δὲ faceret Battaeſii explicatio pag. 103. ſq. Ocellus veut donner un exemple tiré de l'art. Il auroit pu dire que la malière eſt aux formes, comme le marbre blauc eſt à la ſtatue, comme la cire blanche eſt à la figure de cire: il a préféré de dire, *comme ce qui eſt blanc, à la ſtatue de marbre ou à la figure de cire*, pour mieux marquer l'indifférence du ſujet à la forme qu'il reçoit.
p. 27. a. l. 7. *e codd.* l. *e cod.*
p. 28. b. l. 4. *Batteux.* add. in editione priore.
— — l. 6. *D'Argenſ.* add. et vidit Batt. in edit. 2.
p. 30. a. l. 13. *Battaeſ.* add. in edit. 1. nam in ſecunda γὰρ legitur.
— — b. l. 9. *Louan.* add. et Batt. ed. 2. (quod ſequitur, de editione 1. intelligendum.)
— — — l. 2. a fine: *Battaeſ.* add. in edit. 1. ſola.
p. 32. b. l. 5. a fine: *vere.* l. *vero.*
p. 36. b. - 4. a fine: add. Sed in edit. ſec. legit γίνονται.
p. 37. a. - 4. *Batt.* add. edit. 1. nam in altera legit ὅτε.
p. 39. a - 3. ἀλλήλων. add. Sic etiam Batt. edit. 2. Fortaſſe legendum ἐκ τῶν ἄλλων, aut - ἐξ ἄλλων.
ad p. 40. l. 6. τὴν αὐτὴν) αὐτὴν, etſi omnes habent, tamen vitioſum et delendum mihi videtur. Eſt enim aut contra ſenſum, aut contra graecitatem.
p. 40. b. - 8. *non male*, add. certe legendum eſſet ταύτην τὴν γένεσιν.
p. 43. b. - 3. a fin. *Siebenk.* add. et ſic Batt. ed. 2.
p. 44. a. - 9. *Battaeſ.* add. in edit. priore, quod in ed. altera non debuiſſet (haud dubie e Galeo) mutare in περιχρήμ.

p. 45. a. lin. 6. ἐκ τοιούτον] leg. ἐκ τοιούτων].
— — b. - 17. *Siebenkeesii*, add. et Batt. ed. 2.
p. 47. a. l. 12. *non tanta*. l. *non tanti*.
p. 48. l. 10 in text. τὸ μὴ καθ. lege τὸ [μὴ] καθ.
— — a. l. 16. *Barth*. add. quos in edit. 2. secutus est Battaesius.
— b. - 7. *Siebenk*. add. et Batt. edit. 2.
— — — 8. τῇ ταρ. l. τῃ ταρ.
— — — 20. (αἱ) τῶν. add. in edit. 1. nam in secunda hic quidem parentheseos signa deleuit.
p. 51. l. 8. a fine. *et ab Arch. Pl. missum*. deleantur; nam res incerta est. Conf. diff. crit. p. 351. sq.
— — l. 4. a fine. *illustrauit*. add. eamque repetiit Gale in opusc. Mythol. etc. pag. 537. theotisce dedit Bardili in Fülleborn Beytr. Part. X. pag. 34 sq.
p. 52. l. 13. ἁρμονία] Conf. similem Platonis locum in Gorgia T. IV. pag. 132. Φασὶ δ᾽οἱ σοφοὶ — οὐκ ἀκοσμίαν οὐδὲ ἀκολασίαν.
p. 62. l. 3. *habere*. add. eamque multis rationibus commendauit Bardili in Fülleb. Beytr. P. X. p. 56. Battaesius autem pag. 81. ita disputauit: Ocellus a intitulé son ouvrage, *De la nature du Tout*. C'étoit le sujet, qui de son temps occupoit tous les esprits. Les Poëtes chantoient des Théogonies et des Cosmogonies; les Philosophes faisoient des Traités sur la naissance du monde et sur ses élémens de composition; et c'étoit les seuls genres dans lesquels on écrivoit. [Plato certe Timaeo. pag. 304. πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως.]

Le titre d'Ocellus est le même pour le sens que celui d'un ouvrage de Démocrite, qui commençoit par ces mots, *je parle de l'Vnivers* (*Haec loquor de Vniuersis*. Cic. Lucul. 23) le même que celui de Timée *de l'Ame du Monde*; parce que cette ame étoit le principe de ce que les Grecs appelloient *Nature*; le même que celui d'Aristote *du Monde*; parce que selon ce Philosophe, c'est la Nature, qui a fait l'arrangement du monde: le même que celui de ses livres *Du Ciel*; parce que le ciel est la sphère qui contient le Monde, et que le Monde et le Ciel étoient synonymes (*De Coelo* 1, 9. et Plin. II, 1.) le même enfin que celui de Lucrece *De Natura rerum*; c'est à dire, des causes, par lesquelles sont nées et naissent toutes choses, selon leurs espèces.

p. 68. l. 2 a fine: §. 15. add. Bardili P. X. pag. 38. explicat *Muthmasfung*, ne de Platone quidem vere. Battaeſ. pag. 14. not. recte: δόξα ſignifie quelquefois *opinion*, et quelquefois *perſuaſion, conuiction.* On connoît les Maximes d'Epicure, appellées, κυρίαι δόξαι. Ocellus croit l'éternité du monde démontrée par ces raiſonnemens, et cependant il dit, δοκεῖ μοι.

p. 71. l. 4. *quas ſi.* leg. *quod ſi.*

— — l. 15. *perſuaſione.* add. Bardili in Füllеb. Beytr. P. X. p. 38. explicat *Schluſs*, ac de analogicis concluſionibus cogitat; ſine idonea ratione ſignificationem reſtringens.

p. 72. l. 9. *νοήσεως)* Conf. Bardili l. l. pag. 37. quem tamen partim non intelligo, partim probare non poſſum.

p. 73. l. 10. *priori.* add. Battaeſ. pag. 83. *Inſtruit par les ſignes évidens*] C'eſt-à-dire, par ce qui paroît évidemment aux ſens. — Il y a d'autres connoiſſances qu'Ocellus n'a dues qu'au raiſonnement, conjecturant le vrai ou le vraiſemblable, par la liaiſon et le rapport des idées: de ce nombre eſt l'aſſertion de l'éternité du Monde.

p. 75. l. 4. *deſiderari.* add. Idem obſeruat Batteux p. 83. ſq. *de dis d'abord que l'Vnivers eſt indeſtructible et improduit*] Je faut ici diſtinguer ſoigneuſement entre *l'Vnivers* et *le Monde.* L'Vnivers, τὸ Πᾶν, eſt la totalité de l'être, la ſomme de tout ce qui exiſte: le cahos même, en ce ſens, étoit l'Vnivers. Le monde eſt la totalité des êtres arrangés comme nous le voyons. — Ocellus confond le Monde avec l'Vnivers.

p. 76. l. 16. *aiicienda.* leg. *adiicienda;* et ſtatim: L. I. c. 11. t. 111.

p. 77. l. 29. *veſtigium.* add. Aliter in Fülleb. Beyt. P. X. p. 38. haud ſcio, an non rectius. Obſcurius certe, quam Ocellus, qui cum rudibus hominibus dicit: *olim* interiiſſet, ſi quidem omnino interitum eſſet habiturum. Idque volui in nota.

p. 78. l. 3. ſq. *conludendi.* leg. *concludendi.*

— — l. 26 *Battaeſ. enim.* add. in editione priore; nam in altera obſeruationem mutauit, p. 16. οὐκ ἂν ἔτι ἦν. Il y a trois manières de rendre ces mots: La première, *il ne ſeroit déjà plus:* ce ſens s'explique par le no. 3. 4. et 5 [mihi 2. 3. et 4] Tout ce qui a commencé finit; donc ſi l'Univers avoit commencé, depuis tant de ſiecles, il ne ſeroit déja plus. La ſeconde eſt

de rendre ἔτι, par *adhuc etiamnum, il ne ſeroit pas encore:* de rien il ne peut ſe faire rien; donc ſi le Tout avoit commencé, il ne ſeroit pas encore. La troiſième ſeroit en écrivant τι au lieu d'ἔτι; *rien ne ſeroit.* Rien ſeroit oppoſé à Tout: ce qui reviendroit à peu près a la ſeconde manière.

p. 81. l. 6. F, - leg. F.]

— — l. 29. τοῦ παντός. add. Bardili πρῶτον pro πρότερον accepit, vertitque: *denn das, woraus es entſtanden wäre, würde ſchon früher als alles andere da geweſen ſeyn.* Senſu haud adeo diverſo. Manet etiam ita Tidemanni reprehenſio vera, niſi ſuppleas in textu, quae mihi videbantur ſupplenda.

p. 87. l. 3. Battaeſius in altera editione haec mutauit ita: Tout — a neceſſairement deux — le mouvement de celle-ci ſ'appelle *génération*, et ſon terme *perfection:* la ſeconde, du plus au moins, dû mieux au pis; ſon mouvement ſe nomme *corruption*, et ſon terme *deſtruction.*

p. 89. l. 21. *ab cred.* l. ad cred.

p. 91. l. 10. *comparamus.* add. Sic Plato Phaedon. p. 222. Bip. τάχους τε πέρι πρὸς ἄλληλα.

p. 92. l. 21. Batteux in edit. ſec. Car — ſa vigeur même a ſa — porte auſſi, par ſon affoibliſſement même, a ſa propre deſtruction.

p. 97. l. vlt. l. dans lui même. Paulo aliter legitur in editione altera, et omiſſis voculis in fine: αὐτὸ ἑαυτοῦ usque ad finem.

p. 98. l. 26. *Sphalma)* legendum eſſet ſphalma; ſed vitioſam lectionem habet etiam Francofurtenſis editio pag. 939. B. vt pro errato operarum haberi nequeat.

p. 100. l. 14. *αἱ σοφοί.* leg. *οἱ σοφοί.* Ibidem not. s) addendum eſſe Bentleium in diſſ. de Phalaridis epiſt. pag. 347. Lipſ. ed. poſtea vidi; ſed non compilaui.

p. 106. obſ. 2. lin. 5. *increbruiſſe.* l. increbuiſſe; vt ſupra pag. 59. et ſaepius ſcriptum eſt.

p. 110. n. 7. l. Battaeſ. in edit. 2. haec ita mutauit: Le Soleil — fixes, ſelon leurs fonctions particulières, ſont ſubordonnés à l'harmonie generale. Mais etc.

p. 114. l. 12. *vtrum reſpici.* leg. vtrum horum reſpici.

p. 115. l. 1. *axiomes.* in edit. 2. principes.

p. 116. n. 2. add. Idem Vir doctus, quum in Fülleb. Beytr. P. X. p. 41 vulgaris lectionis defenſionem ſuſciperet, nec hiſtoriam textus tenuit, nec diſſertationis nexum reſpexit. Sen-

tentia enim tanquam abſurda ab Ocello ipſo proponitur, et reiicitur. Idem dixit Ocellus, quod Philo pag. 117 allatus τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι. Das ὂν kann weder auf einmal verſchwinden und aufhören, noch ſich nach und nach in Nichts auflöſen.

p. 117. ad §. 10. addatur Battaeſii obſeruatio pag. 91. ſq. *Donc le Tout est indeſtructible.*] Ici le ſophisme, qui trompe Ocellus, ſemble avoir un dégré de fauſſeté de plus. On peu y trouver une de ces ſubtilités de l'Ecole d'Elée, dont Ariſtote et Platon nous ont laiſſé des exemples; celui-ci, dans ſon *Parmenide*; l'autre, dans ſon livre *de Xenophane, de Zenon, et de Gorgias*, où on voit entre autres ce raiſonnement: Si une partie du Tout eſt détruite, tout n'est pas conſervé. Or quand Tout n'eſt pas conſervé, tout eſt détruit: donc quand une partie du Tout eſt détruite, tout eſt détruit: donc aucune partie du Tout ne peut être détruite.

pag. 117. §. 11. poſt primam obſ. add. ἔξωθεν — οὐδὲν] Conf. Plato in Tim. pag. 309. Bip. qui hac vna in re diſcrepat ab Ocello, quod deum inducit ea *fabricantem*, quae Ocellus ſine deo h. l. *eſſe* affirmat.

p. 119. obſ. 2. Batteux in edit. 2. ita: Qu'on — on la verra étendre cette indeſtructibilité depuis les premiers corps et les plus nobles, en deſcendant peu à peu jusqu' aux êtres mortels ſujets aux variations de formes et d'états. Clariſſ. Bardili hoc in loco non debuiſſet vulgatam lectionem defendere, in Fülleborn. Beytr. P. X. pag. 42 ſqq. Senſus autem et nexus, quem olim non recte cepi, hic eſt: Si omnem rerum naturam animo et cogitatione perluſtramus, eam videmus ſenſim deficere, et magis caducam euadere. Τὰ πρῶτα κινούμενα, i. e. corpora coeleſtia, plane permanent, eadem numero in perpetuum conficiunt curſum ſuum, vt noua corpora haud ſubſtituantur. Sed *inde ab his* natura τὸ συνεχὲς, permanſionem ſempiternam, detrahit rebus. (h. e. ἀπὸ τῶν πρ. κ. τιμ. ἀφαιρεῖ. De hac ſignificatione τοῦ ἀπὸ vid. Viger. pag. 580. XV. et p. 582.) Nam τὰ δεύτερα, elementa nimirum, ex ſe inuicem oriuntur et pereunt; non tantum locum mutant, vt iſta, ſed ipſa quoque generantur et deſtruuntur; idque perſequitur §. 13. vsque ad voc. μεταβάλλειν. Tum plantas affert, quae producto ſemine pereant. Denique §. 14. homines et reliqua animantia, in quibus etiam

minus ſit *συνεχείας*. Niſi forte homines et reliqua animantia propterea vltimo loco poſuit, quod in his generis *συνέχεια* non tam naturae legibus neceſſariis, quam voluntate et liberiori procreationis appetitu, contineatur. Obſeruatio huius deſcenſus nec ſubtilis eſt, nec vera. Sed auctorem, vt arbitror, decepit, quod ignis, qui exſtinctus eſt ab igne nouo, quod ſemen, *e quo* planta progerminauit, a ſemine, *quod* planta produxit, ſenſu diſcerni non poſſunt; ſed homo ab homine, pater a filio, facile diſcernitur; vt in *illis* praecedentia et conſequentia facile pro iisdem haberi poſſint, et reditus ad *idem* videatur adeſſe, in *his* vero haberi pro *iisdem* non poſſint. Notandum eſt etiam, ordinem harum ſectionum ordinem eſſe totius libelli. §. 12 reſpondet c. 1. §. 13. capiti ſecundo, et §. 14. capiti tertio et quarto, vt c. II-IV vberiorem illuſtrationem harum ſectionum continere videantur. In his mutationibus omnibus, docet auctor, partim *adeſſe* aeternitatem, partim (in hominum genere) aeternitatem adeſſe *debere*. c. IV. Quidquid in commentario habetur, quod cum hac explicatione non congruit, id deleri velim. Batteux p. 92. Il y a deux ſortes d'êtres; les uns céleſtes, les autres ſublunaires. Les premiers ont un mouvement local éternel; les ſublunaires ont un mouvement d'eſſence qui eſt auſſi éternel. L'être eſt ſans fin dans les unes et dans les autres. Il eſt vrai que dans les uns l'individu eſt éternel; mais dans les autres, l'eſpèce au moins l'est: c'est toujours la même ſubſtance qui court, et qui ſe remontre ſous les différentes formes.

p. 125. l. 26. *εἰν.* l. *εἰς.*

p. 128. l. 3. *itaque* — *ſperantes.*) delendum.

p. 132. Bardili *ἀντιπερίςασιν* explicat 1) etymologice: reſiſtentia circum circa, der Widerſtand ringsum angränzender Theile; 2) ex vſu philoſophorum: die ſich immer weiter fortpflanzende Bewegung, welche aus dem Widerſtande angränzender Theile in Luft und Waſſer entſteht. Alia magis etiam mira addit, quae nolim dicta a viro, quem magni facio.

p. 135. l. vlt. *et quum.* leg. *est: quum* etc.

p. 145. l. 2. *hic enim — inter γένεσιν*) leg. hic enim non vult docere, *vbi*, i. e. quo in loco, quidque ho-

rum reperiatur; poftea id agit; fed vult tantummodo diftinguere inter γένεσιν etc.

p. 149. ad lin. 23. In altera editione Batt. haec mutauit. Vertit nempe: *Les divifions mêmes du ciel féparent la partie impaffible du monde, de celle qui change fans ceffe. La ligne de partage entre etc.* Adjecta hac obferuatione: Nous avions traduit cidevant μοῖραι par *les deftins;* au lieu de traduire, felon l'étymologie, les pantages mêmes, mais ces deux fens rentrent évidemment l'un dans l'autre. Le deftin eft, dans les differtations theologiques — et inconnue du partage et de la diftribution des êtres. Bardili vero haud fcio, quid fecutus (Meinerfii enim mens eft prorfus alia) *αἱ δὲ μοῖραι*, die Grade der mathematifchen Linien, die man fich am Himmel denkt.

p. 149. l. 2. a fin. annot. *impoffible.* l. *impaffible.*

p. 158. n. 7. l. 3. *μορφάν.* add. vocabulum πανδεχὲς ipfum hac de re habet Plato Tim. p. 346.

— — n. 8. l. 6. *à tout.* add. Sed in altera editione: c'est une pâte, qui reçoit toutes fortes de formes.

p. 159. n. 8. fin. add. Clariff. Bardili l. l. p. 46. indicauit Pollucis locum (On. IX. C. 8. S. 130. n. 39. in quo ea, quae hic ex auctorum vfu erui, lexicographi auctoritate confirmantur.

p. 163. l. 8. *in Timaeo.* add. [pag. 385. T. IX.]

p. 176. n. 4. lin. 3. *Homerum.* l. [Homerum etc.

p. 178. lin. 21. *Quocirca non licet.* l. Quocirca ex fingulis hisce ejus verfibus non licet etc.

p. 180. n. 6. fin. add. Batteux pag. 104. f. ita: ἐν τόπῳ a été traduit littéralement, *dans le lieu.* C'est apparemment le lieu qui convient aux êtres revêtus de leurs formes, au feu, à l'air, à l'eau, à la terre, relativement à leurs qualités à leur chaleur ou à leur froideur, à leur pefanteur ou à leur légèreté. Ces fubftances étant corps proprement dits, pouvoient être dans le lieu; les qualités n'étant que des formes, des modes, des manières d'être, n'etoient que dans le fujet, non dans le lieu. Les corps, ou plutôt les effences, fe changeoient les unes aux autres, paffoient d'une fphère dans une autre: mais pour y paffer, il falloit qu'elles euffent perdu leur qualité fpécifique, et qu'elles en euffent pris une autre.

p. 185. n. 8. lin. 9. *corps.* add. Sed in edit. 2. elles ne font que des formes incorporelles.

p. 190. l. 14. ſq. *intelligendum ſit.* l. *intelligenda ſint.*
p. 201. n. 9. l. 11. *h. de re.* l. *hac de re.*
p. 210. l. 27. *quud.* l. *quod.*
p. 212. §. 10. n. 1. l. 4. *de aëre et terra.* l. *de aëre et aqua.*
p. 213. l. 4. ἄδατος. l. ὕδατος.
p. 214. l. 3. *erga.* l. *ergo.*
— — l. 6. *eodem.* l. *eadem.*
p. 222. l. 14. *confingere.* l. *contingere.*
p. 230. l. 3. *etc.* add. ſed in editione ſec. il y a auſſi la génération par échange: qui ſe fait etc.
p. 236. l. 22. *fugiat.* l. *fugeret.*
p. 239. l. 31. *quo eum.* l. *vbi eum;* aut antea: *eum in locum peruenerit.*
p. 248. l. 8. a fin. *quadratum.* add. radicis binomicae.
p. 251. l. 17. l. poſt Ariſtotelem concipi potuit, ſed diu conceptum non eſt.
— — l. 20. ſq. l. ne Ocellus quidem omnem numerorum mentionem, ſ. e. pr. omiſſurus fuiſſe videtur.
p. 254. l. 2. a fine: *du chaud.* add. Sed in 2. edit. et ſur tout le ſoleil, qui par ſes allées et ſes retours change continuellement l'air, en raiſon du froid et du chaud.
p. 258. l. 7. poſt ἔνθα punctum delendum.
p. 269. l. 17. l. *interdum negligentiſſime, velut hic etc.*
p. 291. l. 12. a fin. Ante *Cum* ponenda ſigna allegationis"
p. 294. l. 6. διαμένειν. l. διαμένειν.
p. 296. n. 5. l. 2. ἑςίη. l. ἱςίη.
p. 309. l. 6. a fin. *chaix.* l. choix.
p. 310. l. 18. ſq. *efferendus.* l. affereudus.
— — l. 20. *explicatur.* add. Ac magis etiam hoc probat contextus, nam hac ſectione τὴν τύχην explicat, et §. ſq. τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ.
p. 323. l. 1. lege *juribus.*
p. 340. l. 8. a fine: l. *de cet ouvrage.*
p. 356. l. 12. l. Platoni.
p. 363. l. 5. a fin. *et ad.* l. *vt ad* etc.
p. 364. l. 14. Locus eſt de Coelo L. I. c. 1. t. 16.
— — lin. vlt. *appareat,* prorſus delendum, nam omnem ſenſum peruertit. Apodoſis eſt inde a voculis: nec de aetate etc.
p. 367. ad finem §. 10 adde admonitionem Battaeſii pag. 116. Il y a une maxime, qu'on ne doit jamais perdre de vue en diſcutant les opinions des Anciens, c'est de ne point leur prêter les conſéquences de leurs principes, ni les principes de leur conſéquences. Qui avoiet une plus haute idée de la Divinité et de la Vertu, que les Stoïciens? Cependant tout étoit emporté par un deſtin de fer, hommes et Dieux. Qui

avoit des principes plus destructifs de toute morale qu'Epicure? Il disoit toutefois qu'il n'y avoit de route au bonheur que la vertu. etc.

p. 369. l. 4. n. 1. l. n. 2.
p. 374. l. 7. *alibi.* add. Conf. I, 11. n. 1 et 3. II, 11. n. 3. p. 217.
p. 384. l. 12. *fieret-fieret.* l. *fiebat-fiebat.*
p. 390. l. 24. *συμβιβάζειν σύλληψιν,* l. *συμβιβάζειν, σύλληψιν.*
p. 391. l. 22. post *quocumque* comma deleatur et post *modo* ponatur.
p. 400. l. 8 et 9 a fine: pro *debebat-poterat* l. *deberet-posset.*
p. 403. l. 7. a fine. sqq. add. Similis locus, vnde idem confirmari potest, habetur in Platonis Timaeo. p. 340. Bip.
p. 407. l. 21. *Timaeo.* add. p. 300 sq.
p. 408. l. vlt. *hunc esse.* l. *hoc esse.*
p. 415. l. 17. *veri studio.* l. *veri studium.*
p. 423. l. 5. *n.* 24. l. n. 19. p. 163.
p. 426. l. 25. *Gurlith.* l. *Gurlitt.*
p. 427. l. 29. sq. *aperto.* l. *aperte.*
— 428. l. 29. *Taleta.* l. *Toleta.*
p. 429. l. 5 a fine: Locus Platonis in Bipontina editione legitur T. IX. p. 302.
p. 433. l. 17. *sensibus.* leg. *sensilibus.*
— — l. 32. *docuerit.* l. *docuerint.*
p. 437. l. 23. *pudeat.* leg. *puderet.*
p. 444. l. 14 a fine: *deleam et exstirpem.* l. *delerem et exstirparem.*
p. 446. l. 23. (II. 13. n. 3.) l. (II, 11. n. 3.)
p. 446. l. 8. *nos* deleatur.

INDEX I.

VOCABULORUM EXPLICATORUM.

Obs. quae asterisco notantur, non leguntur in ipso textu Ocelli. Numerus paginam indicat, secundus passim post comma adjectus, numerum annotationis.

Ἀγενὴς * et ἀγεννὴς 50 b.
ἀγέννητον expl. 76.
— — — et ἀγένητον 2. 16. 33.
ἀδιατύπωτος 162. n. 17.
ἀδιέξοδος 143. n. 9.
ἀδύνατον 82.
ἀεικίνητον et ἀκίνητον 18. 152. n. 3.
ἀειπαθὲς et ἀπαθὲς 18. 152. n. 3.
αἰσθητικὸς* et αἰςθητὸς 26.
αἰσθητὸν 26. 109. n. 6.
ἀκμὴ 86. n. 10. 88. n. 6.
ἄκρα 211. n. 2. 212. n. 2.
ἀληθεύει et ἀληθεύεται 13.
ἀληθεύειν * apud Plat. 399. not.
ἀλλοίωσις 167 sq.
ἁλμυρὸν 161 sq.
ἀμβλὺ. 200. n. 7.
ἀμείβειν ὅρον 123. n. 10. 129. n. 3.
— — κύκλον 129. n. 3.
ἂν c. Indic. 3.
ἀναγκαῖον 305. n. 11.
ἀνακάμπτειν * 150.
ἀναλαμβάνειν 126. n. 4.
ἀναλυθῆναι 116. n. 3.
ἀνάλυσις 127. n. 6.
ἀνάπαλιν 220. n. 7. 230.
ἄναρχος 82. n. 14.
ἀνάςατος 284. n. 6.
ἀνάχυσις 279. n. 2.
ἄνεμος 264 sq.
ἀντιμετάςασις * 134.
ἀντιπαθὴς 171. n. 7.
ἀντιπερίςασις 132 sq. et add.
ἀνύειν κύκλον 130. 136.
ἀνώλεθρον et ἀνόλεθρον 2.
ἀνώλεθρον expl. 76. n. 4. 140. n. 3.
ἀπάθεια * 408.
ἀπάράβατος 143.
ἀπογίνεσθαι 138.
ἀποκατάςασις * 330.
ἀπολέσθαι ἐκ τῶν ὄντων 116. n. 2.
ἄποιον 161. n. 13.
ἀπομαραίνεσθαι 121. n. 6.
ἀραιὸν 199. 203. n. 2.
ἀριθμὸς 241.
ἀρχὴ 126. n. 4. 241. 260. 383.
ἀρχὴν γενέσεως λαμβάνειν 83. 93.
ἀρχὴν ἔχειν apud Arist. 425.
ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων 114.
ἀσώματος 185. n. 8. 186.
ἀτελὴς 317. n. 3.
ἀτελεύτητον 115. n. 5.
αὐθύπαρκτον 53.
αὐτὸς καθ' αὑτὸν * et ἐξ ἑαυτοῦ 407.
αὐτοτελὴς 102. n. 4. 107. n. 4.
ἀφαιρεῖν. 120. n. 5.
ἀφανὴ 115.
ἄφθαρτος 140. n. 3.
ἀφ' οὗ 85.
Βδελυρὸς 503. n. 6.

βέλτιον 84. n. 5.
βίος θεῖος 293.
βόσκειν 265. n. 4.
βοσκηματώδης 332. n. 7.
Γὰρ vi continuandi orationem, p. 76.
γε omiſſum p. 8.
γε et τε confuſum 22.
γένεσις apud Ocellum et Platon. 85. n. 8.
— — παρὰ φύσιν 327.
γίνεσθαι καὶ ἀνατρέφεσθαι 330. n. 3.
γλίσχρον* 201. n. 9.
γλυκαντικὸς 114.
γοῦν, οὖν et αὖ 7.
γράφειν νόμους* 407.
Δαίειν* 267.
δαίμων 266 ſqq.
δαιμόνιος 267.
δὲ male ponitur poſt ὧν 44. b.
δέ γε, non γε δὲ 4.
δὲ et τε confuſum 4.
διάθεσις 169. n. 5.
διακεῖσθαι 55.
διακόσμησις 257. n. 5. p. 263. n. 5. p. 409.
διαλαβεῖν 290. n. 5.
διαλλαγὴ 155. n. 9.
διαλλάττεσθαι* 155. n. 9.
διαλύεσθαι 138.
διάνοια 65 ſq. 329.
διατελεῖν 96.
διαφορὰ 196. n. 2.
διέξοδος 88. 122. n. 8.
διοικεῖν* 307.
διορίζειν 151 ſq.
διότι 140. n. 2.
δοκεῖν 68. 75.
δόξα 66. ſqq.
δοξάζειν 68. 75.
δριμὺ 161. n. 15.
δυνάμει et ἐνεργείᾳ ὂν* 164. n. 20.
— — — συντελείᾳ ὂν 407.
Ἔγχρονος 77.
εἰκὰς 66. 71. ſq.
εἰς τέλος 170. n. 6.
ἔκβασις 145. n. 2.
ἔκγονος* 355. et 370. n. *.
ἐκμαγεῖον 158. ſq.
ἐκμανθάνειν 66.
ἔκ τινος 184.
ἐκφανὴς 10.
ἑλληνικὸς 281. n. 1.
ἑλληνικαὶ* et ἑλληνίδες πόλεις 322. n. 2.
ἐμπεριέχομαι 106. n. 2.
ἐμφανὴς 10.
ἐναλλαγὴ 229. n. 4.
ἐναλλὰξ* 230.
ἐναντιότης et ἐναντίωσις 166. n. 2.
ἐναργὴς 89.
ἐντυγχάνειν de libris* 355.
ἐξ οὗ 79.
ἕξις 169. n. 5. 328. n. 9.
ἐπανάκαμψις 134.
ἐπί. τὰ ἐπὶ μέρους 139.
ἐπιγέννημα et ἐπιγίγνεσθαι 104 ſq. et 409.
ἐπιδεῖσθαι* ἐπιδεῖ 9.
ἐπιδέχεσθαι 84. n. 3.
ἐπίδοξος 311. n. 6.
ἐπιζητεῖν 320.
ἐπικράτεια 220. n. 5.
ἐπιςήμη* p. 69.
ἔρχεσθαι εἰς γένεσιν 157. n. 5.
ἑςηκὼς 329.
ἑςία et ἱςίη* 296. n. 5.
ἔτι 78.
εὐανδρία fortaſſe* 307. n. 5.
ἐύγγωςον 112. n. 1.
εὐεξία 321. n. 6.
εὐνομία* 306. n. 2.
εὑρίσκεσθαι 79.
ἐφεξῆς 123. n. 10.
ἐφικέσθαι 314.
Ἡλίου φορὰ, πρόσοδος, ἄφοδος. p. 257.
ἥρωες 268. 276.
Θεῖος βίος 293. n. 5.
θεὸς etym. 258. n. 6.
θερμάντικὸς 114. n. 2.
θερμασία 255.
θέσις 89. n. 4. 91. n. 7.
Ἰδέα 141. n. 4.
ἴδιος 218.
ἵνα 167. n. 3.
ἰσθμὸς 152. n. 4.

ἴσον καὶ ὅμοιον 55. 66. 97. 142.
ἱστορία et μῦθος* 281. n. 1.
Καθεστηκὼς de mente. 329.
καθόλου 130.
καὶ vis explicandi 135.
κακία 332.
καρποῦσθαι 126.
καρτερικὸς 319. n. 5.
κατὰ ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως 96. 2. 408.
καταβάλλεσθαι 330, 2.
καταλιμπάνειν 327, 4.
κινεῖν καὶ ποιεῖν 286, 10.
κοινωνεῖν 83, 2.
κόσμος 98, 1.
κρίνειν* 201.
κρύσταλλος 211, 3.
κυβερνᾶν 287, 11.
κύκλος et σφαῖρα* 141, 5.
κύκλον ἀμείβειν, et ἀνύειν 129. 130. 136.
Λαμβάνειν φύσιν 166, 21.
— — ἀρχὴν γενέσεως 83, 2.
λαμπρὸν 20.
λεῖον 199.
λειποτάκτης 296, 4.
λεπτὸν 199. 200, 6.
λόγος 64 sq. 185, 8.
λόγος. μετὰ λόγου 70 sq.
λόγος. πρὸς λόγον 254.
λόγος. κατὰ λόγον 13. 121.
λόξωσις et λόξις 34.
Μαλακὸς 200, 5.
μανὸς 198, 4. 200, 6.
μαραίνεσθαι* 121, 6.
μέγεθος 310.
μεῖζον 117.
μεῖον 84.
μείωσις 91, 9.
μὲν et μὴν 4, 7.
μὲν fine δὲ subseq. 207.
μέρος, τὰ ἐπὶ μέρους 139.
μετὰ in periph. Adv. et Adiect. 70. 297, 3.
μεταβάλλειν Act. et Med. 85, 7.
μετάρσιον 263, 6.
μέτοικοι* 285.
μοῖραι 147, 2.
μονὰς* 249.
μοχθηρὸς 298, 4.
μῦθος* 281, 1.
Νεῖκος 154, 8. 409.
νοεῖν et νόησις 72.
νόμος 326, 5.
νόμος τῆς φύσεως 313, 10.
Οἰκεῖον αἰσθητὸν 109 sq.
οἰκεῖν πόλιν 306 sq.
ὅλον καὶ πᾶν 87, 2.
ὂν ἐνεργείᾳ* et δυνάμει 431.
ὀξὺ 200, 7.
ὅρος 28. 123, 10.
ὅρος τῆς φύσεως 129, 3.
οὐσία 175, 2. 184.
οὔτε γὰρ absolute* 3.
οὔτε μὴν 7.
οὔτε et οὐδὲ 35, §. 1.
ὀψιμαθὴς 320, 2.
Παθητικὰ 191.
πάθος 169 sq.
παῖς 320, 3.
πᾶν varie dictum 74. 80. 83. 116.
πανδεχὲς 158, 7.
παραίτιος 115, 6.
παρέπεσθαι 92 sq.
παρέχεσθαι et τεκμήρια παρέχεσθαι 95, 2.
παχὺ 199.
περὶ in periphr. gen. 153, 5.
περιαιρεῖν 327, 2.
περιίστασθαι* 132.
πιστοῦσθαι 140, 2.
πλάνητες et πλανῆται 9.
πνεῦμα 264 sq.
ποιεῖν et κινεῖν 286, 10.
ποιότης* 407.
ποιοῦν τὴν γένεσιν ἐν ἑτέρῳ 251, 2.
πόλος 256, 2.
προαιρεῖσθαι 320, 9.
πρὸς ἡμᾶς 286, 8.
πρὸς λόγον 254, 6.
προσάγειν 121, 7.
προσεκτέον 284, 3.
προσφέρεσθαι τροφὴν 319, 4.

προφερὴς * 46. a.
πρῶτα κινούμενα 122, 9.
— — σώματα et πρ. σῶμα 156, 4.
πυκνὸν 199.
Σημεῖα et τεκμήρια 2. 66.
σκῆνος corpus 52.
σκληρὸς 200, 5.
σκότος 160.
ςοιχεῖον * 179. 400 sqq.
ςοχάζεσθαι 72 sq.
συγγράφειν 59.
συγκρίνεσθαι εἰς ἓν * 125.
συμβαίνειν 315, 2.
συμβάλλεσθαι πρὸς et εἴς τι, sed ἐπί τινος apud Ocellum 316, 5.
συμβιβάζειν 277 sq.
συμμετρία 90, 5.
συμπέρασμα 86.
συναρμογὴ, συναρμόζειν 107, 3.
σύνεγγυς 254, 5.
συνεπακολουθεῖν 255, 7.
συνέρχεσθαι εἰς ἓν 123 sqq.
συνέςηκε 107, 4.
συνεχὲς 119, 4.
συνεχῶς 123.
συνήθεια * 326, 5.
σύςασις 122, 8.
σχῆμα 141.
σχηματισμὸς 90, 6.
σῶμα idem quod ὂν apud antiquiores 183.
— — πρῶτον 156, 4.
σωμάτων ἕξις 328.
Τάξις 89, 4.
τεκμήριον 66.
τελεσφορήσαντα 126.
τέλος (εἰς) 170.
τίκτειν generare * 326.
τὸ μέγιςον 295, 3.
τραχὺ 199.
τρόπις 316, 3.
τροφὴ ἄκαιρος 328, 6.
— — καὶ παιδεία 332, 5.
τροφὴν προςφέρεσθαι 319.
τύχη 309 sq.
Ὕβρις 298, 3.
ὕλη 51. 162 sq. 170. 382. 409 sq.
ὑπεῖναι 156, 3.
ὑπερηλικεςέρα 311.
ὑποβαίνειν * 128.
ὑποβεβηκότως 128 sq.
ὑποκείμενα 145 sq.
ὑφιζόμενον 157, 5.
Φαίνεσθαι 246.
Φαυλότης 332.
Φθείρεσθαι εἴς τι 81.
— — ἔκ τινος dici non videtur 23.
Φθίσις 86.
Φιλοσοφεῖν et Φιλόσοφος * 405 sq.
Φορὰ ἡλίου 257, 3.
Φύεσθαι 265.
Φυλάττεσθαι 49. 329.
Φύσις 8. 60 sq. 88.
Φῶς de colore 160, 11.
Χεῖρον 84. 86.
χορηγὸς * et χορηγεῖν 308, 4
χυλὸς 159, 9.
Ψόφος 160, 10. 162.
Ὡραῖος 311, 4.

INDEX II.

AVCTORVM, AD QVORVM ILLVSTRATIONEM AVT CORRECTIONEM ALIQUID HUIC LIBRO INEST.

Aeschines Socr. III. 19. p. 257.
Aeschyli Prom. vs. 381. 299, 5.
— — — — 637. Schol. inedita 281.
Ammonius pag. 245. Amm. 66.
Apollodorus. Bibl. II, 1. 282.
Archytae ad Platonem epistola 349 sqq.
Aristoteles. Categ. de quanto 89, 4. 97, 5.
— — — — de quali 35. et 190 sq.
— — — Analyt. P. I, 2. 113.
— — — Topic. I, 4. 102. not. *u.*
— — II, 2. 272.
— — II, 4. 113.
— — VII, 3. VIII, 2. 278.
— — VIII, 3. 422 sq.
— — Sophist. Elench. I, 4. 425.
— — Physic. I, 4. t. 32. 167. 404.
— — I, 5. t. 41. 189.
— — I, 7. t. 66. et c. 9. t. 82. p. 163.
— — I, 7. t. 69. 163. 423.
— — I, 8. t. 71. 419.
— — I, 8. t. 78. 164 sq.
— — II, 3. t. 28. 163.
— — III, 4. t. 30. 141.
— — III, 4. t. 34. 88.
— — III. 5. t. 40. 183.
— — III, 5. t. 44. 219.
— — III, 5. t. 54. 286, 8.
— — III, 6. t. 63. 103.
— — IV, 1. t. 2. 419 sq.
— — IV, 1. t. 5. 286.
— — IV, 5. t. 45. 103.
— — IV, 8. t. 69. 132 sq.
— — IV, 11. t. 101. 423. sq.
— — IV, 11. t. 102. 241.
— — VIII, 4. t. 32. 192, 5.
— — VIII, 6. t. 50. 69.
— — VIII, 10. t. 82. 133.
— de Coelo I. c. 2. 62.
— — I, 3. t. 22. 156, 4.
— — I, 10. t. 102. 426 sqq.
— — I, 11. t. 111. 76.
— — II, c. 6. t. 35. 124.
— de Gen. et Corr. I, c. 1. 169.
— — I, 4. t. 24. 410.
— — I, 7. t. 46. 171.
— — II, c. 1-4. 214 sqq.
— — II, 1. t. 6. p. 167. 191. 192 sq. 435.
— — II, 2. t. 7. 196, 2.
— — II, 2. t. 8. 202.
— — II, 3. t. 16. 216 sq.
— — II, 3. t. 20. 216.
— — II, 4. t. 24. 235 sq.
— — II, 4. t. 27. 210. 227.
— — II, 4. t. 29. 232.
— — II, 10. t. 56. 235.
— Meteor. IV. c. 1. 189 sq.
— Histor. An. V. c. 19. 211, 4.
— Part. An. I. c. 1. 185. 412.
— — II. c. 1. 199.
— Ort. An. II. c. 3. 211, 4.
— de Anima I, 1. t. 15. 185.
— — II. 5. t. 51. 54. 171.
— de sensu et sensili c. 3. 109, 6.

— — c. 4. 218, 3.
— Nicomach. I, 11. 308, 4.
— — II, 7. 84 ſq.
— Politic. I, 2. 306.
— — I, 8. 315.
— — V, 10. 331.
— Rhetor. I, 2. 65.
— — III, 5. 394.
— Problem. II, 16. 133.
— de Mundo c. 2. 93, 1.
— — c. 4. 139, 8.
— Metaphyſ. I, 3. 189.
— — I, 3-5. 244.
— — I, 4. 124 ſq.
— — I, 5. 167, 2. 238 ſq. 246. 248.
— — I, 6. 411 ſq. 416.
— — I, 7. 432 ſq.
— — II, 4. 124 ſq.
— — III, 5. 175.
— — IV, 5. 62. not. 155.
— — V, 1. 242.
— — V, 12. 84.
— — V, 26. t. 31. 103.
— — VII, 3. 80.
— — VIII, 1. 80.
— — XI, 10. 88.
— — XII, 1. 175, 2.
— — XII, 5. 255, 1.
— — XII, 7. t. 38. 111.
— — XIII, 4. 412. 436.
Athenaeus XII, 12. p. 545. A. 352.
Baſilaces ineditus 307, 3.
Cenſorinus 150. 368.
Cicero de Orat. III, 5. 103.
- - in Catilin. II, 11. 308.
- - ad Attic. XIII, 12. 357.
- - Ac. Quaeſt. I, 6. 145. 190.
- - I, 7. 162. 197.
- - Tuſc. Qu. I, 26. 367.
- - II, 15. 317 ſq.
- - V, 24. 353.
- - V, 24 et 35. 93.
- de Finib. II, 5. 394 ſq.
- de Nat. Deor. I, 26. III, 14. 395.
- - I, 37. 212.
- - III, 13. 279.
- - de Senect. c. 12. 424.
Clemens Alex. Strom. I. p. 269. B. 355.
- - I, p. 320. C. 283.
- - I, p. 321. A. 282.
- - IV, p. 435. C. 290 ſq.
Cleomedes 99. 256.
Diogenes Laërt. III, 24. 402 ſq.
- - VII, 18. 328.
- - VIII, 3. 275.
- - VIII, 10. 137.
- - VIII, 23. 274.
- - VIII, 25. 179.
- - VIII, 26 ſq. 153. 220.
- - VIII, 28. 262. 431.
- - VIII, 39. 359.
- - VIII, 48. 100. 412.
- - VIII, 76. 124.
- - VIII, 80. 349 ſq.
- - VIII, 188. 325.
- - IX, 3. 394.
- - IX, 19. 177.
- - IX, 21. 189.
- - IX, 22. 260, 3.
Dionyſius Hal. de ſtr. or. p. 17. 403.
Euripides Hecuba vſ. 785. 309.
- loca plura 269 ſq.
Euſebius Praep. Eu. III, 1. 392.
- Chronic. 283.
Herodot. I, 134. 50 b.
Heſiodus Ἐργ. vſ. 120 ſqq. 267 ſq.
Jamblichus de V. Pyth. S. 30. 275.
- - 31. 274 ſq.
- - 37. 273.
- - c. 12. S. 59. 96. not. p.
- - c. 18. p. 84. Arc. 360.
- - S. 100. 273.
- - c. 28. S. 135. 143. not. g

- - S. 175. 273.
- - c. 30. — 326.
- - c. 31. S. 209. 46. 317.
- - c. 36. 359.
- - Protrept. c. 3. 329.
Isocrates ad Demon. p. 12. 115.
Lactantius Inst. diu. I, 12, 5. 211, 4.
Libanius T. IV. p. 68. Reisk. 310.
Lucianus de errore in salut.
- - c. 5. 358 sq.
- - de scrib. histor. c. 2. 409.
- - c. 10. 296.
- - c. 43. 279.
Lycurgus adv. Leocr. c. 15. 285.
Origenes Philoss. c. 6. 241 sq.
- - T. I. p. 884. A. 155.
Ouidius Met. II, 727. 203.
- - X, 463. 322. 325.
- - XV, 245 sqq. 228, 2.
- - Fast. VI, 291 sq. 211, 4.
Parmenides. Fragm. 69. 78. 82. 115. 141 sq.
Philemon. Fragm. vs. 33 sq. 330.
Philo Iud. de M. n. int. p. 727. D. 98, 1.
- - 728. 365.
- - 729. B. 84. 127, 6.
Philostratus Vit. Apoll. I, 3. 284, 3.
Phurnutus de N. Deor. c. 1. 101, 3.
Plinius Nat. Hist. II, 4. 257.
- - II, 8. 256.
- - XI, 35 sq. 212.
Plato Apol. Socr. c. 15. 270.
- - Phaedon. c. 3. T. I. p. 136. 387.
- - c. 11. T. I. p. 150. 424.
- - c. 15. 85. 88.
- - c. 25. 96, 3.
- - c. 27. T. I. p. 181. 87.
- - T. I. p. 218. 69.
- T. I. p. 222. Add. ad p. 91. n. 7.
- - c. 58. T. I. p. 245 sq. 387.
- - Theaetet. T. II. p. 142. 93. *m.*
- - 144 sqq. 69.
- - 154 et 161. 159. 389.
- - 167. 389.
- - 175. 353.
- - 178. 403. 405.
- - 181. 87.
- - Sophista T. II. p. 252. 101, 2.
- - 296. 64 sq.
- Cratylus T. III. p. 258. 258 sq.
- - 259. 267. 270.
- Politic. T. VI. p. 29. 261.
- de Republ. V. T. VII. p. 13. 168.
- - 26. 321.
- VI. 110. 277 sq.
- - 125. 65.
- VII. 127 sqq. 389.
- - 179. 305, 11.
- T. VIII. de Legg. L. III. p. 106. 284, 5.
- IV. 162. 285.
- IV. 187. 271.
- IV. 195. 294. 321.
- VI. 293. 313. 321.
- VI. 295. 291.
- VI. 311. 429.
- VII. 345. 159.
- T. IX. Timaeus p. 290. 282.
- - 291 sq. 284. 424.
- - 301. 65. 69.
- - 302. 429 sq.
- - 306. 104.
- - 322. 271.
- - 387. 152, 4.
- T. XI. Epist. XII. 349 sqq.
Plutarchus de educ. c. 2, 4. 330, 2.

Plutarchus de educ. c. 4, 6. 298, 4.
- - 12, 4. 120.
- de aud. poët. 4, 12. 6, 4. 298, 4.
- de orac. def. p. 414. 409.
- de decret. philoff. I, 8. 269.
- - I, 1, 3. 126.
- - 1, 2. 401. 404.
- - I, 3, 3. 100.
- - I, 3, 9. 404.
- - I, 3, 32. 367.
- - II, 12, 3. 256.
- - IV, 1, 7. 133.
- Qu. Rom. 28. p. 140. 326.
Pollux Onom. I, 211. 90, 6.
Porphyrius de V. Pyth. S. 38. 271. 273.
Proclus ad Tim. Platonis. 217.
(*Pythagoras*) Aur. carm. vſ. 1 ſqq. 268 ſqq.
Sacrae literae. Ieſaiae XL, 14. Act. Apoſt. IX, 22. XVI, 10. 1 Cor. II, 16. Eph. IV, 16. Coloſſ. II, 2. 1 Petr. IV, 4. 278 ſq.
Scholiaſtes Homeri Iliad. α, 3. 262.
- - Odyſſ. β. 428. 316, 3.
- Euripidis Oreſt. 930. 281 ſq.
Seneca Ep. 66. 102. *u.*
Sextus Empiricus Hypot. I, 33. 409.
- , adv. Math. IX. vlt. 366.
- - X, 283. 179.
- - X, 313. 178.
- - X, 316. 175, 3.
Stobaeus Ecl. phyſ. p. 18. 100. 430.
- - p. 44. 367.
- - p. 52. 101, 2.
Strabo. III. p. 206. Alm. 279.
Suidas 77.
Theophraſtus Char. 1. 84, 5.
Timaeus Locr. c. 1, 7. 99. 178.
- - c. 3, 5. 218.
- - c. 4, 8. 209 ſq.
- - c. 5, 1. 86, 10.
Tzetzes ad Heſiod. Εργ. 276.
Virgilius Aen. I, 402. 612. II, 251. 256.
- - V, 525 ſq. 203.
Vitruuius I, 2. 90, 5.
Xenophon Mem. Socr. I, 1, 11. 100. *t.*
- -I, 1, 7. 306 ſq.
- - II, 1, 1. 401 ſqq.
- - IV, 5, 9. 120.

INDEX III.

RERUM PRAECIPUARUM ET OBSERVATIONUM.

Acuſilaum Plato laudauit et ſecutus eſt. 424. (conf. Heyn. ad Apollodor. p. 975).
Aëris qualitates 204.
Aetatum numerus et deſcriptio 135. 137.
Aetas ad Venerem apta 319 ſq.
Aetiologiae ſententiarum Pythagoricarum non ſunt genuinae 326.
Allegoricum dicendi genus duplex 391 ſqq.

Apophthegma Zenonis vel Diogenis 328.
Apparitio deorum qualis 89. not.
Aquae qualitates 204.
Archytas non duplex 359.
Argumenta, vnde apparet, quid sit scriptum prius 171 sq. 202.
Argumenta aeternitatis mundi ab Ocello allata:
1) Si temporaneus esset mundus, olim periisset c. 1. §. 2.
2) Nil est, vnde sit ortus: nam quidquid fuit, ad vniuersum pertinuit. §. 2.
3) Non cadunt in Vniuersum ea, quae in rebus caducis apparent. §. 3 - 6.
4) Vniuersum facit, vt reliquae res permaneant, ideoque ipsum manet per se. c. 1. §. 9.
5) Πᾶν non interit, quia post interitum eius semper remansurum esset πᾶν, vnde constet, materia. c. 1. §. 10. p. 116.
6) Nil est, neque in mundo, nec extra mundum, quod interitum ei afferre possit. c. 1. §. 11. p. 117.
7) Mundus manet semper, id quod *continua et sibi constans* singularum rerum mutabilium mutatio arguit. c. 1. §. 12 - 14.
8) Idem docet formae, motus, et temporis aeternitas. c. 1. §. 15. conf. p. 139 sq.
Argumentum pro mundi aeternitate teleologicum desideratur in Ocello. p. 143 sq.
Argumentationis in gyrum genus. p. 351.
Aristoteles. Eius doctrina de daemonibus 272.
— doctrina de natura quinta elementari. 176. 177.
— ej. cautum et subtile genus dicendi 410.
ei. fides historica et cautiones in eruendis ex eo veterum decretis. 414 sq.
— videtur interdum generalius dixisse, vt male intelligi possit. p. 419.
— quos Pythagoreos vocarit. 363 sq.
— aliis tacite est vsus, sua vero inuenta diserte indicat. 422 sqq.
— ei. libri de Coelo scripti sunt post libros Physic. 427.
— ei. vsus loquendi illustratur. 69. 166. 167 et passim.
— plagii crimine absoluitur 164. 169. 421 sqq.
— decreti de mundo haud orto inuentionem sibi non vindicauit. 426 sqq.
— Platonis nomen passim omittit, quando eum refutat. 175. cf. not. et p. 429.
Caussa generationis describitur II, 1. p. 145.
Cibus, qualis sumendus 319. 328, 9.
Circulus per omnia par est et sui similis sine fine ac initio I, 15. p. 142.
Circuli signiferi efficacia 255 sq.
Conjecturae. cautio circa eas. 350.
Consensus hominum in appetendis rebus quibusdam 312, 7. 313, 10.
Contradictionis tollendae modus 82, 12.

Contraria non oriuntur ex se inuicem; decretum a Platone definitum 185.
Contrarietatum nomina et numerus. p. 172. c. II, 4. et p. 166 sqq.
Contrariorum vnum alterum ponit. 214.
Corpora sola ab antiquis ὄντα nominata p. 183.
Corpus exercitatione roborandum 318.
Cratetis et Hipparchiae Venus publica 326, 5.
Criticae obseruationes et cautiones:
— Historici non semper utuntur verbis eorum, quorum decreta exponunt. p. 100. 169. 179. 404.
— Historici passim miscuisse videntur, quae κατὰ ῥητὸν affirmata fuerant a philosophis, cum iis, quae e dictis eorum videbantur consequi. 101. 367.
— Antequam de contrariis sententiis interpreti notis quaeratur, *vtram* earum auctor amplexus sit, quaerendum est, num sit, cur *alterutram* amplexus esse putetur. p. 173 sq.
— quid valeant interna argumenta in crisi? 205 sq.
— cautio in iis, quae exempli et illustrationis caussa ab auctoribus afferuntur.
— e silentio eorum, qui codices contulerunt, non licet ad codicis collati consensum concludere. 209, 5.
— Voculae recentiores quando et quae librum suspectum reddere possint. 408. 410.
— In eruendis veterum decretis diligentia et subtilitas adhibenda est, ac minutiae spernendae non sunt p. 178 sq. 223.
— Vniuersalibus enunciatis quae sit habenda fides 420.
Critolaus 84.
Daemones, historia decreti 266 sqq.
— res humanas curant 304, 7.
Decompositorum vsus 106, 2.
Decreta generalia quomodo mens humana fingat et adhibeat 171 sq.
Decreta philosophorum metaphysica:
— Nil interit in mundo p. 117.
— Quod quaeque res aliis solet impertire, id ipsa in primis (ac per se) habeat necesse est. c. 1. §. 9. p. 112, 1.
— Quidquid interiturum non est, non est ortum. p. 428.
— Omnia, quae orta sunt, sunt etiam interitura. p. 83 sq. Huius decreti auctor Xenophanes. p. 84.
Definitionum historia 411 sqq.
Democritus iam nouit discrimen inter δυνάμει et ἐνεργείᾳ εἶναι. 165 sq.
Deus ex mente Ocelli, p. 52. qui locus corrigendus e p. 75. 111. 147 sq.
— an plures Deos Ocellus statuerit. 153. 258 sq. 292. 297. n. *b*.
Dicaearchi fides 274.
Dii supremam partem mundi tenent. p. 153, 6.
Dii χθόνιοι pari gaudent numero. 271.
Diogenis Laërtii auctoritas defensa. 84, 2.
Ebrietas fugienda iis, qui liberos procreare cupiunt. 328, 7.

Educationis dignitas a veteribus perspecta. 331 sq.
Educatione consulto corrupti. 331.
Eleaticorum ratio philosophandi. 413. 425.
— cur ita sint philosophati. 250.
Elementorum numerus, de eo decreta veterum. p. 176 sq.
Elementorum diuisio in agentia et patientia historice illustratur. 189.
— eorum generatio ex se inuicem. 123, 2.
— num eam e condensatione etc. Ocellus repetierit. 123 sqq.
Empedoclis de generatione decretum explicatur. 124 sq.
— quo nomine elementa vocarit. 404.
— cur eius ratio nondum satis explicata sit. 125. not.
Enunciationes indefinitae quomodo adhibendae et accipiendae. 418.
Etymologiae vsus in inuenienda vocabuli potestate primaria. 267.
Etymologicarum argumentationum antiquitas. 101 sq. 409.
Euripides, quid sit δαίμων apud eum. 269.
Fictio rebus philosophicis adhibita quotuplex sit, et num necessitate quadam cogente adhibita. 386 sqq.
Fragmenta Ocelli num genuina. 51. 53.
Generationis et interitus in parte mundi sublunari ratio c. II. p. 144 sqq.
Generatio et corruptio, num sit? 155, 9.
— dicta simpliciter, et secundum quid. 183.
— primorum corporum e pugna contrarietatum. 223 sqq.
Generationis cuiusque rei principium duplex, alterum generale, proprium alterum. 252 sq.
Generatione humanum genus redditur aeternum. 293 sq.
Genus humanum aeternum. c. III. §. 1 sq. p. 260 sq.
Graecae linguae cultura philosophica 376 sqq.
Graeciae mutationes. 284.
Heracliti obscuritas. p. 393 sqq.
— num coelestia quoque mutationibus obnoxia putarit. 155 sq.
Heroës. 268.
Hesiodi doctrina de daemonibus. 267.
Hippodamas Thurius. 52.
Historia graecorum vocabulorum p. 66 sq. 87. 91. 96. 99. 105. 115. 155. 162 sq. 166. 167. 175. et aliis in locis. pag. 400 sqq.
— philosophandi. 397 sq.
— dubitationis de Ocelli ingenuitate. p. 334 sq.
— graecae linguae philosophicae. 376 sqq.
Hominis praestantia. 266, 2. 306, 13.
Hominum et animalium generatio minus habet τὸ συνεχές. I, 14. p. 128 sqq.
— discrepantia a reliquarum rerum ortu. p. 134.
— origo e terra. p. 260 sq.
Iamblichi vsus in crisi. 46. a. 48. a.
Ignis qualitates. 203.
— ex igne nil nascitur. 211, 4.

Inachus, ab eo Graeca historia vsque repetitur. c. III. §. 5. 281 sq.
Inductionis logicae antiquitas. 412 sq.
Inscriptio libelli, mos antiquorum. 372 sq.
Interitus principium internum et externum. p. 117 sq.
Interpretis munus. 395 sq.
Interpretandi praecepta. 68. 78.
— in mythis. 387 sq.
— in philosophis. 238 sq.
— non est de auctore nimis honorifice sentiendum. 108.
— e rebus ipsis coniectura de sensu petenda non est contra reliqua sensus eruendi subsidia. 149. a.
— in vagis philosophorum cogitationibus. 160 sq.
— probabilior est interpretatio, in quam plures *vltro* incidere. 229.
Inuentionis philosophicae descriptio. 380 sq.
Lacunarum indicia. p. 3. 14.
Legum finis. p. 52.
Lex diuina, quae? 292.
— naturae. 313, 10.
Lingua philosophando adhibita non impedit philosophum, quo minus id, quod excogitauit, eloquatur. 379 sqq.
Linguae vis duplex in mentem humanam. 389 sq.
Loquendi vsus decreta philosophorum moderatur. 201.
Lucanorum educatio. 318.
Luciani auctoritas et fides in historia philosophorum 358.
Luna terminus est inter mutabilem et immutabilem mundi partem. C. II. §. 2. et pag. 152 sq.
Marito competit imperium. 313, 10.
Materiae descriptio c. 2, 3. p. 156 sqq.
— est ὂν δυνάμει secundum Aristotelem. p. 80. 164. 431.
— habet contrarietates in se, sed quomodo eas habeat secundum Ocellum et secundum Aristotelem. 172 sq.
Matrimonii contrahendi praecepta. c. 4. §. 6 sqq.
Media extremis opposita. 214.
— ex extremis mixta. 213, 3.
Media Verba. 95, 2.
Melissus. 425 sq.
Menagii annotatio ad Diog. Laërt. extricatur. p. 57 sq.
Methodus criticae tractationis. 344 sq.
Metonymiae origo. 390.
Metrice cur scripserint philosophi antiquissimi 392 sq.
Moralia praecepta quomodo a vett. philoss. inuenta. p. 288.
Motu vehementiore corpora ignem concipiunt. 203.
Motus mundi in gyrum aeternus. I, 15. p. 143.
Mundus, quid. p. 98 sq.
— ei. notio varia apud Ocellum. p. 74.
— omnia suo ambitu complectitur. 101. 102.
— mutabilis et immutabilis. 91 sq.
— per se subsistens. I, 8. 9. p. 111.
— reliquis rebus causa est subsistentiae. I, 9.
— num respiciat Deum. p. 111 sq.
— ej. aeternitas ex mente Ocelli. 73 sq.

— de eius aeternitate decretum. 424 sqq.
— ei. partitio. 151. 152, 3.
— ei. pars inferior mutabilis. 154, 7.
— argumenta aeternitatis. vid. argumenta.
Mutationum in terra caussa. 254 sq.
Mutationes terrae ab aqua. 280.
Mythorum interpretatio. 387 sq.
Neutra plural. cum verbis pluralibus et singularibus. 193.
Nexus disputationis caute constituendus. 314.
Nil fit ex nihilo. 81.
Nomen auctoris in libri initio. 59. 372 sq.
Numerus ternarius δόξης. 67 sq.
Obiecta sensuum propria. 109.
Obscuritas duplex. 395 sq.
Obscure cogitata, quomodo eloqui soleant homines. 146 sq.
Obliquitas circuli signiferi, eiusque inuentor. p. 255, 1.
Ocellus. ei. nomen varie scriptum. p. 1.
— Synonyma amat. 66. not. o. 311, 4.
— notionibus parum definitis vsus est. p. 74 sq. 82. 102. 146. 116.
— parum subtiliter argumentatus est. p. 80. 116. 142. 263. 265.
— num negarit metempsychosin. 138 sq.
— vestigia in aliis auctoribus. 257, 4. 262.
— comparatus cum Aristotele. p. 66. 69. 80. 81. 87. 88. 96. 97. 113. 114. 115. 118. 126. 131. 140. 143. 147. 153. 156. 157. 158. 160. 164. 167 sq. 171 sq. 176. 178. 181. 189 sq. 191 sq. 196. 199. 201, 9. 214, 5. 216. 232. 234. 235 sq. 318. 446 sq.
— — cum Aristide. 153, 6.
— — cum Critolao. 84. 113.
— — — Eleaticis. p. 70. 80. 88. 97. 142. 264. 413.
— — — Parmenide. 69. not. 71. 76. 78. 82. 115. 141 sq.
— — — Philone. 117. bis. 118. 127. 143.
— — — Physicis antiquis. p. 81.
— — — Platone. 64 sq. 69. 75. 85. 88. 96. 142. 143.
— — — Pythagoreis. p. 86. 97. 152. 153. 202. 236 sqq. 304. 329.
— — — Philolao. p. 118.
— — — Timaeo Locro. p. 86. 99. 171. 178 sq.
— — — Stoicis. p. 101.
Origo generis humani e terra p. 260.
Palingenesiae rerum 285, 7.
Parentum culpam filii luunt 300.
Parmenidis decreta de elementis eorumque diuisione 189.
Persae aetatem hominis quadripartitam fecerunt p. 137.
Persarum licentia in Veneris vsu. p. 323.
Perspicuitas duplex 395.
Philosophandi historia 397 sq.
Philosophi opera omnis breuiter comprehensa 380 sqq.
— veteres quo modo et cur ita de moribus disputarint. 288.

— antiquiſſimi cur metrice ſcripſerint 392.
Phoroneus primus homo 282.
Plagia veteribus obiecta 421.
Plantarum generatio I, 13. 126 ſq.
Plato. eius vſus loquendi in voc. δόξα 69.
— cur vocab. ὕλη non vſurparit 410.
— doctrina de ideis 173.
— doctrina de daemonibus 270. 277.
— modus Pythagorica allegandi 352 ſq. 424.
— obſcuritas et ratio philoſophandi explicatur 397 ſq.
— mentionem fecit decreti de mundo non orto 429 ſq.
Poëticae res ad philoſophiam adhibitae p. 386 ſqq.
Poëticus ſermo, quis 390.
Porphyrius de V. Pyth. 273.
Principium cognoſcendi duplex c. 1. §. 1. 71.
— efficiendi duplex 252.
Proſopopoeiae genus 391.
Pubertatis termini 320 ſq.
Pyramides vnde dictae 204.
Pythagoras. in decretis eius eruendis cautio 179.
— ei. decretum de numeris 238-250.
— ei. decretum de daemonibus 265 ſq. 272 ſq.
— de caſtitate in templis. 326.
— de mundo aeterno 430.
Pythagorei appellatio quam late patuerit apud auctores varios 360 ſqq.
Pythagoreorum φυλακή 352 ſq. 354.
—, numerus aetatum quaternarius p. 137.
Qualitatum diuiſio apud ſcholaſticos in reales et intentionales, quo ſenſu accipienda 182 ſq.
— tangibilium enumeratio varia 201 ſq.
Quatuor elementa, quinam affirmarint 177.
Quinta natura coeleſtium corporum 176.
— num in elementis numerata ab Ariſtotele 177.
Reſpiratio 108.
Senſus num iudicet? 201.
Senſus philoſophicus quo modo quaerendus 238 ſq.
— in critica quam vim habere debeat 444.
Sextus Empiricus 176.
Silentii in criticis genera et vis 439 ſq.
Simile non patitur a ſimili 171, 8.
Solis vis et effectus 254, 6.
Stoicorum decreta parum verecunda 325.
Symmetriae ſtudium in cogitatione 205 ſq.
Synonyma in Ocello 66. alibi.
Synonymorum vſus vnde? 373.
Tempus aeternum 143, 10.
Terrae motus et concuſſiones 280, 3.
Terra immobilis 152, 3.
— aquarum redundatione valde mutata. p. 279 ſq.
Veneris vſus, quo conſilio admittendus. 290 ſq.
— cum matribus et ſororibus 322 ſq.
— in templis 325.
— in loco publico 326, 5.
— creber noxius 321.
Veritas, apud Platonem 398 ſq.
Virginum certamina gymnica 317, 2.

Vniuersi partitio in coelum et terram p. 151.
— — in ἀειπαθὲς μέρος et ἀκίνητον p. 152.
Vxoris eligendae praecepta et cautiones p. 309 sq.
Xenocratis opinio de daemonibus. p. 272. (de qua tamen conf. Plutarch. de oraculorum def. T. II. p. 416. C. 418. A.)
Xenophani vindicatur decretum p. 84.
— eius doctrina de elementis 177 sq.
Zodiaci partitio in 360 partes 150.
— eius obliquitas 255 sq.
— obliquitatis inuentor 256.



